Il Nostro dovere di Vicario dei divino ed universale Maestro, Cristo Gesù, Ci urge particolarmente a predicare « la verità nella carità »[1] in questa èra di progressiva riorganizzazione e di riassettamento delle umane strutture.

Ogniqualvolta dobbiamo occuparci del « ministero della paròla », « *ministerium verbi* »,[2] Ci studiamo di non nascondere agli occhi Nostri e di quelli che Ci ascoltano, lo spettacolo di un cielo coperto di nubi, tanto da far sembrare che si avvicini un mesto crepuscolo e quasi stia per scendere la notte sul mondo. Ma tutti sanno con quanta sincerità e con quanta fiducia Noi andiamo ripetendo che nulla è perduto, se gli uomini di buona volontà si destano e si uniscono per agire subito arditi e concordi. Nè omettiamo di manifestare la Nostra speranza che, forse più presto di quanto potrebbe attendersi, riappaiano i raggi del sole nel trionfo di una nuova primavera cristiana.

Tra i segni che giustificano questa Nostra fiducia Noi dobbiamo annoverare l'accorrere sempre più frequente di schiere numerose e varie di persone, che non si contentano di vedere nè di ricevere una qualsiasi parola di incoraggiamento e di esortazione, ma chiedono di udire la parola del Papa — cioè la parola del Vicario di Gesù — sui più disparati argomenti. Vi è una santa ansia di cercare nella dottrina di Cristo i principi per la soluzione dei problemi, che tengono in agitazione gli individui e i popoli.

EcooCi, in questa domenica di novembre, davanti a migliaia di uomini appartenenti a un caratteristico e glorioso reparto dell'esercito italiano : membri tutti dell'Associazione Nazionale Granatieri di Sardegna. I vostri Dirigenti hanno voluto (Tön cortese pensiero mandarci alcune importanti pubblicazioni, che abbiamo scorso con speciale interesse.

Quel che Ci ha subito colpito è non solo la varietà delle vicende delle quali siete stati protagonisti o attori, ma anche la trama quasi ininter-

*** Habita die 6 Novembris mensis a. 1955.**

[1] *Eph.* 4, 15.

[2] *Act.* 6, 4.

i-otta, su cui nelle varie epoche, con alterne vicende, voi avete trapunto il ricamo di numerosi atti di prodezza, che hanno certamente contribuito a conservare e a mettere in maggiore evidenza le vostre tradizioni di virtù e di valore. Esse sono la prova di quanto meritatamente si è potuto dire un giorno di voi : « Le vostre bandiere si lacerano, ma non si piegano... i venti e le procelle scolorano il drappo glorioso e pur lo rendono più bello e luminoso ! ».

Siate, dunque, i benvenuti in questa Casa del Padre Comune : Noi vi ^accogliamo con particolare affetto per benedire voi, le vostre famiglie, tutti coloro che vi sono cari.

Di tutti Ci siamo ricordati stamane nella S. Messa :[3] dei vostri morti, specialmente di quelli che sono caduti sul campo di battaglia; di voi vivi e di tutti, infine, i diletti figli d'Italia e del mondo intero. E in questa Nostra preghiera Ci veniva soccorrendo, come altre volte, la stessa santa Liturgia odierna.

1. - All'Offertorio : « Dal profondo grido a te, o Signore; o Signore ascolta la mia voce »,[4] abbiamo pregato per i vostri defunti, chiedendo a Dio per loro la vita.

a) Vivano essi, anzitutto, nel pensiero di ognuno di voi. È doveroso, infatti, che siano ricordati con onore quelli che non esitarono di fronte al sacrifìcio supremo e s'immolarono, in silenziosa semplicità, nel compimento del loro dovere. Avendo essi bene meritato della Patria, è giusto che questa procuri, quanto è possibile, di esaltare la loro memoria.

1)) Vivano essi anche per ricordare a tutti il dovere dell'amore di Patria ; non risparmiando, se fosse necessario, un serio richiamo a quanti — spesso inconsciamente, talvolta per ragioni non confessabili — si ostinano a battere la via della non collaborazione, pur fra tanta urgenza di opere atte alla ricostruzione, e si abbandonano finanche a maldicenze e a calunnie ^contro la Madre Patria.

Noi, per parte Nostra, abbiamo pregato il Signore Iddio, affinchè voglia guardare propizio a questa terra italica, donandole nuove schiere e sempre più numerose di cittadini onesti, laboriosi, pronti ad ogni sacrificio.

c) Ma specialmente abbiamo fatto menzione di quei defunti, che vi hanno preceduto col segno della fede e dormono nel sonno della pace.[5] Per essi abbiamo invocato il Signore, affinchè doni loro la beatitudine

[3] *Domin. XXIII post Pent.*
[4] *Ps.* 129, 1-2.
[5] Cfr. *Can. Missae.*

delia quiete, lo splendore della luce, il gaudio dell'amore, ir canto dell'eterna gioia, dell'eterna gloria. Per essi, in questo mese, che la S. Chiesa consacra ai defunti, vi esortiamo a raccogliervi nel cristiano suffragio, affinchè coloro che, avendo ottenuto il perdono dalle colpe, non avessero ancora meritato la remissione della pena, possano presto dal Purgatorio salire al Paradiso, accolti dagli Angeli, dai Santi, dalla Vergine, da Dio.

2. - Leggendo l'Epistola, Noi abbiamo pensato ai Granatieri vivi : antichi, lieti di ritrovarsi in questa vostra adunata nazionale coi loro vecchi commilitoni, e nuovi, che prolungheranno nell'avvenire le buone tradizioni del Corpo : tutti presenti nella Nostra mente, nel Nostro cuore di Padre.

Scrivendo ai Filippesi l'Apostolo Paolo esclamava : « Molti, dei quali spesse volte vi ho parlato (e ve ne parlo anche adesso con le lagrime), si diportano da nemici della Croce di Cristo... e non aspirano che alle cose della terra. Ma noi siamo cittadini del cielo ».[6] Di cuore v'invitiamo, diletti figli, a meditare queste parole, **e** in pari tempo a guardare il mondo di oggi, per rilevare come la triste scena si ripeta. Circolano anche oggi per le nostre strade veri nemici non solo della Croce di Cristo, ma persino di Lui stesso, della sua dottrina, della sua morale. Uomini che credono solo alla terra, e la contemplano quasi proni, dimenticando che essa serve per camminare verso il cielo **e** che le creature sono state loro date come strumento e mezzo per giungere alla celeste Patria, dove la giornata non conosce tramonto, dove tutti vivremo nella pienezza della vita.

Voi non siate così, diletti figli. Anzi non vi dovete contentare di rimanere uniti alla Chiesa con la fede **e** con la religiosa sottomissione alla sacra Gerarchia; Noi vi scongiuriamo di riflettere che a nulla vi giove rebbe per l'eternità anche la vostra fedeltà alla Patria, se non aveste la vita di grazia, la vita divina; se non evitaste con ogni sforzo ciò che potrebbe portarvi alla rovina eterna.

Noi siamo cittadini del cielo. Là è la nostra eterna, definitiva Patria ; là potremo ritrovarci — anima e corpo, risorti e incorruttibili — come membri felici dell'unica grande famiglia di Dio.

3. - L'ultimo pensiero, diletti figli, che vorremmo esporvi, lo abbiamo avuto all'inizio della S. Messa, all'Introito: « Dice il Signore: Io ho pensieri di pace », <(*Dicit dominus : Ego cogito cogitationes pacis* ». Perchè siamo il Vicario di Cristo, Principe della pace, poche parole siamo

[6] ***PMI.* 3, 18-20.**

indotti a far Nostre come queste della sacra Liturgia, in tempi, qual è il presente, di fiduciosa attesa, ma pur di timori e di ansie.

Non occorre ripetere qui ciò che in varie occasioni abbiamo detto circa il diritto dello Stato alla difesa contro gli ingiusti aggressori, fino à quando non siasi trovata una formula efìicace per imporre a tutti il rispetto delle frontiere e dei beni altrui. Ma detto questo, per dovere di giustizia e di chiarezza, Noi non possiamo omettere di scongiurare nuovamente i reggitori dei popoli, perchè compiano ogni sforzo aulne di evitare nuovi spargimenti di sangue, nuovi lutti, nuove inutili stragi.

E il Nostro grido giunga ancora una volta specialmente a coloro — dovunque essi siano — che, per calcoli inumani, meditassero mai l'aggressione di altri popoli, solo attendendo che essi risultino indifesi.

Questo Nostro grido, questa Nostra invocazione a Dio, affinchè « dissipi le genti che si rallegrano delle guerre »,[7] Ci piace elevarlo qui, davanti a migliaia di valorosi soldati, davanti ai Granatieri di Sardegna, pronti — come un giorno, come sempre — a sacrificare la vita, se la Patria dovesse richiamarli. I Nostri pensieri sono pensieri di pace : *Ego cogito cogitationes pacis* : ma sono anche i vostri, diletti figli, anche voi desiderate la pace : per voi, per le vostre famiglie, per tutta la grande, generosa e benedetta terra d'Italia.

IH

Iis qui interfuerunt VIH Conventui Consilii, vulgo F. A. O. (Food and Agriculture Organisation), Romae hadito. *

La VIII[e] session, de la Conférence de la FAO, à laquelle vous participez, Messieurs, revêt cette année une signification toute spéciale, puisque cet organisme célèbre en même temps le dixième anniversaire de sa fondation. C'est, en effet, le 16 octobre 1945 que les représentants de vingt Etats furent invités à signer l'Acte Constitutif de l'Organisation des Nations Unies pour l'Alimentation et l'Agriculture. A la fin de la première session de la Conférence, quarante-deux pays avaient donné leur adhésion officielle à la nouvelle institution. Depuis lors le nombre des Etats-membres est allé toujours croissant et l'on en compte actuellement soixante-et-onze. En vous souhaitant la bienvenue, Nous sommes:

[7] ***Ps.* 67, 31.**
*** Habita die 10 Novembris mensis a. 1955**

donc particulièrement heureux de vous féliciter du chemin parcouru pendant ces dix ans.

Les objectifs, que vous vous proposiez, étaient et restent primordiaux : élever le niveau de la nutrition et les conditions de vie des populations, accroître le rendement de la production et faciliter la répartition des produits alimentaires et agricoles, contribuer à l'expansion de l'économie mondiale. Le Saint Siège ne pouvait se désintéresser d'une entreprise si nécessaire et si bienfaisante; dès 1948, il avait son observateur aux réunions régionales de Rome et, l'année suivante, à une session du Conseil; en 1950, une délibération de la Conférence de Washington l'admettait comme observateur permanent, statut dont il est, jusqu'à présent, le seul à jouir.

Vous savez, Messieurs, avec quel intérêt Nous avons suivi les différentes phases de votre activité depuis le jour où la FAO fut fondée. Il s'agissait alors de regarder en face ce fait terrible : plus de la moitié de la population mondiale est sous-alimentée ; pour satisfaire les besoins de l'humanité, il fallait doubler là production alimentaire. La FAO se met énergiquement à l'œuvre: elle forme le Comité international de la crise alimentaire, entreprend un recensement mondial de l'agriculture et se propose la création d'un Conseil mondial de l'alimentation ; elle prend en charge les travaux commencés dans neuf pays dévastés par la guerre pour restaurer leur agriculture. Pour Nous limiter à quelques réalisations plus caractéristiques, rappelions qu'en 1947 fut constituée la « Commission européenne des forêts » ; en 1948 eut lieu la première conférence régionale sur les problèmes de la nutrition ; tandis qu'à partir de 1949 un Comité mixte d'experts en cette matière se réunit annuellement sur divers points du globe. Puisque l'accroissement de la productivité et l'élévation du niveau de vie des populations rurales sont liés aux conditions sociales dans lesquelles travaillent les agriculteurs, la FAO aborde dès 1951 les problèmes de la réforme des structures agraires et les questions connexes du crédit agricole : en même temps, des réunions multiples en divers continents appuient le mouvement coopératif agricole.

Il fallait sans aucun doute de la hardiesse pour envisager une action aussi variée et qui s'étendît à d'aussi grands territoires. Mais ces efforts n'ont pas été vains. Le rapport, que vous avez publié sur la situation de l'agriculture en 1955, note que la production agricole mondiale a atteint en 1954 un accroissement de 25% par rapport à celle de 1946. Pendant cette décade, les pays sous-développés ont rapidement mis en valeur

leurs ressources en terre et en eau ; grâce à l'assistance technique, ils ont appliqué, à la production animale et végétale, les nouvelles méthodes expérimentées et mises au point dans les régions plus avancées. Mais, à côté des résultats positifs, il importe aussi d'enregistrer les insuffisances et les malaises actuels, afin d'attirer l'attention de tous les responsables et d'orienter leurs efforts; vous avez signalé entre autres la rigidité des structures productives et la difficulté qu'elles éprouvent à répondre adéquatement à la demande, la stagnation du commerce mondial des produits agricoles et le niveau insuffisant du revenu des agriculteurs, si on le compare à ceux d'autres activités. En de vastes régions du monde, on n'a pas encore réussi à fournir aux hommes le moyen d'acquérir toute la nourriture, dont ils ont besoin. Ce fait reste, faut-il le dire, le motif premier qui vous stimule à poursuivre vos efforts.

Parmi les études particulières, auxquelles se sont livrés vos spécialistes, Nous voudrions en relever quelques-unes, particulièrement suggestives, et d'abord celles qui concernent la base même de toute agriculture, le sol. Dans le passé, l'utilisation, la conservation, l'amélioration du sol étaient abandonnées au bon sens pratique des cultivateurs ; une expérience acquise au prix d'un labeur prolongé et non sans déboires leur indiquait comment procéder pour ne pas ruiner la terre, dont ils tiraient leur subsistance. On sait que, si d'aucuns ne ménagèrent pas leurs peines pour sauvegarder leur fonds, d'autres, poussés par l'appât d'un gain facile ou victimes de leur incompétence, causèrent au sol des dommages vite irréparables. Afin d'enrayer les conséquences de ces erreurs et d'en prévenir le retour, afin aussi d'utiliser au maximum toutes les possibilités des terrains, il importait d'acquérir une connaissance rationnelle des différents sols, de leur structure, de leurs propriétés, et de dresser la carte de leur répartition géographique; ainsi il devenait possible le préciser,quel genre de culture convenait à une région déterminée, quelles modifications celle-ci devait éventuellement subir, par le drainage ou l'apport d'engrais. En particulier, on ne pouvait négliger la lutte contre l'érosion provoquée par les éléments naturels, mais, en bien des cas, facilitée et accélérée par l'intervention de l'homme qui, pour rendre cultivables des terres en déclivité, les dépouille de toute végétation protectrice. On a constaté aux Etats-Unis que les pertes en phosphates, dues à l'érosion, étaient supérieures à l'épuisement provoqué par les récoltes. Les publications consacrées à cette question, telle, par exemple, celle qui concerne la carte de l'érosion en Amérique Latine, contribueront beaucoup à empêcher des dégâts ultérieurs.

Mais la conservation du sol ne dépend pas seulement du contrôle de l'érosion. On préfère actuellement envisager le sujet dans un cadre plus large, en tenant compte des systèmes modernes pour améliorer la fertilité et des facteurs économiques et sociaux susceptibles d'accroître le bien-être des populations rurales, d'aider la colonisation des terres incultes, de freiner l'exode des campagnes et le dépeuplement des régions montagneuses au profit des villes. L'appauvrissement de la terre peut être le résultat d'un régime foncier inadéquat, de la concentration ou du morcellement excessif de la propriété, de la valeur insuffisante des produits agricoles ; les conditions de vie trop dures découragent le cultivateur et le poussent à chercher autrement sa subsistance. Vous n'avez pas ignoré cet aspect des choses, puisque, comme Nous l'avons signalé tantôt, vous avez envisagé une action en matière de réforme agraire, comme aussi dans le domaine du crédit et des coopératives agricoles.

A cause du rôle essentiel, qu'elles jouent dans la régulation de la circulation hydrique superficielle et souterraine, les forêts méritent une attention sérieuse ; elles freinent l'écoulement des eaux, favorisent leur pénération en profondeur et l'alimentation des sources; elles retiennent les neiges et, même si elles ne peuvent empêcher les inondations exceptionnelles, elles régularisent le débit des rivières. Les pouvoirs publics, soucieux du développement de l'agriculture, ont donc intérêt à exercer leur vigilance sur la manière dont les forêts sont exploitées.

Révélons encore, parmi beaucoup d'autres, les recherches menées sur la possibilité de faire servir les algues marines à la nourriture humaine ; jusqu'à présent toutefois l'exploitation de ces ressources apparaît encore de réalisation difficile.

Ces brèves considérations font ressortir assez que le programme initial, préparé par la Conférence de Hot Springs et formulé dans l'Acte Constitutif, est en bonne voie d'exécution. Alors que jadis le problème de la faim apparaissait insoluble, il est permis à l'heure présente de le regarder en face et de compter pour le résoudre sur la collaboration des gouvernements. Les monographies consacrées à l'étude du sol ont attiré l'attention sur l'unité physique des diverses régions, qui rend la plaine solidaire de la montagne ; celui qui veut sauvegarder la fertilité de ses terres doit se préoccuper de ce qui se passe bien au-delà de leurs limites. Cette vérité prend ici, Nous semble-t-il, valeur de symbole ; les peuples favorisés par le nature ou par les progrés de la civilisation risquent de connaître un jour de durs réveils, s'il ne se mettent en peine dès maintenant d'assurer à de moins fortunés les moyens de vivre humainement,

dignement et de se développer eux aussi. Eveiller davantage chez un grand nombre d'individus et de nations ce sentiment de responsabilité collective, et surtout provoquer par là des interventions éclairées et généreuses, voilà une tâche haute et noble ; en ces temps de suspicion de division, de révolte, la portée morale d'un tel résultat dépasse encore de loin ses conséquences matérielles.

Nous nous plaisons par dessus tout à reconnaître, dans cette action mondiale destinée à toucher non un ordre privilégié, mais l'immense foule souvent impuissante et sans défense, un aspect authentique de la charité, que le Christ a illustrée par sa vie et par sa mort, et dont il a voulu faire le signe distinctif de ses disciples ; cette charité universelle-, désintéressée, exigeante jusqu'au sacrifice, ne peut s'enraciner sinon dans l'amour que Dieu lui-même porte aux hommes. Elle le traduit visiblement ; elle en est la preuve la plus solide.

C'est pourquoi Nous ne doutons pas que le Divin Maître ne bénisse tout ce que vous faites pour ceux qui lui appartiennent ; c'est à Lui-même que ces bienfaits s'adressent ; il saura les récompenser, comme il l'a solennellement promis et comme Nous l'en prions ardemment. Que les faveurs du Ciel descendent sur vous-mêmes et sur votre œuvre, sur vos familles et sur ceux qui vous sont chers. Nous vous en accordons pour gage Notre Bénédiction Apostolique.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

INFANTENSIS-TUGUEGARAOANAE

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Concredita gregis spirituali commodo apprime studens Excmus P. D. Patricius Harman Shanley, Episcopus titularis Sophenensis et Praelatus « nullius » Infantensis, ab Apostolica Sede nuper expostulavit ut pars paroeciae vulgo « Palanan », quae ad Infantensem praelaturam pertinet et comprehendit pagos *Binatug, Buyascm, Dicamay, Disulap; G-angalan, Jbujan* et *Tappa* vulgo appella tos, ab eadem praelatura distraheretur et dioecesi Tuguegaraoanae adnecteretur.

Haec S. Congregatio Consistorialis, attento favorabili voto Excmi P. D. Aegidii Vagnozzi, Archiepiscopi titularis Myrensis et in Insulis Philippinis Nuntii Apostolici, necnon Excmi P. D. Ioannis Sison, Episcopi titularis Limatensis et Administratoris Apostolici Tuguegaraoani, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Pio Divina Providentia PP. XII tributarum, oblatis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, a praelatura « nullius » Infantensi territorium, quod supra memoravimus, separat, ipsumque dioecesi Tuguegaraoanae perpetuo adnectit, mutatis hac ratione memoratae praelaturae dictaeque dioecesis finibus; ita ut posthac praedicti pagi *Binatug, Buyasan, Dicamay, Disulap, Gangalan, Ibujan* et *Tappa* una cum suis ecclesiis, oratoriis, piis domibus, ecclesiasticis bonis et fundationibus in eodem territorio exstantibus vel quomodolibet ad illud vel ad fideles in illo degentes spectantibus, ad dioecesim Tuguegaraoanam pertinere censeri valeant ac debeant.

. Omnia acta igitur et documenta praefatos pagos respicientia eorumqeu fideles a Curia praelaturae « nullius » Infantensis ad Curiam dioecesis Tuguegaraoanae, quam primum, transmittantur.

Ad haec omnia perficienda Sacra Congregatio Consistorialis deputat Pontificium Administrum Nuntiaturam Apostolicam in Insulis Philippinis actu regentem, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad affectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onusque imponens, quam primum, remittendi ad hanc Sacram Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edit Consistoria^ Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 16 Augusti 1955.

££{ Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen. *a Secretis*

L. S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

DECRETUM.

ERECTIONIS TRIBUNALIS PROVINCIALIS CIRCUMSCRIPTIONUM ECCLESIASTICARUM PROVINCIAE EDMONTONENSIS PRO TRACTATIONE CAUSARUM NULLITATIS MATRIMONII.

Per Decretum diei 28 Martii 1949 (in «Acta Apostolicae Sedis» vol. XXXVIII, pp. 281 ss. relatum) Sacra Congregatio de Sacramentis, iussu Ssmi D. N. Pii Divina Providentia Papae XII, in Canadensi Ditione, pro tractatione causarum nullitatis matrimonii, septem Tribunalia Provincialia primae instantiae et quatuor secundae instantiae instituit.

Nuper autem universi Excmi Ordinarii Provinciae Ecclesiasticae Edmontonensis, nempe Excmus Archiepiscopus Edmontonensis, Episcopus Galgariensis, Episcopus S. Pauli in Alberta, Vicarius Apostolicus de Grouard et Vicarius Apostolicus de Mackenzie, enixe postulaverunt ut causae nullitatis matrimonii suorum subditorum, quae hucusque, tenore n. 7 capitis I laudati Decreti, a Tribunali Provinciali Van-

cuveriense pertractabatur, eoquod dictum Tribunal Vancuveriense binis provinciis ecclesiasticis Vancuveriensi et Edmontonensi inserviebat, pertractandae itemque in prima instantia decidendae deferri possent ad Tribunal Edmontonense ad huius finem erigendum.

Rationes potissimae pro hac erectione allatae ab Excniis Ordinariis sunt 1) nimia distantia Tribunalis Vancuveriensis, 2) difficultas idem Tribunal adeundi, 3) nimia mora pro hisce causis instruendis et decidendis, passim inevitabilis, cum gravi fidelium incommodo.

Quas preces, cum S. haec Congregatio de Disciplina Sacramentorum in Congressu diei 16 Novembris c. a. rite perpendisse^ attento etiam voto Excmi Delegati Apostolici Ditionis Canadensis, easdem per infra^ scriptum Cardinalem Praefectum retulit Ssmo D. N. Pio divina Providentia Papae XII in Audientia diei 10 Decembris 1955 Substituto Secretariae Status benigne concessa.

Sanctitas vero Sua haec omnia quae sequuntur statuere dignatus est, decernens eadem exsecutioni mandanda, contrariis quibuslibet, licet speciali mentione dignis, minime obstantibus :

1) In urbe Edmontonensi, die I[a] Ianuarii a. 1956 erigitur Tribunal Provinciale pro omnibus causis nullitatis matrimonii in prima instantia pertractandis et decidendis dictae ecclesiasticae Provinciae, nempe archidioecesis Edmontonensis, dioecesis Calgariensis, dioecesis S. Pauli in Alberta, Vicariatuum Apostolicorum de Grouard et Mackenzie.

2) Ab eodem die Tribunal Provinciale Vancuveriense competens remanebit pro causis nullitatis matrimonii suae tantum Provinciae ecclesiasticae pertractandis et in prima instantia decidendis.

3) Causae eaedem a Tribunali Provinciali sic erecto Edmontonensi in prima instantia definitae, pro tractatione in gradu appellationis, deferentur ad Tribunal Provinciale Torontinum, incolumi semper iure directe appellandi ad S. R. Rotam, iuxta can. 1559 § 1 Codicis I. C.

4) In reliquis plene serventur omnia quae statuta sunt in praelaudato Decreto anni 1946, necnon in eius Normis exsecutivis diei 14 Maii 1946 (A. A. S. xxxviii pp. 283 ss.).

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis, die 14 Decembris a. 1955.

£8 B. Card. **ALOISI MASELLA**, Ep. Praenestinus, ***Praefectus***

L. *iB* S.

P. Bracci, ***Secretarius***

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO DE RE BIBLICA

INSTRUCTIO

AD EXCELLENTISSIMUS LOCORUM ORDINARIOS DE CONSOCIATIONIBUS BIBLICIS ET DE CONVENTIBUS AC COETIBUS EIUSDEM GENERIS.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Pp. XII fel. reg. in Litteris Encyclicis *Divino afflante Spiritu* d. d. 30 Septembris 1943, inter complura alia quae ad studia biblica rite promovenda conferunt, id quoque paterne hortatus est, ut sacri Antistites Scripturae Sacrae venerationem in christifidelibus sibi commissis satius in dies augere et perficere studeant eiusque cognitionem et amorem efficaciter fovere et excitare nitantur. Pias igitur illas consociationes quae ad Sacrorum Librorum exemplaria diffundenda conditae sunt, intente adiuvent, Sacrae Scripturae, Evangeliorum potissimum, cotidianam lectionem et meditationem alloquio et usu commendent, publicas de rebus biblicis dissertationes seu acroases aut ipsi habeant aut ab aliis apprime peritis sacris oratoribus habendas curent, denique commentarios ad quaestiones biblicas ex scientiae ratione tractandas et exponendas editos pro viribus sustentent et inter varios gregis sui coetus et ordines apposite divulgent.[1]

Magno cum gaudio haec Pontificia de Re Biblica Commissio, cui munus studia biblica dirigendi et fovendi peculiari modo concreditum est, variis e nuntiis et fontibus cognitum habet, quanta cum alacritate Excellentissimi Praesules his Summi Pontificis hortationibus obtemperaverint quantumque fructum fidelis populus in haud paucis regionibus ex hoc Sacrorum Librorum renovato studio perceperit. Multis in locis Ordinarii in hac sua rei biblicae cura sollerter iuvantur Consociationibus illis Biblicis quae, ultimis temporibus ortae, tam editis in publicum libris et commentationibus quam publicis conventibus et acroasibus Sacrorum Librorum cognitionem et amorem promovere nituntur. Magno etiam cum fructu « dies biblici », potissimum pro christifidelibus omnibus, celebrantur vel conventus per complures dies protracti (« hebdomades bi-

[1] Cfr. *Acta Apost. Sedis,* 35 (1943) 321.

blicae ») instituuntur, in quibus argumenta ad Sacram Scripturam spectantia amplius et profundius in determinatorum coetuum utilitatem pertractantur.

Nullum est dubium quin his rebus omnibus, dummodo rite peragantur, Sacrae Scripturae cognitio et amor efficaciter promoveatur et in dies uberius crescat. Attamen, ut hic finis rite obtineatur, omnia magna cum cura et prudentia paranda et dirigenda sunt. Ac primum quidem argumenta in conventibus tractanda apte eligantur oportet, idque maxime ex iis quae ad doctrinam theologicam Sacrorum Librorum profundius cognoscendam et ad cultum ac venerationem Sacrarum Litterarum inter christifideles magis magisque fovendam apte valeant, iis tamen non omissis quaestionibus historicis, criticis, litterariis, quae in singulis regionibus maioris momenti sunt aut acrius disputantur. Dein oratores qui in huiusmodi conventibus verba faciunt, rerum de quibus agunt, omni ex parte periti sint oportet, normis a Sancta Sede datis sincere oboedientes, in rebus proponendis prudentes et sobrii, condicionis tam scientificae quam spiritualis audientium omnino conscii. Quantus fructus ex his conventibus hauriatur, si haec omnia diligenter observata fuerint, ex multis relationibus quae ad hanc Pontificiam Commissionem pervenerunt, luculenter apparet.

Dolendum tamen est rei nondum in omnibus regionibus normis modo expositis plane satisfieri atque interdum adesse periculum, ne conventus illi a Consociationibus Biblicis vel ab aliis instituti, non omnibus qui intervenerint, satis proficiant, immo quibusdam magis in « destructionem» quam in «aedificationem» cedant (cfr. *2 Cor-,* 10, 8). Oratores enim, dicunt, non semper eos esse qui rerum de quibus agunt, omnino periti sint ; quosdam nimis facile sequi auctores minus commendatos vel inconsiderate ac temere admittere et divulgare opiniones dubias aut falsas; commendare libros vel periodica dubii valoris aut ab auctoritate ecclesiastica non approbata vel etiam reprobata : et haec omnia interdum coram auditoribus qui ad similes quaestiones examinandas et iudicandas nullatenus parati et instructi sint. Accidisse etiam ferunt, ut qui loqueretur, parum attendent ad normas illas quas Summus Pontifex fel. reg. in Litteris Encyclicis *Humani generis* denuo graviter inculcavit, atque audacter proposuerit sententias a Magisterio Ecclesiae reprobatas, vel etiam sensui litterali, vigilante Ecclesia probe elaborato, novum quendam sensum substituerit quem symbolicum et spiritualem appellant et quo difficultates sensui litterali inhaerentes evanescere temere dicti-

tant.[2] Quae omnia, si coram auditoribus proponantur rei biblicae non omnino peritis, summopere periculosa esse, nemo est quin videat.

Hisce rebus omnibus perpensis, haec Pontificia Commissio de Re Biblica, pro munere ipsi commisso, opportunum censuit in memoriam revocare has Consociationes Biblicas omnesque de re biblica coetus atque conventus, sicut etiam libros et articulos in commentariis et in diariis de eadem re biblica edendos, utpote res religiosas et ad religiosam christifidelium institutionem spectantes, Ordinariorum auctoritati et iurisdictioni subesse. Quod ut in posterum efficacius servari possit, haec statuere et praescribere placuit :

1. Omnes Consociationes Biblicae earumque opera et incepta auctoritati et iurisdictioni competentis Ordinarii subsunt. Competens autem Ordinarius, si agitur de Consociationibus vel conventibus quibuslibet dioecesanis, est Ordinarius loci ; si agitur de interdioecesanis, ille est Ordinarius in cuius dioecesi Moderator Consociationis sedem habuerit vel conventus aut coetus habendus erit.

2. Novae Consociationes Biblicae vel quicunque eiusmodi coetus instituì nequeunt sine approbatione competentis Ordinarii, cuius etiam est earum Statuta examinare et approbare.

3. Moderator Consociationis vel Praeses cuiuslibet coetus singulis annis de eius statu, membris, actis ad competentem Ordinarium referat.

4. Conventus omnes qui pro auditoribus studia Sacrae Scripturae non ex professo colentibus ad argumenta scripturistica tractanda instituuntur, sive « hebdomadae biblicae » sive « dies biblici » qui dicuntur, sine consensu et approbatione competentis Ordinarii haberi nequeunt. Eidem Ordinario tempestive referendum est quae argumenta tractanda videantur et qui oratores ea sint tractatui!. Conventu autem habito is qui ei praefuit, ad eundem Ordinarium breviter referat de rebus tractatis, de disputationibus habitis, de conclusionibus collectis. Eandem relationem mittat etiam ad Revmum Secretarium Pontificiae Commissionis de Re biblica, addito programmate conventus et elencho oratorum.

5. Normis sub n. 4 praescriptis non comprehenduntur illi congressus et conventus qui pro professoribus Sacrae Scripturae aliisque rei biblicae specialiter peritis ad quaestiones scientifice examinandas et disputandas instituuntur. Sed etiam in his conventibus cura habeatur, ut omnia secundum sana et probata principia doctrinae catholicae et normas a Sancta Sede datas peragantur. Extraneis autem qui de coetu professorum-

[2] "Cfr. *Acta Apost. Sedis,* 42 (1950) 569 s

aut specialiter peritorum non sint aditus ad huiusmodi congressus ne pateat.

6. Quibus munus est conventus, de quibus sub n. 4, praeparandi vel dirigendi, sedulo curent, ut res tractentur quae non adeo curiositati vel rerum novarum studio satisfaciant, sed ad solidam auditorum institutionem in fide et in vita morali et ascetica promovendam et ad Sacrorum Librorum amorem sincerum excitandum et augendum vere conferre posse videantur. Eos autem Oratores eligant qui ad hos fines obtinendos magis apti et condicionis scientificae et spiritualis eorum quibus sermones destinantur, periti et conscii sint. Curent etiam, ut in rebus ipsis tractandis non adeo difficultates et res dubiae proferantur, sed methodo positiva illa exponantur quae clara et explorata sunt. Quodsi coram quibusdam coetibus auditorum etiam difiicultates et obiectiones tractandae videantur, quaestione aeque et honeste proposita, solida tradatur responsio, rationibus scientificis rite suffulta.

Excellentissimi Ordinarii, pro suo in gregem Christi amore, huic gravi negotio diligenter operam impendant, et si ipsi per se id agere non potuerint, ex propriae dioeceseos sacerdotibus aliquem ex officio constituant, qui rei biblicae probe peritus, solida doctrina theologica ornatus, debita prudentia instructus harum Consociationum et coetuum curam suscipiat ac determinatis temporibus, prout idem Ordinarius statuerit, ad ipsum referat. Idem etiam ea quae de re biblica in libris vel commentationibus sive editis sive edendis tractantur, diligenter examinet, et si quid notandum censuerit, ad eundem Ordinarium referat.

Quae omnia si sedulo et accurate fient, sperare licet fore ut hae utilissimae Consociationes Biblicae et coetus atque conventus uberem fructum ferant ad Verbi Dei cognitionem et amorem in dies magis fovendum, ad studia biblica efficacius promovenda, ad animarum salutem fecundius curandam.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Pp. XII hanc Instructionem benigne approbare dignatus est eamque publici iuris fieri mandavit.

Romae, die 15 Decembris a. 1955.

Athanasius Miller, O. S. B., ***Consultor ab Actis.***

AB. et vol. XXXXVIII 25 Februarii 1956 (Ser. II, v. XXIII) - N. %

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

ULTRAIECTENSIS ET ALIARUM

(GRONINGENSIS - ROTERODAMENSIS)

AB ARCHIDIOECESI TJLTRAIECTENSI ET A DIOECESI HARLEMENSI QUAEDAM TERRITORIA DISTRAHANTUR, E QUIBUS NOVAE DUAE DIOECESES CONSTITUUNTUR ((GRONINGENSIS)) ET ((ROTERODAMENSIS ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Dioecesium immutationes ab hac Romana Sede, omnium Ecclesiarum sollicita matre, sapientissime fieri, vel etiam novas circumscriptiones ecclesiasticas ordinari, quotiens spes bona eaque certa affulgeat id christianorum commodis et utilitatibus respondere, nemo est quin videat, cum beato Petro eiusque Successoribus divinitus mandatum sit electorum gregem pascere et gubernare. Quae studia et sollicitudines ad praesens visum est Nobis ad Hollandiae res acri intendere cura. Quae regio, exacto nuper saeculo a restituta ibidem catholica hierarchia, tanta cepit, aucto catholicorum hominum numero et fidei operibus, incrementa, ut sive divinae veritati tuendae, sive usui fidelium augendo, sive denique rei sociali provehendae, omnino oporteat vires ita disponere ut necessitatum cumulo sint pares. Accedit ut sacri Pastores, qui nunc familiae christianae ibi loci praesunt, « cum dioecesium limites latius exten-

dantur, impediti sint ne visitandi dioecesim obligationem, ad normam can. 343 O. I. C, per se ipsi impleant », ut decreta Concilii Provincialis Episcoporum Hollandiae, anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto celebrati, clare testantur. Quae cum ita sint, christianorum saluti Ecclesiaeque utilitati consulere cupientes, itemque eos maioribus praesidiis instruere optantes, post auditum venerabilem Fratrem Paulum Giobbe, Archiepiscopum titulo Ptolemaidensem in Thebaide, eundemque in Hollandia Apostolicum Nuntium-Internuntium, ac venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales S. Congregationi Consistoriali praepositos; eorum consensum supplentes qui in hoc negotio aliquod ius vel habeant, vel sese habere arbitrentur, de Nostra apostolica potestate haec quae sequuntur decernimus et iubemus. Ab archidioecesi Ultraiectensi eam territorii partem separamus quae regiones complectitur vulgo Groningen, Friesland et Drenthe, una cum Noord-Oost-Polder ; ex eaque novam ac distinctam dioecesim condimus, quam ab urbe Groninga volumus *Groningensem* appellari, quae urbs Sedes erit et caput novae dioecesis. Qua in urbe sacer Praesul et domicilium suae commorationis habebit, et cathedram veritatis collocabit, in templo scilicet S. Martini Episcopi et Confessoris, quod idcirco ad cathedralis gradum evehimus. Praeterea a dioecesi Harlemensi eam provinciam detrahimus quam populus Zuid-Holland appellare consuevit, eamque in alterius dioecesis formam redigimus, *Roterodamensis* ab eiusdem nominis urbe cognominandae ; in qua perillustri civitate Sedem novae huius Ecclesiae statuimus, dum cathedra episcopalis in curiali aede S. Laurentii martyris et S. Ignatii confessoris ab Episcopo collocabitur, iuribus et honoribus cathedralis templi concessis, uti patet. Tandem ab archidioecesi Ultraiectensi ea parte seiuncta quae vulgari sermone Gooiland denominatur, eam Harlemensi dioecesi in omne tempus coniungimus ; ab hac vero id regionis dividimus, quae fere totam civilem provinciam continet Zéeland nuncupatam; et a dioecesi Buscoducensi universam oram decanatus, uti dicitur, St. Geertruidenberg; quae territoria dioecesi Bredanae in perpetuum tempus adnectimus. Quas fundavimus Ecclesias, Groningensem videlicet et Roterodamensem, iisdem iuribus, facultatibus, privilegiis, honoribus, insignibus fruentur, quibus ceterae omnes dioeceses ; quod et de eorum Praesulibus dicendum est, qui tamen iisdem quoque oneribus et obligationibus tenebuntur. Novas hasce Sedes suffraganeas constituimus Ecclesiae Ultraiectensi; cuius Metropolitae Episcopi Groningensis et Roterodamensis ad iuris normam erunt obnoxii et subiecti. Volumus praeter haec ut iuxta leges iuris communis et normas a S. Congregatione de Semina-

riis et Studiorum Universitatibus latas, in utraque dioecesi seminarium erigatur iis excipiendis pueris quos suavissima Spiritus Sancti vox ad sacerdotium inclinaverit ; et ut cultui Dei augendo Episcopisque consiliorum ope iuvandis Canonicorum Collegium condatur secundum praescripta per alias sub plumbo Litteras definienda. Concedimus tamen ut eorum loco Consultores dioecesani eligantur, si ad praesens Canonicorum Collegium constitui nequeat ob graves difficultates. Quod ad clerum attinet, mandamus ut simul ac hae Litterae ad effectum deductae fuerint, clerici ei Ecclesiae censeantur ascripti in cuius territorio legitime degant ; quae vero ad Ecclesiarum regimen et administrationem attineant, ad Vicarii Capitularis electionem, Sede vacante, ad iura et onera cleri et populi, in his omnibus Codicis Iuris Canonici iussa serventur. Acta et documenta quae ad novas dioeceses respiciant, vel ad territoria quae dioecesibus Harlemensi et Bredanae iuncta sunt, ad uniuscuiusque Curiam sedula cura mittantur, ibidem religiose asservanda. Mensam denique episcopalem, quae dicitur, ea bona constituent quae utrique dioecesi e divisione bonorum ob venient, iuxta canonem 1500 Codicis Iuris C. Ad ea postremo omnia quae imperavimus exsequenda venerabilem Fratrem deputamus Paulum Giobbe quem memoravimus, cui omnes agendae rei potestates facimus, quas poterit cuivis viro delegare, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Qui venerabilis Frater etiam onus habebit fines certos et indubios, ideoque quatenus opus sit iuxta terminos natura definitos, inter unam alteramve dioecesim delineandi. Quod negotium postquam perfecerit, documenta exarari curabit, eaque nitidam finium descriptionem cum denominationes continentia, ad S. Congregationem Consistorialem quam primum mitti studebit. Quod si eveniat ut cum res agi debeat alius eidem Internuntiaturae praesit, ipsi haec negotia conficienda iubemus. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino ha-

benda erit fides, quae hisce haberetur, si ostender en tur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo sexto mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. B. E. Cancellarius

© Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regem

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco gß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXI, n. 62.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

AD TITULUM ET DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EVEHITUR ECCLESIA B. MARIAE V. DE RUPE, SEU ((DE LAS LAJAS)) INTRA FINES DIOECESIS PASTOPOLITANAE.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Templum perdecorum loci amoenitate atque structurae genere conspicuum, in quo Imago Beatae Virginis in saxo depicta, ideoque « de Rupe » appellata, pie excolitur, praecipuum quoddam perhibetur Marianae religionis domicilium non solum pagi « Las Lajas », intra fines dioecesis Pastopolitanae, ubi ad auras stat, sed etiam totius Reipublicae Columbianae atque finitimarum regionum. Etenim, super praerupta atque confragosa, ad artis Gothicae rationem, exstructa sacra haec Aedes ab ingenti Christifidelium multitudine atque etiam a lectissimis Viris ex ordine ecclesiastico atque laicorum solet adiri, qui omnes discupiunt ut clementissimae Deiparae, ibi tantopere veneratae, muneribus cumulentur ; quae quidem eadem Dei hominumque

Mater, pro Suo in miseros mortales amore, liberaliter dilargitur. Unde factum est ut sacrorum Antistites Columbiani, coetum anno millesimo nongentesimo vigesimo septimo agentes, hoc Templum una sententia Sacrarium suae Nationis renuntiarent. Augescente exinde pietate erga Beatam Mariam Virginem de Rupe, praeclara Eius Imago, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, plurium Praesulum atque frequentis populi fidelis astante corona, auctoritate Petriani Canonicorum Collegii, aureo diademate fuit redimita. Quod autem est maximi momenti, fructus spirituales ibidem, praesertim ex Sacramentorum usu, percipiuntur amplissimi. Quibus omnibus permotus, Venerabilis Frater Aemilius Bolero González, Episcopus Pastopolitanus, suffragante quoque Venerabili Fratre Paulo Bertoli, Archiepiscopo titulo Nicomediensi Nostroque apud Columbianam Rempublicam Nuntio Apostolico, preces ad Nos admovit, ut idem Templum Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus Quibus votis libenti animo obsecundare volentes, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Aedem Deo in honorem Beatae Mariae Virginis de Rupe seu « de Las Lajas » sacram, atque intra fines dioecesis Pastopolitanae positam, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae Templis eodem hoc nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efiicaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari : sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Augusti, anno MDCCCCLIIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

BEATA MARIA V. A MONTE CARMELO PATRONA CAELESTIS CONSTITUITUR ((TERRITORII NATIONALIS DE FORMOSA » INTRA FINES DIOECESIS RESISTENCIAS.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — « Decorem Carmeli », Almam dicimus Deiparam ab hoc Monte appellatam, Christifideles, qui terram, cui nomen Formosa, intra fines dioecesis Resistenciae atque Reipublicae Argentinae, incolunt, praecipua venerantur, ut accepimus, observantia ac pietate. Etenim saeculo proxime praeterito ea in regione sedem ac domicilium collocarunt auspice eadem Virgine Carmelitide, cuius imaginem secum tulerant. Ex eo loco, scilicet e principe oppido Formosa, cultus Deiparae, nomine illo insignis, continentem agrum feliciter pervasit; unde factum est ut, anno millesimo nongentesimo primo, Moderator eiusdem regionis, quam Argentini « Territorium Nationale de Formosa » vocant, ad sacram potestatem preces admovent ut Beata Maria Virgo a Monte Carmelo eidem huic constitueretur caelestis apud Deum Patrona; hoc esse votum, hanc esse spem totius populi plagam illam habitantis. Tunc vero temporis id solum fieri potuit ut e nomine Dei Genitricis, cui a Monte Carmelo adiecta appellatio, paroecia oppidi Formosae nuncuparetur. Pietas deinde erga clementissimam Reginam, suavi hoc titulo invocatam, novis est aucta incrementis, cum, anno millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, Eius in fidem, quasi caelestis ducis, Exercitus Argentinus committeretur, Eiusque Imago, anno scilicet millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, piae peregrinationis causa, inter gestientis populi vota, per oppida pagosque territorii, quod dictum est, circumferretur. Vota igitur depromens saepenumero facta a sacrorum administris, a publicae ac militaris rei moderatoribus, scholarum praefectis pluribusque sodalitatibus, dilectus filius Vicarius Capitularis dioecesis Resistenciae Nos submisse rogavit ut Beatam Mariam Virginem Carmelitidem totius territorii a Formosa appellati caelestem Patronam renuntiaremus. Quas preces pro studio, quo ardemus, Marianae religionis quoquoversus propagandae, libenti animo statuimus audire. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem a Monte Carmelo « Territorii Nationalis de Formosa »,

quod dicitur, praecipuam apud Deum *caelestem Patronam* constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis quae principalibus regionum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Augusti, anno MDCCCCLIIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

III

TEMPLUM CATHEDRALE RIOJENSE S. NICOLAO BARENSI SACRUM TITULO BASILICAE MINORIS CONDECORATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ornatissimum Templum princeps Eiojense, Sancto Nicolao Barensi sacrum, magnis perhibetur concursibus celebrari populorum, eo undique convenientium ut, eiusdem Caelitis deprecatione, supernis muneribus ditentur. Quae Aedes, postquam, anno millesimo octingentesimo nonagésimo quarto, urbs illa fere tota terrae motu ac fremitu collapsa est in ruinas, exstructa fuit egregio genere, quod « Romanicum-Byzantium » appellant, magnamque habet admirationem propter amplitudinem cultumque varium. Est enim ibi conspicere auri fabrefacti vim, marmoris speciem eximiam, vitra colorum venustate illustria, sacram suppellectilem pretiosis vestitam metallis aliaque hoc genus ornamenta et lautitias. Pone aram maximam positum praeclarum Sacellum visitur Divi Nicolai, cuius vetustum Simulacrum in hoc novum Templum translatum augescente in dies excolitur religione. Propter hunc praecipuum cultum Aedes ipsa « Sacrarii » nomine donata est ac Nosmet

ipsi Sanctum Nicolaum urbis et dioecesis Riojensis primum Patronum, Litteris Apostolicis die sexta mensis Decembris, anno millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, sub anulo Piscatoris expeditis, renuntiavimus. Vota igitur cleri populique significans, Venerabilis Frater Froilanus Ferreira Reinafé, Episcopus Riojensis, preces Nobis adhibuit ut hoc Templum, scilicet pietatis domicilium insigne idemque artificiosis operibus commendatum, Basilicae Minoris nomine ac iure honestaremus. Quibus supplicationibus libenti animo admissis, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Templum Cathedrale Riojense, Sancto Nicolao Barensi dicatum, ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae eidem titulo rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc ed inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Ianuarii, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

IV

NUNTIATURA APOSTOLICA LUCEMBURGENSIS ERIGITUR

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quo firmiores redderentur magisque frugiferae publicae necessitudinis rationes, quae Apostolicae huic Sedi cum civitate intercedunt Lucemburgensi, ad quam ad praesens usque tempus legatus erat sacrorum Antistes, Internuntii solum nomine insignis, visum est Nobis eiusdem munus potiore gradu honoris condecorare.

Quae cum ita sint, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, harum Litterarum vi, auctoritate Nostra, Internuntiaturam Apostolicam Lucemburgensem in *Nuntiaturam Apostolicam,* eodem titulo retento, erigimus et constituimus eidemque Nuntiaturae sic per Nos erectae omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc animi Nostri testificationem religioni provehendae esse conducturam. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; ipsique Nuntiaturae Apostolicae Lucemburgensi, sic per Nos erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis Octobris, anno **MDCCCCLV**, Pontificatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. STEPHANUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM WYSZYNSKI, ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET VARSAVIENSEM ATQUE EXCMOS PP. DD. ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS LOCORUMQUE ORDINARIOS POLONIAE : TERTIO VERTENTE SAECULO A LIBERTATE POLONIAE RESTITUTA PER DEFENSIONEM SANCTUARII JANA GORA.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Gloriosam Reginam ob innumeros partos triumphos, Mulierem inditam siderum redimitam serto, amictam sole, ex qua Sol

iustitiae ortus est nobis, iam ab antiquissima aetate Polonorum gens ita coluit et venerata est, ut huiusmodi religionis obsequio nulli videretur esse secunda. Cui amantium filiorum impensae pietati Dei hominumque Mater, cuius par est potestas liberalissimae benignitati, saepe opiferam gratiam eo spectabiliorem retulit, quo immaniora erant illa, in quibus versabantur, pericula. Quodsi hoc luculenter probant omnes Polonorum annales, quam maxime illud demonstrat, quod tria abhinc saecula obtigit, cum Dominici Natalis sacra celebrabantur sollemnia, sive religiosae sive civilis rei amplissimis monumentis immortalitati consecratum. Fas esse, hasce per Litteras Nostras, vobis, Dilecte Fili Noster et venerabiles Fratres, et cunctae Polonorum genti praeclari illius eventus recordationem repetere arbitrati sumus, ut singularis caelestis beneficii memoria in angustiis, quibus insons patria vestra premitur, solatium vobis afferat, spem faciat non defuturae salutis, si dignitatem et constantiam vestram communiât fides inter aspera stabilis, nullis adversis rebus adflicta.

Vladislai regnum, quod diuturna prosperitate felicitateque fioruerat, formidolosa et periclitationis cladisque plena tempora subsecuta sunt. Invaserunt enim in Polonorum terras exterae gentes, ex quibus maiore exercitu et impetu Novatores, ac, postquam Varsavia et Cracovia facile sunt captae, Clarus Mons Czestochoviensis libertatis vestrae postremum fuit propugnaculum. Attamen Augustinus Kordecki, coenobii illius moderator, animo minime defecit, sed Deo et Deiparae Virginis patrocinio fretus, defensores ad strenue obsistendum confirmavit. Quapropter, rerum condicione improviso in melius mutata, felicibus eventibus patria vestra in libertatem vindicata est. Tunc Ioannes Casimirus rex Virginem Mariam ditionis suae terrarum Dominam edixit ac Poloniae conclamavit Reginam; deinceps fel. rec. Decessor Noster Pius XI, qui solertissimi apud vos Nuntii Apostolici munus obierat, pro suo in patriam vestram impenso studio, votis a pluribus istinc prolatis concedens, perlibenter festum in honorem B. Virginis Mariae, Poloniae Reginae, instituit, quotannis die tertia mensis Maii perpetuo celebrandum.

Qui immortali memoria digni eventus mire sane demonstrant Dei Genetricem Mariam Polonis semper salutem adesse omnibus in eorum discriminibus, tum maxime cum istic catholica fides, thesaurus longe pretiosissimus a maioribus vobis traditus, itemque cum hac Apostolica Sede solida arctaque coniunctio, gentis vestrae robur et decus in periculis versantur. Quae cum Romana veritatis Cathedra necessitudinis vincula per diuturnam saeculorum seriem, quamvis insidiarum molimina

non afuissent, evigilante caelesti Praestite et Patrona vestra, numquam relaxata vel fracta sunt : quod quidem Polonis summo honori eisdemque valido incitamento est, ut perversitati atheismi strenuissime obsistant, qui, proh dolor, ipsorum nationem, catholicae religionis cultricem eximiam, enervare et inficere temptat. Exortae igitur procellae fluctibus agitati, Poloni, avitae virtutis heredes, non angusto et parvo sint animo, sed securitatem, constantiam, dignitatem servent, confisi summo sempiternoque Deo, cui nihil est difficile factu, quique solet fortia et superba tenui subsidio et impulsu proterere : « Credite in Domino Deo vestro, et securi eritis Non solum in laetis, sed in acerbis quoque eventibus, quidquid nobis contingit, semper et ubique sapientiae et providentiae supernae, licet abdito, subest consilio : quin etiam eo actuosior Dei est manus, quo secretior demersa in profundo latescit. Id vero maxime oportet, in tolerandis asperitatibus et malis solidae stent spes fidesque atque Evangelii doctrinae, sive publici sive privati consonent mores; siquidem tum virtus Dei fit in salutem [2] ubi, ablata terrestrium bonorum cupiditate, consilia mentis et actio vitae cum fide non pugnent, sed adsidua consensione concentuque conveniant.

Quaerenda autem pax summopere cum Deo est, in cuius potestate quaevis sunt tempora, ubi adversae res et hominum nequitia, hostiliter animos et corpora premant, quemadmodum S. Gregorius Magnus suae aetatis christifideles, calamitatum turbine vexatos, praeclare hortabatur : «Quid ergo agendum est, fratres, nisi ut... legationis pacem mittamus et rogemus ea quae pacis sunt... Mittamus ad hanc legationem lacrimas nostras, mittamus misericordiae opera, mactemus in ara eius hostias placationis, recognoscamus nos cum eo in iudicio non posse contendere ; pensemus virtutem eius fortitudinis, rogemus ea quae pacis sunt... Mittamus ad hunc, ut diximus, legationem nostram flendo, tribuendo, sacras hostias offerendo ». [3] Praeterea ut omni perturbatione vacetis, vestri convertendi sunt oculi novo pietatis studio ad Dei Genetricem Reginam vestram quae, cum virgineo pede internum inimicum calcaverit, cuiuslibet intemeratae victoriae est ministra et auctrix. Dilectos Sibi Polonos, qui, ut Adamus Mickiewicz perinsignis poeta vester cecinit, Mariae defensores sunt eiusque nomine vivunt, benignissima Mater non derelinquet, si ipsi, in catholica fide profitenda fortissimi, constantiae imita

[1] II Par. 20, 20.
[2] Cfr. *Rom. 1,* 16.
[3] *Homil.* XXXVII, 7; MIGNK, *P. L* 76, c. 1278-1279.

tionem et hereditatem gloriae maiorum ad se pertinere censuerint ; superno illius auspice patrocinio, post nubila demum patriae vestrae felicis aetatis aurea lux ac diu permansurum decus splendebit.

Iam superioribus Litteris Nostris religiosam insectationem, quam Poloni perpetiuntur, memorantes, huius rei indignitatem palam denuntiavimus. Attamen tristia istiusmodi adiuncta rerum, quamvis pateat allata iniuria, immutata adhuc non sunt, quin etiam peiora fieri videntur. In qua lacrimabili vitae condicione, proh dolor, aliae quoque Nationes versantur, ubi purpurati Patres, Episcopi, sacerdotes in vincula coniecti aut sacrum munus obire prohibiti, religiosi sodales suis e domibus eiecti, catholicae consociationes diremptae, catholica scripta prelo edenda praepedita, catholicae scholae suis iuribus destitutae, Ecclesiae denique libertas multigeno catenarum pondere oppressa. Hos omnes, carissimos sane Nobis, fratres et filios, qui pro veritate et iustitia insontes vexantur, paterno animo amplectimur atque eorumque causam supplici iterata prece Deo committimus, quo solacia et praemia libéralissime tribuit.

Ad Nationem autem vestram quod attinet, accedit praeter alia augescens industria novarum rerum propugnatorum, qui fucati nominis progressum cum christiana religione, propriis extenuata veritatibus et principiis, coniungere contendunt. Quapropter dolemus et vehementer querimur, quod istic nonnulli rebus ad se non pertinentibus iniuste se immiscent, et officiorum suorum neglecta conscientia, non per ostium in ovile ovium, sed aliunde ascendunt;[4] quos quidem paterna voce hortamur, ut, legitimae potestatis obsequendo praeceptis, sibi bene consulant neve religionis disciplinae et utilitatibus noceant. Profecto Nobis acerbi moeroris est causa, quod hi ore et scriptis typis mandatis christianae doctrinae instituta cum errorum opinionibus, quae passim divulgantur et quodam modo imperantur, contaminant. Plus operae et studii ponendum est omnibus, ne lux tenebris cedat, sed purior licet in tenebris victrix aliquando coruscet.

Cum per iniuriam plus quam duos abhinc annos a tui honoris sede, Dilecte Fili Noster, amotus es, graviter aperteque Nos hoc improbavimus, et improbamus, facinus, idque pluribus in oris terreae, ubi libertas haud vacuo nomine sonat, una voce patratae violentiae reclamatum est. Interea, cum Dominici Natalis festum accedit, tibi, Dilecte Fili Noster, et ceteris sacris pastoribus, qui abesse cogimini ab ecclesiis vobis con-

« Cfr. IOAN. 10, 1.

creditis et a cathedralibus templis, ubi sacra peragere redivivo usque cum gaudio sancto solebatis, Divini benignissimi Redemptoris effusa solacia adprecamur, multum optantes, ut quemadmodum ius et fas est, legitimo pristino vestro muneri restituamini ; fausta et pientissima quaeque vobis quoque, venerabiles Fratres, et clero et christifidelibus, curae vestrae commissis, et vestratibus in diversis terrarum orbis regionibus vitam degentibus, percupimus, deprecante Deipara Virgine, Poloniae Patrona invictissima, christianae libertatis tutrice vigilantissima, cuius conlatum olim patriae vestrae auxilium congruentibus rei celebritatibus merito recolendum est. Quae vobis cuncta ut abunde et feliciter ad aeternam consequendam salutem cedant, superni auxilii pignus, Apostolicam Benedictionem vobis omnibus, dilectissimi Nobis, effuso paternae caritatis studio, impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die **VIII** mensis Decembris anno **MCMLV,** Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EMUM P. D. ANGELUM IOSEPHUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM RONCALLI, VENETIARUM PATRIARCHAM, QUINTO VERTENTE SAECULO AB OBITU S. LAURENTII GIUSTINIANI.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. Hadriatici Maris urbs, insulis, aedibus, templis pulcherrima, Venetiae, cum inclitis maiorum rebus gestis et industria florentibus artibus gloriantur, tum maxime honorem et amplitudinem sibi sumunt, quod per diuturnam aetatum seriem haud paucos homines e gremio suo ediderunt, qui summum existimarunt bonum Evangelicae doctrinae convenienter vivere. In iis autem perpetua claritate excellit et eminet Sanctus Laurentius Iustinianus, quem quidem, cum quinque ab eius obitu revoluta mox implebuntur saecula, tu, dilecte Fili Noster, sollemnibus celebrationibus et coetibus recolere statuisti. Pietatis officium, quod haud dubie menti tuae religionis studium et in pastorali munere obeundo sollertia iniecerunt, egregiae expers Nostrae non relinquimus laudis ; quin etiam in accessionem lae-

titiae sanctae vocem Nostram hasce per Litteras tibi atque clero et christifidelibus moderamini tuo commissis, paternae caritatis in vos testem, reddimus, de suscepto consilio gratulantem itemque enixe hortantem, ut e festis peragendis diebus christianae fortitudinis accipiatur afflatus.

In periculis enim, quibus haec misera implicatur aetas, lividarum minarum plena, magnopere oportet, ad Sanctorum caelitum contemplationem oculi erigantur et, quod potissimum est, ii in cogitando et agendo similitudine colantur, ut, in conspectu eorum positis virtutis exemplis, ad victorias et praemia assequenda labore non defatigatae, sed certatione exercitae vires consurgant.

Sanctus Laurentius Iustitianus id singulare sane et praecipuum habet, ut, in se religionis et patriae conexam iungens gloriam, Venetae gentis istius eximius sit veluti flos, qui, caelesti gratia auctam, istam insitam animis indolem mirum in modum ostendit.

Enimvero beatissimus hic Cáeles totus vester est : Venetiis est antiquo genere ortus et disciplinis instructus ; in insula S. Georgii in Alga severam religiosae disciplinam virtutis exercuit ; Castellanensi Ecclesiae Episcopus praefuit ac postea, cum Decessor Noster Nicolaus V Castellanensem Ecclesiam Gradensi Patriarchatu coniunxit et huius sedem Venetias transtulit, Venetiarum Protopatriarcha creatus, admirationem iis movit, quibuscum vixit, et apud posteros quoque opinione optima floruit tum ob ea quae insigniter gessit et fortiter sustulit, tum ob ea quae eloquentissime docuit. Hunc iure meritoque doctrinae et laudibus decorum Decessor Noster Eugenius IV, Romana plaudente Curia : « Salve, decus et gloria Praesulum » consalutavit. Fuit enim is prestantissima temperantia et modestia ; in rebus contrariis sibi constans ; strenuae fortitudini placabilitatem et clementiam addidit; pietati, qua Dei honorem cultumque summopere provexit et preces fudit adsiduas, comitatem et adfabilitatem sermonis adiecit. Nec minus stilo quam operibus enituit. In eius operibus, quae mysticae theologiae genere continentur, multis quidem numero, parvis mole, alta promptum vena, profluit semper quiddam suave et canorum, quo delectabiliter commoti animi ex humili in sublime, ex fragilibus rebus ad sempiterna bona extolluntur, ubi cumprimis ibi de caritate crebro et ubertim disseritur. « Diligendus — ita ille praeter alia hac de virtute scripsit — etiam est (Deus) causa suae dilectionis. Nam si esuris, panis tibi est; si sitis, potus est, de quo inebriabuntur electi prae ubertate et suavitate ipsius; si in tenebris es, lumen tibi est; si nudus, immortalitatis tibi vestis est. O vera et summa suavitas omni suavitate dolcior : et omni dulcedine delectabilior, sed non carni et sanguini : omni luce cia-

rior : omni secreto interior : omni honore sublimior, sed non sublimibus in se ».[1] «

Itemque de proximorum caritate et fratrum consensu et unitate crebro dulcisona fundit eloquia, aetati suae discordiis et acerbitatibus asperae accommodata afferens remedia, dum id praesertim suadet, ut spiritualia et terrestria bona per civitatis venas vitalis sanguinis ritu facile fluant : « Haec (nempe fraternus amor et unitas caritatis) ...sua libenter impertiuntur, gratis tribuunt, hilariter communicant, se exponunt, ut aliena quaerant : suo se privant commodo, ut prosint caeteris ».[2]

Precibus, votis, opera deproperare contendimus temporis adventum, quo amota in religiosis officiis explendis neglegentia, et penitus averruncato atheismo, omnium maiorum colluvie, floreat solidior fides, libertas cum sociali iustitia pulchro iungatur foedere, et, communita civium tranquillitate, communes sint divitiae salutis sapientia et scientia- et timor Domini expetendus thesaurus.[3] In necessario et insigni certamine vehementer optamus ut, te praeeunte, Venetiarum utriusque militiae clerus, catholicis consociationibus adscripti et singuli quoque christifl- . deles nemini sint spe, consilio et actione vitae secundi. Quod ut, avitae gloriae heredes, actuose et fortiter agatis* vobiscum considerantes exempla et monita S. Marci Evangelistae, Praestitis istius urbis salutaris opiferi, et sonanti eius voci obsequentes, ipse per Nos S. Laurentius Iustinianus vos universos, immo unumquemque vestrum hortari videtur: S. Marcus «magni... meriti, maximaeque est auctoritatis praecelsus Evangelista, sanctissimus vir, gloriosus Martyr. Tibi suis poterit auxiliari orationibus, te scripturis instruere, exhortationibus infiammare, atque clamoribus evigilare ad vitam... Ob rugitum vocis suae qua docet poenitentiam agere, deserere vitia, repugnare diabolo, futurum devitare iudicium, atque aeternae gloriae desiderare triumphum speciem designatur habere Leonis, cui propter animositatis audaciam et roboris virtutem ac vociferationis impetum inter quadrupedia tribuitur principatus ».[4]

Haud dubitantes, quin haec Nostra ad virtutes colendas incitamenta quemadmodum oblectamento est Nobis impertiri, ita universis eis, ad quos perventura sunt, solatio sit accipere, tibi, dilecte Fili Noster, qui benignitate animi et in utilia cogitando sollertia excellis, et sacrorum Antistitum coronae et cuncto gregi tuo S. Laurentii Iustiniani saecularia

[1] **Lignum vitae, cap. VIII.**

[2] **De Casto connubio Verbi et animae, cap. X.**

[3] **Cfr. Is. 33, 6.**

[4] **Sermo in festo S. Marci Evangelistae.**

sollemnia tecum celebraturis, Apostolicam Benedictionem, divinorum munerum auspicem, amantissime elargimur.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxiv mensis Decembris, anno **MCMLV,** Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

III

AD REVMUM P. ALFREDUM SCOTTI, ORDINIS B. MARIAE V. DE MERCEDE REDEMPTIONIS CAPTIVORUM MODERATOREM GENERALEM : SEPTIMO VOLVENTE SAECULO AB OBITU S. PETRI NOLASCI.

PIUS PP. XII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quandoquidem Christus Dominus caritatem docuit veluti fundamentum esse, in quo lex tota consisteret, et notam quandam, qua christianae sapientiae sectatores a ceteris distinguerentur, mirum non est si praeclara haec virtus eorum praesertim animis insidat, qui evangelicae perfectionis fastigium assequi contendunt. Mirum in modum inter hos excelluit S. Petrus Nolascus, inclitus ille divinae misericordiae administer vestrique Ordinis quodammodo Parens, cuius memoriam, septimo ab eius obitu volvente saeculo, dignis estis celebrationibus commemoraturi. Dum recogitamus quae quantaque ipse in Dei gloriam proximorumque salutem peregit, menti succurrit Nostrae dira illa calamitas, quae per tot saecula acerbe afílictavit Ecclesiam : probosa servitus nempe, in qua christiani homines, bello vel per vim in Saracenorum potestate constituti, non sine summo humanae condicionis dedecore vivere cogebantur. Erga oppressos tristissima huiusmodi sorte viros, haud multi, ut Nolascus, tam incensa caritate flagrare visi sunt; ad afferenda remedia vix ullus tam strenue decertavit umquam. Eius praesertim sollicitudinem permovebat gravissimum eternae salutis discrimen, in quo misera captivorum turba versabatur. Enimvero permulti — quod quidem ipse experiendo didicerat — nonnisi eiurata christiana fide fore sperabant, ut servitis vitae oneribus et ignominiae tandem mitigationem aliquam

afferrent. Tot maiorum aerumnarumque cogitatione quam maxime affectus, sanctissimus ille vir nullis pepercit laboribus, nullis difficultatibus et periculis deterritus est, ut captivis fratribus suppetias veniret; atque incredibile prope est quam multi, in squalore servitutis iacentes, ad libertatem et dignitatem filiorum Dei indefatigata eius opera sint restituti. Quin etiam, religiosae familiae sodales, quae ipsius caritatis heres exorta est, ardua hac obstringebantur lege, ut se, ipsi pro christianis in tyrannide captivis captivos devoverent, opus si esset ad eos redimendos. Optimo igitur consilio, dilecti filii, statuistis huius excelsae sanctitudinis exempla celebrationibus vestris ante omnium oculos proponere; idque putamus fore non modo Ordini vestro decorum, sed perutile etiam ac salutare animorum bono. Vos praesertim, qui eius religiosae vitae formam amplexi estis, tam praeclaras virtutes meditamini, imitandasque suscipite. Etsi vero funesta servitutis labes fere apud omnes Nationes deleta est, illo tamen caritatis ardore, quo tantopere praestitit Nolascus, haud minus indigent tempora haec nostra, quibus tot homines sub sordidioris servitutis iugo misere torpescunt; servitutem peccati dicimus, quae maxima est, ad quam tollendam nobis omnibus pro viribus est enitendum. Siquidem neminem licet hac in re esse desidem, neminem otiosum, dum spectare cogimur tanta animorum pericula, tot homines per Jesum Christum redemptos, prolapsis in deterius moribus, in vitiorum coeno demergi. Excitetur, igitur, cotidie magis in vobis, excitetur in omnibus, praelucente S. Petri NoIasci exemplo, ipsius actuosum salutis alienae studium; atque hic esto — ut vehementer cupimus — Optatissimus ac salutaris celebrationum vestrarum fructus. Cuius sit auspex et conciliatrix Apostolica Benedictio, quam tibi, dilecte fili, universisque tui Ordinis sodalibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xix mensis Ianuarii, anno **MCMLVi,** Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Ab Augusto Pontifice coram multis honorabilibus medicis habita, quorum plerique in magnis Lyceis obstetricem disciplinam et gynecologiam docent, obstetricis artis scholas moderantur, Institutis parituris matribus attributis praesunt, cum hi Romam convenerant invitatu et arcessitu Secretariatus ex omnibus gentibus catholicorum medicorum.

Sujet du discours: l'accouchement sans douleur

Nous avons reçu des informations sur une acquisition nouvelle de la gynécologie et Pon Nous a prié de prendre position à cet égard *au point de vue moral et religieux.* Il s'agit de l'accouchement naturel, sans douleur dans lequel on n'utilise aucun moyen artificiel, mais où l'on met uniquement en oeuvre les forces naturelles de la mère.

Rappel de déclarations antérieures

Dans Notre allocution aux membres du IV[e] Congrès international des médecins catholiques, le 29 septembre 1949[1] Nous disions que le médecin se propose au moins d'adoucir les maux et les souffrances qui affligent les hommes. Nous évoquions alors le chirurgien, qui s'efforce dans les interventions nécessaires d'éviter au maximum la douleur; le gynécologue qui tente de diminuer les souffrances de la naissance, sans mettre en danger la mère ni l'enfant et sans nuire aux liens d'affection maternelle qui — affirme-t-on — se nouent d'habitude à ce moment. Cette dernière remarque se référait à un procédé utilisé à l'époque dans la maternité d'une grande ville moderne : pour lui éviter de souffrir, on avait plongé la mère dans une hypnose profonde, mais on constata que ce procédé entraînait une indifférence affective à l'égard de l'enfant. D'aucuns cependant estiment pouvoir expliquer autrement ce fait.

Instruit par cette expérience, on eut soin par la suite d'éveiller la mère plusieurs fois pour quelques moments au cours du travail; on réussit de la sorte à éviter ce que l'on craignait. Une constatation analogue put être fait lors d'une narcose prolongée.

La nouvelle méthode, dont Nous voulons parler à présent, ne connaît pas ce danger ; elle laisse à la parturiente sa pleine conscience, du début

*** Habita die 8 Ianuarii mensis a. 1956.**

[1] ***Acta Apostolicae Sedis*, a. 1949 p. 557 ss.**

à la fin, et le plein usage de ses forces psychiques (intelligence, volonté,, affectivité); elle ne supprime, ou, selon d'autres, ne diminue que la douleur.

Quelle position faut-il adopter à son égard au point de vue moral et religieux?

I - ESQUISSE DE LA NOUVELLE MÉTHODE

1 - Ses rapports avec l'expérience du passé

D'abord l'accouchement indolore considéré comme fait courant tranche nettement sur l'expérience humaine commune, celle d'aujourd'hui, mais aussi celle du passé et des temps les plus reculés.

Les recherches les plus récentes indiquent que quelques mères mettent au monde sans ressentir aucune douleur, bien qu'on n'ait utilisé aucun analgésique ou anesthésique. Elles montrent aussi que le degré d'intensité des souffrances est moindre chez les peuples primitifs que chez les civilisés ; s'il est moyen en beaucoup de cas, il reste élevé pour la plupart des mères, et même il n'est pas rare qu'il soit insupportable. Telles sont les observations actuelles.

Il faut dire la même chose des âges passés, pour autant que les sources historiques permettent de contrôler le fait. Les douleurs des femmes en travail étaient proverbiales ; on s'y référait pour exprimer une souffrance très vive et angoissante, et la littérature profane aussi bien que religieuse en fournit les preuves. Cette façon de parler est courante, en effet, même dans les textes bibliques de l'Ancien et du Nouveau Testament, surtout dans les écrits des prophètes. Nous en citerons ici quelque exemples. Isaïe compare son peuple avec la femme qui, au moment de la naissance souffre et crie *f* Jérémie qui regarde en face l'approche du jugement de Dieu, dit : « J'entends des cris comme ceux d'une femme en travail; des cris d'angoisse, comme ceux d'une femme qui enfante pour la première fois ».[3] Le soir qui précède sa mort, le Seigneur compare la situation de ses Apôtres à celle de la mère qui attend le moment de la naissance : « Une mère qui enfante est dans les douleurs, parce que son heure est venue. Mais lorsqu'elle a donné le jour à l'enfant, elle ne se souvient plus de sa tribulation, parce qu'elle se réjouit qu'un homme soit venu au monde ».[4]

[2] **Cfr. *Is.* 26, 17.**
[3] ***Ier.* 4, 31.**
[4] **Io. 16, 21. -**

Tout ceci permet d'affirmer, comme un fait reçu parmi les hommes de jadis et d'aujourd'hui, que la mère enfante dans la douleur. C'est à quoi s'oppose la nouvelle méthode.

2 - La nouvelle méthode considérée en elle-même

a) *Considérations générales préliminaires faites par ses tenants*

Deux considérations générales, faites par ses tenants, guident et orientent celui qui veut esquisser ses traits principaux; la première concerne la différence entre l'activité indolore et l'activité douloureuse des organes et des membres ; l'autre, l'origine de la douleur et son lien avec la fonction organique.

Les fonctions de l'organisme, aifirme-t-on, lorsqu'elles sont normales et accomplies comme il faut, ne s'accompagnent pas de sensations douloureuses ; celles-ci dénotent la présence de quelque complication ; sinon la nature se contredirait elle-même, car elle associe la douleur à tel processus en vue de provoquer une réaction de défense et de protection contre ce qui lui serait nuisible. La naissance normale est une fonction naturelle et devrait par conséquent se passer sans douleur. D'où celle-ci provient-elle donc?

La sensation de douleur, répond-on, est déclenchée et réglée par **Pecoree** cérébrale, où parviennent les excitations et les signaux de tout l'organisme. L'organe central réagit sur eux de manières très différentes ; certaines de ces réactions (ou réflexes) reçoivent de la nature un caractère précis et sont associées par elle à des processus déterminés (réflexes absolus) ; pour d'autres, par contre, la nature n'a fixé ni leur caractère ni leurs connexions, mais elles sont déterminées par ailleurs (réflexes conditionnés).

Les sensations de douleur sont au nombre des réflexes (absolus ou conditionnés) provenant de l'écorce cérébrale. L'expérience a prouvé qu'il est possible grâce à des associations établies arbitrairement, de provoquer des sensations de douleur, même quand l'excitation qui les déclenche en est par elle-même totalement incapable.

Dans les relations humaines, ces réflexes conditionnés ont comme agent des plus efficaces et des plus fréquents, le langage, la parole prononcée ou écrite, ou si l'on veut, l'opinion qui règne dans un milieu *et* que tout le monde partage et exprime par le langage.

b) *Eléments de la nouvelle méthode* <

On comprend par là l'origine des sensations douloureuses vives ressenties à la naissance: elles sont considérées par certains auteurs comme dues à des réflexes conditionnés contrariants déclenchés par des complexes idéologiques et affectifs erronés.

Les disciples du Russe Pavlov (physiologistes, psychologues, gynécologues), mettant à profit les recherches de leur maître sur les réflexes conditionnés, présentent en substance la question comme suit :

a) son fondement

L'accouchement n'a pas toujours été douloureux, mais il l'est devenu au cours des temps à,cause des « réflexes conditionnés ». Ceux-ci ont pu avoir leur origine dans un premier accouchement douloureux ; peut-être l'hérédité y joue-t-elle aussi un rôle, mais ce ne sont là que des facteurs secondaires. Le motif principal en est le langage et l'opinion du milieu qu'il manifeste : la naissance, dit-on, est « l'heure difficile de la mère », elle est une torture imposée par la nature, qui livre la mère sans défense à des souffrances insupportables. Cette association, créée par le milieu, provoque la crainte de la naissance et la crainte des douleurs terribles qui l'accompagnent. Ainsi, quand les contractions musculaires de l'utérus se font sentir au début de l'accouchement, surgit la réaction de défense de la douleur ; cette douleur provoque une crampe musculaire et celle-ci à son tour un accroissement des douleurs. Les douleurs sont donc réelles, mais elles découlent d'une cause faussement interprétée. A la naissance, ce qui est un fait, ce sont les contractions normales de l'utérus et les sensations organiques qui l'accompagnent; mais, ces sensations ne sont pas interprétées par les organes centraux pour ce qu'elles sont : de simples fonctions naturelles; en vertu des réflexes conditionnés, et en particulier de la « crainte » extrême, elles dérivent vers le domaine des sensations douloureuses.

b) son but

Telle serait le genèse des douleurs puerpérales.

On voit par là quels seront le but et la tâche de l'obstétrique indolore. Appliquant les connaissances scientifiques acquises, elle doit d'abord dissocier les associations existant déjà entre les sensations normales des contractions de l'utérus et les réactions de douleur de Pecoree céré-

brale. De cette manière on supprime les réflexes conditionnés négatifs. En même temps, il faut créer de nouveaux réflexes, positifs, qui remplaceront les réflexes négatifs.

e) son application pratique

Quant a l'application pratique elle consiste à donner d'abord aux mères (longtemps avant l'époque de la naissance) un enseignement approfondi, adapté à leurs capacités intellectuelles, sur les processus naturels qui se déroulent en elles pendant la grossesse, et en particulier pendant l'accouchement. Ces processus naturels, elles les connaissaient déjà en quelque sorte, mais le plus souvent sans en percevoir clairement l'enchaînement. Aussi beaucoup de choses restaient-elles encore enveloppées d'une obscurité mystérieuse et prêtaient même à de fausses interprétations. Les réflexes conditionnés caractéristiques acquéraient aussi une force d'action considérable, tandis que l'angoisse et la crainte y trouvaient un aliment constant. Tous ces éléments négatifs seraient éliminés par l'enseignement susdit.

En même temps on adresse à la volonté et au sentiment des mères un appel répété pour ne pas laisser surgir des sentiments de crainte non-fondés et qu'on leur a montrés tels ; il faut aussi rejeter une impression de douleur, qui tendrait peut-être à se manifester, mais qui, en tout cas, n'est pas justifiée et ne repose, comme on le leur a enseigné, que sur une fausse interprétation, des sensations organiques naturelles de l'utérus qui se contracte. Les mères sont surtout amenées à estimer la grandeur naturelle et la dignité de ce qu'elles accomplissent à l'heure de la parturition. On leur donne aussi des explications techniques détaillées sur ce qu'il importe de faire pour assurer le bon déroulement de la naissance ; on leur apprend par exemple comment actionner exactement la musculature, comment bien respirer. Cet enseignement prend surtout la forme d'exercices pratiques pour que la technique leur soit devenue familière ou moment de la naissance. Il s'agit donc de guider les mères et de les mettre en état de ne pas subir l'accouchement de façon purement passive comme un processus fatal, mais d'adopter une attitude active, de l'influencer par l'intelligence, la volonté, l'affectivité, de le mener à terme dans le sens voulu par la nature et avec elle.

Pendant la durée du travail, la mère n'est pas laissée à elle-même; elle profite de l'assistance et du contrôle permanent d'un personnel formé selon les nouvelles techniques et qui lui rappelle ce qu'elle a appris, lui indique au moment voulu ce qu'elle doit faire, éviter, modifier et qui,

éventuellement, redresse tout de suite ses erreurs, et l'aide à corriger les anomalies qui se présenteraient.

Telle est pour l'essentiel, selon les chercheurs russes, la théorie et la pratique de l'accouchement sans douleur. De son côté, l'anglais Grantly Dick Read a mis au une point théorie et une technique analogues sur un certain nombre de points ; dans ses présupposés philosophiques et métaphysiques toutefois, il s'en écarte substantiellement, car il ne s'appuie pas comme eux sur la conception matérialiste.

d) extension et succès

En ce qui concerne l'extension et le succès de la nouvelle méthode (appelée méthode psycho prophylactique), on prétend qu'en Russie et en Chine elle a déjà été utilisée pour des centaines de milliers de cas. Elle s'est implantée aussi en divers pays de l'Occident ; plusieurs maternités municipales auraient mis à sa disposition des sections particulières. Les maternités organisées exclusivement selon ces principes seraient jusqu'à présent peu nombreuses en Occident ; la France, entre autres, en a une (communiste) à Paris; en France également deux institutions catholiques, à Jallieu et Cambrai, ont adopté complètement la méthode dans leurs services, sans sacrifier ce qui avait fait ses preuves antérieurement.

Quant au succès, on affirme qu'il est très important : 85% à 90% des naissances survenues de la sorte auraient été réellement indolores.

II - APPRÉCIATION DE LA NOUVELLE MÉTHODE

1 - Appréciation scientifique

Après avoir ainsi tracé l'esquisse de cette méthode, Nous passons à son appréciation. Dans la documentation qui nous a été remise, on trouve cette note caractéristique : « Pour le personnel, la première exigence indispensable, c'est la foi inconditionnée à la méthode ». Peut-on sur la base de résultats scientifiques assurés exiger une foi absolue de ce genre?

La méthode contient sans doute des éléments, qu'il faut considérer comme scientifiquement établis; d'autres n'ont qu'une haute probabilité; d'autres restent encore (au moins pour le moment) de nature problématique. Il est établi scientiquement qu'il existe des réflexes conditionnés en général ; que des représentations déterminées ou des états affectifs peuvent être associés à certains événements, et que le cas peut se vérifier aussi pour les sensations de douleur. Mais qu'il soit déjà prouvé (ou du

moins, qu'il puisse être prouvé par là) que les douleurs de la délivrance sont dues uniquement à cette cause, ce n'est pas évident pour tous à l'heure actuelle. Des juges sérieux formulent aussi des réserves au sujet de l'axiome affirmé quasi a-priori : « Tous les actes physiologiques normaux, et donc aussi la naissance normale, doivent se passer sans douleur, sinon la nature se contredirait elle-même ». Ils n'admettent pas qu'il soit universellement valable sans exception, ni que la nature se contredirait, si elle avait fait de la parturition un acte intensément douloureux. En effet, disent-ils, il serait parfaitement compréhensible, physiologiquement et psychologiquement, que la nature, soucieuse de la mère qui engendre et de l'enfant engendré fasse par là prendre conscience d'une manière inéluctable de l'importance de cet acte et veuille forcer à prendre les mesures requises pour la mère et pour l'enfant.

La vérification scientifique de ces deux axiomes, que les uns prétendent certains et les autres discutables, laissons-la aux spécialistes compétents; mais il faut, pour décider du vrai et du faux, retenir le critère objectif désicif : « Le caractère scientifique et la valeur d'une découverte doivent s'apprécier exclusivement d'après son accord avec la réalité objective ». Il importe de ne pas négliger ici la distinction entre « vérité » et <(affirmation » (« interprétation », « subsomption », « systématisation ») de la vérité. Si la nature a rendu l'accouchement indolore dans la réalité des faits, s'il est devenu douloureux par la suite à cause des réflexes conditionnés, s'il peut redevenir indolore, si tout cela n'est pas seulement affirmé, interprété, construit systématiquement, mais démontré réel, il s'ensuit que les résultats scientifiques sont vrais. S'il n'est pas, ou du moins pas encore possible d'obtenir à cet égard une certitude entière, il faut s'abstenir de toute affrmation absolue et considérer les conclusions obtenues comme des « hypothèses » scientifiques.

Mais, renonçant pour l'instant à porter un jugement définitif sur le degré de certitude scientifique de la méthode psycho-prophylactique, Nous allons l'examiner au point de vue moral.

2 - Appréciation éthique

Cette méthode est-elle moralement irréprochable? La réponse, qui doit en considérer l'objet, le but et le motif, s'énonce brièvement : « Prise en soi, elle ne contient rien de critiquable au point de vue moral ».

L'enseignement donné sur le travail de la nature dans l'accouchement ; la correction de l'interprétation fausse des sensations organiques

et l'invitation à la corriger ; l'influence exercée pour écarter l'angoisse et la crainte non fondées ; l'aide accordée pour que la parturiente collaboré opportunément avec la nature, garde son calme et sa maîtrise ; une conscience accrue de la grandeur de la maternité en général, et en particulier de l'heure où la mère met l'enfant au monde; tout cela ce sont des valeurs positives, auxquelles il n'y a rien à reprocher, des bienfaits pour la parturiente, et ils sont pleinement conformes à la volonté du Créateur. Ainsi vue et comprise, la méthode est une ascèse naturelle, qui garde la mère de la superflcialité et de la légèreté; elle influence positivement sa personnalité pour qu'à l'heure si importante de l'enfantement, elle manifeste la fermeté et la solidité de son caractère. Sous d'autres aspects encore, la méthode peut conduire à des succès moraux positifs. Si on réussit à éliminer les douleurs et la crainte de la naissance, on diminue souvent per là-même une incitation a commettre des action immorales dans l'utilisation des droits du mariage.

En ce qui concerne les motifs et le but des secours accordés à la parturiente, l'action matérielle, comme telle, ne comporte aucune justification morale, ni positive ni négative; elle est l'affaire de celui qui prête son aide. Elle peut et doit s'accomplir pour des motif et en vue d'un but irréprochables, tels que l'intérêt présenté par un fait purement scientifique; le sentiment naturel et noble qui fait estimer et aimer dans la mère la personne humaine, qui veut lui faire du bien et l'assister ; une disposition profondément religieuse et chrétienne, qui s'inspire des idéaux du christianisme vivant. Mais il peut arriver que l'assistance recherche un but et obéisse à des motif immoraux; en ce cas, c'est l'activité personnelle de celui qui prête son aide qui en subit le préjudice ; le motif immoral ne transforme pas l'assistance bonne en une chose mauvaise, du moins en ce qui concerne sa structure objective et, inversement, une assistance bonne en soi ne peut pas justifier un motif mauvais ou fournir la preuve de sa bonté.

3 - Appréciation théologique

Il reste à dire un mot d'appréciation théologique et religieuse, pour autant qu'on la distingue de la valeur morale au sens strict. La nouvelle méthode est souvent présentée dans le contexte d'une philosophie et' d'une culture matérialistes et en opposition avec l'Ecriture Sainte et le Christianisme.

L'idéologie d'un chercheur et d'un savant n'est pas en soi une preuve de la vérité et de la valeur de ce qu'il a trouvé et exposé. Le théorème de

Pythagore ou (pour rester dans le domaine de la médecine), les observations d'Hippocrate qu'on a reconnues exactes, les découvertes de Pasteur, les lois de l'hérédité de Mendel, ne doivent pas la vérité de leur contenu aux idées morales et religieuses de leurs auteurs. Elles ne sont ni « païennes », parce que Pythagore et Hippocrate étaient païens, ni chrétiennes, parce que Pasteur et Mendel étaient chrétiens. Ces acquisitions scientifiques sont vraies, parce que et dans la mesure où elles répondent à la réalité objective.

Même un chercheur matérialiste peut faire une découverte scientifique réelle et valable ; mais cet apport ne constitue en aucune manière un argument pour ses idées matérialistes.

Le même raisonnement vaut pour la culture à laquelle un savant appartient. Ses découvertes ne sont pas vraies ou fausses selon qu'il est issu de telle ou telle culture, dont il a reçu l'inspiration et qui l'a marqué profondément.

Les lois, la théorie et la technique de l'accouchement naturel, sans douleur, sont valables sans doute, mais furent élaborées par des savants qui en bonne partie professent une idéologie, appartiennet à une culture matérialistes ; celles-ci ne sont pas vraies, parce que les résultats scientifiques précités le sont. Il est encore beaucoup moins exact que les résultats scientifiques soient vrais et démontrés tels, parce que leurs auteurs et les cultures d'où ils proviennent ont une orientation matérialiste. Les critères de la vérité sont ailleurs.

Le chrétien convaincu ne trouve rien dans ses idées philosophiques et sa culture qui l'empêche de s'occuper sérieusement, en théorie et en pratique, de la méthode psycho-prophylactique ; il sait en règle générale que la réalité et la vérité ne sont pas identiques à leur interprétation, subsomption ou systématisation et que, par conséquent, il peut en même temps accepter entièrement l'un et rejeter entièrement l'autre.

4 - La nouvelle méthode et l'Ecriture Sainte

Une critique de la nouvelle méthode au point de vue théologique doit en particulier rendre compte de l'Ecriture Sainte, car la propagande matérialiste prétend trouver une contradiction éclatante entre la vérité de la science et celle de l'Ecriture. Dans la Genèse[5] on lit : « *In dolore paries filios* » (« Tu enfanteras dans la douleur »). Pour bien comprendre cette parole, il faut considérer la condamnation portée par Dieu

[4] *Oen. Z,* **16.**

•dans l'ensemble de son contexte. En infligeant cette punition aux premiers parents et à leur descendance, Dieu ne voulait pas défendre et n'a pas défendu aux hommes de rechercher et d'utiliser toutes les richesses de la création ; de faire avancer pas à pas la culture ; de rendre la vie de ce monde plus supportable et plus belle : d'alléger le travail et la fatigue, la douleur, la maladie et la mort, bref, de se soummettre la terre.[6]

De même, en punissant Eve, Dieu n'a pas voulu défendre et n'a pas défendu aux mères d'utiliser les moyens qui rendent l'accouchement plus facile et moins douloureux. Aux paroles de l'Ecriture, il ne faut pas chercher d'échappatoire: elles restent vraies dans le sens entendu et exprimé par le Créateur : la maternité donnera beaucoup à supporter à la mère. De quelle manière précise Dieu a-t-il conçu ce châtiment et comment l'exécutera-t-il? L'Ecriture ne le dit pas. Certains prétendent uue l'enfantement fut, aux origines, entièrement indolore et ne devint douloureux que plus tard, (peut-être à la suite d'une interprétation erronée du jugement de Dieu), par le jeu de l'auto-et de Phétérosuggestion, des associations arbitraires, des réflexes conditionnés et à cause des comportements fautifs des parturientes; jusqu'ici, toutefois, ces affirmations dans leur ensemble n'ont pas été prouvées. D'autre part, il peut être vrai qu'un comportement incorrect, psychique ou physique, des parturientes soit susceptible d'accroître fortement les difficultés de la naissance et les ait accrues en réalité.

La science et la technique peuvent donc utiliser les conclusions de la psychologie expérimentale, de la physiologie et de la gynécologie (comme dans la méthode psycho-prophylactique), afin d'éliminer les sources d'erreurs et les réflexes conditionnés douloureux et de rendre la parturition aussi indolore que possibile; l'Ecriture ne le défend pas.

Considérations finales sur l'obstétrique chrétienne

En guise de conclusion, ajoutons quelques remarques sur l'obstétrique chrétienne.

La charité chrétienne s'est depuis toujours occupée des mères à l'heure de l'accouchement; elle s'est efforcée et s'efforce aujourd'hui encore de leur procurer une assistance eflicace, psychique et physique, selon l'état d'avancement de la science et de la technique. Ce peut être le cas à présent pour les nouvelles acquisitions de la méthode psycho-prophylactique

*** Cfr. *fíen.* 1, 28.**

dans la mesure où elles recontrent l'approbation des savants sérieux. L'obstétrique crétienne peut ici intégrer dans ses principes et ses méthodes tout ce qui est correct et justifié.

. Toutefois, qu'elle ne s'en contente pas pour les personnes susceptibles de recevoir davantage, et qu'elle n'abandonne rien des valeurs religieuses; qu'elle mettait à profit jusqu'à présent. Dans Notre allocution au Congrès de l'Association italienne des sages-femmes catholiques,' le 29 octobre 1951,[7] Nous avons parlé en détail de l'apostolat, dont les sages-femmes catholiques sont capables et qu'elles sont appelées à pratiquer dans leur profession ; entre autres, Nous mentionnions l'apostolat personnel, c'est-à-dire celui qu'elles exercent par le moyen de leur science et de leur art et par la solidité de leur foi chrétienne ;[8] puis l'apostolat de la maternité en s'efforçant de rappeler aux mères sa dignité, son sérieux et sa grandeur. Ici s'applique ce que Nous avons dit aujourd'hui, puisqu'elles assistent la mère à l'heure de la naissance. La mère chrétienne puise dans sa foi et sa vie de grâce la lumière et la force pour mettre en Dieu une pleine confiance, se sentir sous la protection de la Providence et aussi pour accepter volontiers ce que Dieu lui donne à supporter; il serait donc dommage que l'obstétrique chrétienne se borne à lui rendre des services d'ordre purement naturel, psycho-prophylactiques.

Deux points méritent ici d'être soulignés: le christianisme n'interprète pas la souffrance et la croix de façon purement négative. Si la nouvelle technique lui épargne les souffrances de l'accouchement ou les adoucit, là mère peut l'accepter sans aucun scrupule de conscience; mais elle n'y est pas obligée. En cas d'un succès partiel ou d'échec, elle sait que la souffrance peut devenir une source de bien, si on la supporte avec Dieu et par obéissance à sa volonté. La vie et la souffrance du Seigneur, les douleurs que tant de grands hommes ont supportées et même cher* chées, grâce auxquelles ils ont mûri, grandi jusqu'aux sommets de l'héroïsme chrétien, les exemples quotidiens d'acceptation résignée de la croix, que Nous avons sous les yeux, tout cela révèle la signification de la souffrance, de l'acceptation patiente de la douleur dans l'économie actuelle du salut, pendant le temps de cette vie terrestre.

Une deuxième remarque. La pensée et la vie chrétiennes, et donc l'obstétrique chrétienne, n'attribuent pas une valeur absolue aux progrés de la science et aux raffinements de la technique. Par contre une

[7] ***Acta Apostolicae Sedis,*** **a. 1951 p. 835 ss.**
[8] ***I. c.*** **p 837.**

Quare eadem Sacra Congregatio Religiosis praeposita, iussu et auspiciis Nostris, ut Congressus votis faceret satis, cooperantibus undique Antistitibus generalibus, *Anno mariali,* Institutum Beatae Mariae Virginis, quae a Nobis sollemniter Regina proclamata et coronata erat, in alma Urbe erigendum curavit. Cum hoc Institutum, cui nomen *Regina Mundi* inditum est, hisce annis optimum iam de se specimen dederit et securum Nobis offerat pignus illorum felicium fructuum quos ardenter optamus, eo consilio ducti ut ipsum Nostra pontificia approbatione roboretur et augeatur, ac praestans exemplar atque auspex fiat similium pro virginibus Deo dicatis Institutorum, quae ubique terrarum iam condita sunt vel in posterum legitime condentur, haec quae sequuntur, *Motu proprio* ac matura deliberatione Nostra, decernimus ac statuimus.

I

Institutum quod « Regina Mundi » nuncupatur, ad altiorem virginibus Deo et animarum ministeriis consecratis institutionem, educationem et formationem in scientiis ac disciplinis, praecipue sacris, impertiendam, *pontificium* declaramus et hoc titulo ipsum decorari concedimus.

II

Hoc Institutum Nostro nomine Nostraque auctoritate Sacra Congregatio Religiosis praeposita, sub Statutis a Nobis probatis, moderabitur. Sacra Congregatio in hoc Nostro Instituto ordinando, regendo, compiendo, valide, ad normam Statutorum, a Delegatis Sacrae Congregationis Seminariis et studiorum Universitatibus praepositae, Secretariae Status et Vicariatus Urbis adiuvabitur.

III

Instituto ius et facultatem concedimus, ad normam Statutorum, alumnis, post studia rite peracta et pericula legitime superata, diplomata conferendi, quorum vi disciplinas in collegiis feminis destinatis

saecularibus et religiosis, cuiusvis gradus, illa amplitudine quae in singulis diplomatibus accurate definietur, tradere possint. Ut magisterium in scholis laicis viris destinatis exerceri valeat, ea accurate servari debent, quae de iure servanda sunt.

IV

Huic denique Instituto facultatem facimus, ad normam Statutorum, illas Scholas et Instituta, eorumve Sectiones, sibi aggregandi quae ipsi afonia videantur.

Haec auctoritate Nostra decernimus ac statuimus, contrariis quibuslibet non obstantibus, peculiari etiam mentione dignis.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, die xi mensis Februarii, anno MDCCCCLVI, Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CHUNCHONENSIS

APOSTOLICA PRAEFECTURA CHUNCHONENSIS AD DIGNITATEM PERDUCITUR APOSTOLICI VICARIATUS, IISDEM FINIBUS NOMINEQUE SERVATIS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Etsi sancta Ecclesia, arcano Dei numine sinente, pluribus locis lacessitur ac divexatur, ea tamen laeto auspicio quoquoversus vivax generosaque protenditur : ipsa enim, quae cruci afiâxi Conditoris sui dolores redintegrat atque cruciatus, cum silens opprimitur, vincit, cumque cruore respergitur, frequentiores animos Deo parit. Cum igitur Nos, qui Ecclesiam regimus ac gubernamus, ex dilecto Filio Nostro S. E. E. Cardinale S. Congregationis Fidei Propagandae Praefecto gratissimum accepe-

rimus nuntium : in apostolica praefectura Chunchonensi, quae est in Corea, rem catholicam feliciter profecisse, atque sacerdotes Societatis a S. Columbano pro Missionibus apud Sinenses, qui inibi allaborant, admodum probabiles suae industriae cepisse fructus, eandem volumus ad apostolici vicariatus dignitatem perducere. Confirmantes ideo quae eadem Sacra Congregatio esse facienda censuerit, et consensu eorum suppleto, qui in hac re aliquid iuris vel habeant vel se habere existiment, omnibus attente perpensis, de summa Nostra potestate sequentia statuimus atque decernimus. Apostolicam praefecturam *Chunchonensem* ad apostolici vicariatus gradum evehimus, eodem nomine iisdemque finibus servatis, ipsique omnia concedimus iura et privilegia, quae omnibus per orbem terrarum apostolicis vicariatibus competunt; eius praeterea Vicario iura et onera tribuimus, quibus ceteri eiusdem dignitatis viri et gaudent et tenentur. Quem modo condidimus Chunchonensem vicariatum curis committimus ipsius Societatis a S. Columbano pro Missionibus apud Sinenses, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis nutum : quibus dum gratum animum profitemur, ob tam egregiam suam navitatem atque sollertiam, eosdem paterne hortamur ut multiplicato studio eos quaerere pergant, qui « in umbra mortis » adhuc sedent, atque ad christianorum agmina adiungant. Volumus denique ut quae hisce Litteris Nostris praescripsimus exsequenda curet qui, eo tempore quo res fiet, Apostolicae in Corea Delegationi praeerit : cui omnes ad id necessarias facimus potestates, etiam cuilibet viro subdelegandas, si opus fuerit, dummodo ecclesiastica dignitate pollenti, simulque praecipimus ut effectum opus in acta referat, eorumque fide digna exempla ad S. Consilium Fidei Propagandae cito mittat. Has.vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se

poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die vicesimo mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. *R. E. Cancellarius*

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Ap. Cano, tab., vol. LXXXXI, n. *55.*

II

MONTISVIDEI ET ALIARUM

(MELENSIS - S. IOSEPHI IN URUQUARIA)

AB ARCHIDIOECESI MONTISVIDEI ET AB ALIIS QUIBUSDAM DIOECESIBUS QUAEDAM TERRITORIA DETRAHUNTUR, E QUIBUS DUAE ALIAE DIOECESES CONSTITUUNTUR ! ((MELENSIS)) ET ((S. IOSEPHI IN URUQUARIA)).

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Accepta, arcano Dei consilio, summa in electorum gregem potestate, in id omnino incumbimus ut videlicet christiana veritas omnibus populis proponatur, eaque ingenua integraque apud eos perseveret. Quod cum facilius obtineri posse arbitremur, si apta finium Ecclesiarum dispositio Episcoporum laboribus obsecundet, ideo censemus benigne esse preces accipiendas, quas venerabilis Frater Alfredus Pacini, Archiepiscopus titulo Germiensis et in Republica Uruquaria Apostolicus Nuntius, auditis venerabilibus Fratribus Antonio Maria Barbieri, Archiepiscopo Montisvidei, Michaele Paternam, Episcopo Floridensi-Melensi, ac denique Alfredo Viola, Episcopo Saltensi, huic Romanae Sedi admovit, ut in Uruquaria Republica duae novae dioeceses conderentur, partitis nonnullarum Ee-

clesiarum territoriis. Quae cum ita sint, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum, post rem iterum atque iterum consideratam, eorum consensum supplentes qui in hoc negotio aliquid iuris vel habeant vel sese habere putent, Nostra apostolica auctoritate haec decernimus et iubemus. Ab archidioecesi Montisvidei id territorii separamus, quod has civiles regiones complectitur : Lavalleja, Rocha et Maldonado ; a dioecesi vero Floridensi-Melensi oras quae populari nomine Treinta y Tres, et Cerro Largo dicuntur. Quibus e territoriis novam dioecesim constituimus, *Melensem* appellandam iisdemque finibus terminaridam ac regiones quas commemoravimus e quibusque coalescit. Huius novae dioecesis caput Episcopique Sedes et domicilium urbs Melo erit, quae urbs usque ad annum millesimum nongentesimum tricesimum primum Sedis episcopalis honorem habuit ; cathedram vero suae potestatis et magisterii in templo B. M. V. a Pilar cognominatae et S. Raphaelis Archangeli Episcopus collocabit, quod scilicet ad gradum aedis cathedralis evehimus cum omnibus suis iuribus et privilegiis. Item ab eadem archidioecesi Montisvidei eas regiones distrahimus quibus sunt in vulgus nomina : S. José de Mayo, et Canelones, exceptis tamen curiis quae Ioaquin Suarez, Pando, et Sauce cognominantur, quaeque in altera e duabus regionibus sunt sita ; a dioecesi vero Saltensi eam partem seiungimus quam populus Coloniam nuncupat. Ex quibus omnibus terris aliam dioecesim erigimus, *8. Iosephi in XJruquaria* appellandam, cuius Sedem in urbe S. José de Mayo statuimus, cuiusque cathedrale templum illud erit quod est S. Iosepho B. M. V. Sponso dicatum, omnibus iuribus, honoribus, et privilegiis datae dignitatis auctum. Harum dioecesium Episcopos censemus iisdem item iuribus, facultatibus, insignibus cumulari quibus ceteri fruuntur per orbem sacrorum Antistites; onerari tamen volumus iisdem obligationibus. Qui praeterea Episcopi subiecti erunt tamquam suffraganei Archiepiscopo Metropolitae Montisvidei, sicuti et novae dioeceses, uti aequum est, eidem metropoli obnoxiae erunt. Quandoquidem autem decet eos pueros qui Christi voce ad suavissima sacerdotii munera invitentur diligentissime excoli, ideo mandamus ut quam primum fieri potest in unaquaque novarum dioecesium Seminarium saltem elementarium exstruatur iuxta leges iuris communis et normas a S. Congregatione de Seminariis et studiorum Universitatibus latas. Ex quo lecti iuvenes Romam mittantur, ut vera philosophia imbuantur sacrarumque rerum disciplina erudiantur, Pontificio Collegio Piano Latino Americano recepti. Studeat Episcopus uniuscuiusque dioecesis ut in cathedrali

aede Canonicorum Collegium condatur Dei cultui augendo, consiliisque habendis. Quodsi non id statim fieri possit, concedimus ut interea Consultores dioecesani eligantur, qui, scilicet, a suo munere cessabunt cum per apostolicas Litteras Canonicorum Collegium conditum fuerit. Mensam episcopalem, quam dicunt, novarum Ecclesiarum constituent sive Curiarum proventus, sive quae a christianis offeruntur pecuniae, sive pars bonorum quae e divisione constat rerum et possessionum adhuc ad dioeceses Montisvidei, Floridensem-Melensem ac Saltensem pertinentium, iuxta canonem 1500 C. I. C. Quod vero ad clerum attinet, decernimus ut simul ac novae Sedes Melensis et S. Iosephi in Uruquaria conditae fuerint, eo ipso clerici ei Ecclesiae censeantur ascripti, in cuius territorio legitime degunt. Itidem mandamus ut omnia acta et documenta ad duas dioeceses, quas f undavimus, quomodolibet respicientia, eadem quam cito fieri potest ad proprias Curias mittantur, ibidem sedula cura in tabulario asservanda. Eegimen, administratio, Vicarii Capitularis electio, Sede vacante, disciplina cleri et populi, eorum iura et onera, haec omnia Iuris Canonici praescriptis omnino regantur. Iubemus tandem ut quae dioecesis adhuc Floridensis-Melensis est appellata, ea in posterum Floridensis tantum cognomine vocetur. His omnibus quae per Nostras sub plumbo Litteras praecepimus perficiendis venerabilem Fratrem Alfredum Pacini, quem meminimus, deligimus, factis ad id potestatibus, qui tamen, si casus ferat, poterit et alium virum delegare, dummodo ecclesiastica dignitate insignem. Confecto autem negotio, documenta exarari idem faciet, eaque sinceris exemplis ad S. Congregationem Consistorialem cito mittet. Quodsi fiat ut cum hae Litterae Nostrae ad effectum erunt deducendae alius Apostolicae Nuntiaturae in Uruquaria Republica praesit, hic quae mandavimus faciet. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderen-

tur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die decimo quinto mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. R. E. Cancellarius

$ Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco Ei Plumbi

In Ap. Cane, tao., vol. LXXXXI, n. 96.

III

VALDIVIENSIS - PORTUS MONTT
(OSORNENSIS)

DISTRACTIS QUIBUSDAM TERRITORIIS EX DIOECESIBUS VALDIVIENSI AC PORTUS MONTT, NOVA EFFICITUR ((OSORNENSIS)) DIOECESIS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christianorum, qui in dioecesibus Valdiviensi ac Portus Montt commorantur, utilitati prodesse cupiens, venerabilis Frater Sebastianus Raggio, Archiepiscopus titulo Ephesinus et in Chilia Apostolicus Nuntius, post auditos, ut aequum erat, venerabiles Fratres Arcturum Mery Beckdorf, nuper Episcopum Valdiviensem nunc Archiepiscopum titulo Phasianum, Raymundum Munita Eyzaguirre, Episcopum Portus Montt, Georgium Antonium Larrain Cotapos b. m., qui tunc Chillanensis Episcopus erat, ac denique Guidonem Benedictum Beck, Episcopum titulo

Mastaurensem in Asia atque Apostolicum Vicarium de Araucania, ab hac Romana Sede poposcit ut, partitis quibusdam earundem Ecclesiarum territoriis, nova cathedralis conderetur Sedes. Cuius postulationem cum attente perpenderimus, ipsi libenter concedere in animo habuimus, quibus, sacrarum rerum usu doctis, persuasissimum est, ubi apte dioeceses disponantur, sacerdotum labores magis proficere, homines uberrimo fructu coli, incepta denique prosperan atque ad felicem exitum adduci. Quam ob rem, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum; consensu eorum suppleto, qui in hac re aliquid iuris vel habeant vel se habere existiment, apostolica summaque Nostra potestate sequentia statuimus. A Valdiviensi dioecesi eam distrahimus regionem, quae in civili provincia vulgato nomine Osorno exstat; item a dioecesi Portus Montt id territorii separamus, quod municipium vulgo Puerto Octay complectitur itemque in Osorno provincia, quam commemoravimus, continetur; quibus ex ita disiunctis territoriis, dioecesim condimus, quam *Osomensem* appellari volumus et iisdem atque civilis provincia Osorno finibus terminari. Praeterea a Valdiviensi dioecesi regionem dividimus quae, ad septentrionem lineae parallelae gradus 41 posita, ad civilem provinciam vulgo Llanquihue protenditur, eamque Ecclesiae adiungimus Portus Montt. Osomensem dioecesim ut suffraganeam subdimus metropoli Ss. Conceptionis, cuius Metropolitae Archiepiscopo Osomensem Episcopum eiusque successores subici volumus. Decernimus pariter ut sacer Praesul sedem ac domicilium in Osorno urbe statuat, a qua dioecesis nomen mutuatur ; cathedram autem pontificalis magisterii in templo S. Matthaeo Ap. et Ev. sacro ; quod templum, una cum urbe ac dioecesi, de quibus loquimur, honoribus ac privilegiis decoramus, quibus ceterae gaudent pari dignitate sive sacrae aedes, sive episcopales urbes, sive dioeceses. Epicopum vero et iuribus instruimus et oneribus officiisque astringimus, quae episcopali dignitati sunt congrua. Quo vero divinus cultus in Osornensi cathedrali templo sollemniore caerimonia ac debita ratione habeatur, atque Episcopus eorum fruatur consilio et opera virorum, qui ingenio praestent atque pietate, volumus ut Canonicorum Collegium quam primum constituatur, secundum proprias normas aliis Apostolicis sub plumbo Litteris describendas; quoadusque tamen idem effici nequeat, sinimus Canonicorum loco dioecesanos eligi Consultores. Mensa episcopalis, quae audit, sive Curiae fructibus componetur, sive fidelium rebus atque pecuniis ultro oblatis,

sive bonis quae, peracta ad canonis 1500 O. I. O. normam rerum opumque Valdiviensis mensae divisione, Osornensi obvenient dioecesi. Quoniam autem maxime Nobis est cordi eorum institutio puerorum qui, divinitus ad sacerdotium vocati, futuri sunt uniuscuiusque dioecesis columen atque subsidium, volumus ut Osornensis Praesul seminarium saltem elementarium excitandum curet, ad iuris praescripta et iuxta leges a S. Consilio de Seminariis et studiorum Universitatibus latas, ex eodemque optimos quosque adulescentes eligat eosque in hanc almam Urbem mittat, in Pontificio Ephebeo Piano Latino Americano philosophia ac theologia rite excolendos. Novae insuper Ecclesiae regimen et administratio, Capitularis Vicarii, Sede vacante, electio aliaque huiusmodi, praescriptis Codicis Iuris Canonici omnino regantur. Iubemus quoque ut simul atque Osornensis Sedis erectio ad effectum erit deducta, clerici illi dioecesi habeantur ascripti, in cuius territorio legitime degunt ; utque documenta et acta, quae ad novam respiciant dioecesim ad eiusque clericos, fideles bonaque temporalia, a Curiis Valdiviensi ac Portus Montt ad Osornensem Curiam mittantur, in eius tabulario diligenter servanda. Venerabilem denique Fratrem Sebastianum Paggio, quem supra diximus, ad ea deligimus efficienda, quae his Litteris descripsimus, vel eum qui eo tempore, quo haec iussa ad effectum adducentur, Apostolicae in Chilia Nuntiaturae praeerit; qui vero hoc exsequetur opus, omnibus ad id necessariis fruetur potestatibus, cuilibet etiam subdelegandis viro, si opus fuerit, qui tamen ecclesiastica polleat dignitate, onusque habebit effectum negotium in acta referendi eorumque fide digna exempla ad S. Consistoriale Consilium quam primum mittendi. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta ofiicere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrec-

taverit, sciat se poenas esse subitnmm iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die quinto decimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. *R. E. Cancellarius*

$ Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc. in Is., *Decanus Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

***In Cane. Ap. tab., vol. LXXXXI, n.* 84.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA V. AB ORIGINE IMMACULATA PRAECIPUA CAELESTIS PATRONA CONSTITUITUR PRAEFECTURAE APOSTOLICAE GALAPAGENSIS.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae una ab origine omnis labis servata fuit immunis, Beatam Mariam Virginem Christifideles, qui Galapagenses insulas, scilicet eiusdem nominis Praefecturam Apostolicam, incolunt, ut peculiarem tutricem excolunt, venerantur atque praecipua,, quasi filiorum in modum, prosequuntur pietate. Cupiens autem eorum animos hac religione artius devincire, Mariano praesertim volvente Anno, Dilectus Filius Aloisius Reginaldus Petrus Paulus Andrade, Praefectus Apostolicus Galapagensis, vota quoque depromens Praefecti Maritimi aliorumque Virorum e prioribus populique fidelis, Nos rogavit, ut Beatam Mariam Virginem ab origine Immaculatam Praefecturae, quam diximus, praecipuam Patronam renuntiaremus. Quibus precibus, pro Nostro Mariani cultus quoquoversus propagandi studio, libentissime concedentes, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa

scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitùdine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Virginem ab origine Immaculatam praecipuam apud Deum *Caelestem Patronam* Praefecturae Apostolicae Galapagensis confirmamus seu constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus regionum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc ed in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Septembris, anno MDCCCCLIIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

AD DIGNITATEM ET HONOREM BASILICAE MINORIS EVEHITUR ECCLESIA ARCHICONFRATERNITATIS B. MARIAE V. IMMACULATAE IN CIVITATE ET ARCHIDIOECESI CATACENSI.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Maximo afficimur gaudio cum quotidie magis magisque clarescat Annum Marianum, quem laetantes et fidentes Litteris Nostris Encyclicis « Fulgens corona », indiximus, Venerabilium Fratrum Episcoporum studiosa cura et Christifidelium pia docilítate id quod Nos voluimus feliciter et plene consequi. Iuges enim ad Nos perveniunt undique preces quae eo tendunt ut Beatissimae Virginis Mariae cultus in orbe catholico augeatur, Eique honor addatur, erga Ipsam Dei hominumque Matrem dulcissimam filiorum amor increscat. Quibus precibus nunc addendae sunt quae Nobis adhibuerunt dilecti filii Sacerdos qui est simul Magister pietatis et Rector necnon nobilis vir qui est Prior Ven. Archiconfraternitatis a Beatissima Virgine Maria

Immaculata in urbe Catacensi. Qui Nos edocent in eadem urbe ipsius Deiparae omnis labis experti cultum in templo Eidem dicato antiquissimum esse,. Inde enim ab anno MDCXLI, civitati cuiusque ordinis Praepositi voto se obstrinxerunt singulare Dei Genetricis privilegium etiam effuso sanguine se et vitae periculo defensuros, et Immaculatam Virginem praecipuam urbis Patronam elegerunt. Exinde quoties municipii moderatores magistratum inire contingebat, in Sacello Virginis Immaculatae sistentes votivum cereum obtulerunt. Venerabilis Archiconfraternitatis, quam supra laudavimus, officium suum esse iugiter duxit christianae plebis devotionem erga Beatissimam Virginem Mariam provehere, omnem impendendo curam ut sacra aedes et in ea sacellum in quo simulacrum marianum clarum prodigiis fidelium venerationi prostat, singulari opere artificioque clarissimi architectoris Antonii Maialone, sodalis franciscalis, aedificantur et exornaretur. Quod templum inter alia urbis Catanensis, amplitudine et magnificentia praecellens, Catacensium Episcopus die vi mensis Decembris a. MDCIII sollemni ritu consacravi^ Ita vero templum ipsum operibus arte factis, sacra supellectili et Sanctorum dives est reliquiis ut in eo episcopalis cathedra, ad tempus, necessitate id postulante, bis translata fuerit. Quibus omnibus ducti rationibus et insuper ut Cataci quoque perennis exstet huius Marialis Anni memoria, Archiconfraternitatis memoratae Moderatores, quos diximus, Nos rogaverunt ut Ecclesiam, quam saepe nominavimus, ad dignitatem Basilicae Minoris evehere dignaremur. Quae vota Venerabilis Fratris Ioannis Fiorentini, Catacensium Archiepiscopi, amplissima commendatione roborata, pro Nostra in Sanctissimam Deiparam singulari pietate, libenti animo statuimus complere etiam ut paternam benevolentiam Nostram Sacrorum Antistiti, Clero et universo fideli populo Catacensi luculenter manifestam faciamus. Quare, omnibus rite perpensis et ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Catacensem Ecclesiam Deo in honorem Beatae Mariae Virginis Immaculatae dicatam, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* afficimus et decoramus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae Templis, eodem honore insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efiicaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse atque defi-

mendum : irritumque ex nunc et inane neri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Septembris, in festo Sanctissimi Nominis Beatae Mariae Virginis, anno **MCMLiv,** Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

III

SANCTUS CHRISTOPHORUS, M., ELIGITUR IN PRAECIPUUM CAELESTEM PATRONUM PRO TOTO ITALICI EXERCITUS ORDINE AD REM MACHINALEM ET AD AUTOMATARIAS RAEDAS PERTINENTE, VULGO ((MOTORIZZAZIONE E SERVIZIO AUTOMOBILISTICO)) NUNCUPATO.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quo maiora eademque magis inopinata sunt vitae pericula, eo impensius fidelium animi supernum expetunt auxilium, « sufficientia nostra ex Deo » cum sit, ut ait Paulus Apostolus. Nil mirum proinde si nostrae aetatis autoraedarii, etsi novissimis et artis ratione perfectis praediti vehiculis, divinae se committant tutelae per Sanctos quorum vita ad eandem artem quodammodo pertinere videatur. Quos inter Sanctus Christophorus annumerandus, qui, catechumenus antea ac dein Christi Martyr, magnitudinis vir fere immanis, Dei hominumque permotus caritate, iter facientes ac peregrinos trans vehemens Lyciae flumen nulla mercede nec sine vitae discrimine consueverat transvehere, ac denique, prout antiquitus traditum est, ipsum Iesum Christum Infantem singulari Dei privilegio trans flumen intempesta nocte suis humeris portavit. Ne tanti eventus excideret memoria, « Christophori » nomen ei, Baptismate sancto rite abluto, inditum est atque, martyrio decoratus, hoc ipso nomine in Oriente ac dein in Europa

per saecula magna veneratione ipse colebatur. In pervetusta quoque Sancti Clementis in Urbe Basilica permagnum, tantae in eum pietatis testimonium, Sancti Christophori udo illitum opus affabre confectum exstat. Hunc ipsum, iam inde a suo condito ordine, milites Italici automatis addicti magna adierunt fiducia, atque conspicua pietatis in eum ediderunt specimina. Ipsi enim autoraedarii milites Bononiae commorantes ad parvum oppidum « Monte Maggiore » vulgo nuncupatum, ubi Ecclesia paroecialis Divo Christophoro dicata exstat, imaginem eiusdem Sancti, udo illitam saeculo xiv, veneraturi quotannis se conferebant. In longinquis insuper Africae regionibus, in Somalia, Italici milites eiusdem ordinis venustam in honorem Sancti Christophori Ecclesiam, anno **MCMXXXVI**, a fundamentis excitarunt. Quae cum ita sint, ne tantae in eundem Sanctum militum pietatis studium defervesceret, quin potius in dies augeretur, Yenerabilis Frater Henricus Pintonello, Archiepiscopus titulo Theodosiopolitanus in Arcadia, Ordinarius Militaris pro Italia, enixa vota Exercitus Praefecti, rei machinalis Inspectons, tribunorum militarium, centurionum, subcenturionum, optionum nec non gregariorum automatis addictorum benigne excipiens, a Nobis efflagitavit ut Sanctum Christophorum Italici supra memorati militum ordinis Caelestem Patronum confirmare sollemniterque dignaremur declarare. Nos autem, ut religio in Deum Eiusque Sanctos etiam milites « ad meliora charismata » aemulanda magis magisque incitaret atque aerumnis itinerumque periculis eosdem arceret, huiusmodi precibus annuendum perlibenter censuimus. Quapropter, ex consulto Sacrae Rituum Congregationis, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, Sanctum Christophorum, Märtyrern, Italici Exercitus ordinis et ad rem machinalem et ad automatarias raedas pertinentis, vulgo « Divisione Servizio Tecnico della Motorizzazione e Divisione Servizio Automobilistico » appellati, Caelestem apud Deum *Patronum* confirmamus seu declaramus et constituimus, omnibus et singulis honoribus et privilegiis liturgicis adiectis quae praecipuis ordinum Patronis rite competunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definien-

dum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Novembris, anno MCMLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

IV

SANCTUS LUCAS EVANGELISTA CAELESTIS PATRONUS PUBLICI COLLEGII MEDICORUM, VULGO « CUERPO DE SANIDAD NACIONAL », IN DIOECESI MATRITENSI CONFIRMATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — « Altissimus creavit medicamenta », quemadmodum in libris divino afflante Numine exaratis, scriptum est (cf. Eccl., XXXVIII, 4). Qui ergo in salutari arte aegrotos ad sanitatem revocandi versantur, eos ad Deum animos decet convertere, a quo ut « a Patre luminum omne datum optimum et omne donum perfectum descendit » (cf. lac. I, 17). Hoc sentiunt, quemadmodum accepimus, Catholici medici Hispani publici collegii, quod vulgari sermone « Cuerpo de Sanidad Nacional » appellatur. Qui, maiorum astricti religione, ut in exercenda arte vitaque transigenda superno utantur praesidio, peculiarem deprecatorem apud Deum habent Sanctum Lucam, « medicum carissimum » (cf. Col., IV, 14), eumque sibi Patronum adoptavere. Cum igitur in eum praecipua ferantur pietate, a Collegii, quod diximus, curatore preces ad Nos admotae sunt, ut eiusdem Caelitis, eorum Tutoris, electionem Nostra auctoritate ratam haberemus. Quae vota, Venerabilis Fratris Leopoldi Ei jo y Garay, Matritensis et Complutensis Episcopi, Indiarum Occidentalium Patriarchae, commendatione suffulta, libenti animo statuimus explere. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Lucam Evangelistam publici collegii seu societatis medicorum, cui nomen « Cuerpo de Sanidad Nacional », in dioecesi Matritensi, Caelestem apud Deum *Patronum*

confirmamus, seu iterum constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xr mensis Novembris, anno **MDCCCCLIIII**, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

V

TITULUS AC PRIVILEGIA BASILICAE MINORIS TEMPLO SANCTI IOSEPH, IN URBE ET ARCHIDIOECESI MARIANOPOLITANA, CONFERUNTUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Amplo Templo, honori Sancti Iosephi, Almae Deiparae Sponsi, sacro, Marianopolis, Canadesium urbs praeclara, magnopere, ut ad Nos allatum est, decoratur. Quae augusta Aedes, quam vulgari sermone « Oratoire Saint Ioseph du Mont-Royal » appellant, patet in longitudinem passus fere **LXV**, in latitudinem vero xxxxi, statque ad auras sublimis. Hoc praeterea religionis domicilium Christifideles non solum ex ea urbe atque continente regione, sed etiam e longinquo consueverunt perfrequentes adire, ut Deo Optimo Maximo atque Servatoris Patri nutricio pie supplicent muneribusque supernis potiantur. In quos assiduas ibi curas impendunt plurimi eiusdem Templi sacri administri. Cupiens autem hanc religiosam alacritatem atque erga Sanctum Iosephum pietatem maioribus in dies augere incrementis, Dilectus Filius Noster Paulus Aemilius Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Léger, Archiepiscopus Marianopolitanus, preces

Nobis adhibuit, ut Templum, quod diximus, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus votis libenti animo obsecundantes. Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam Marianopolitanam Sancto Iosepho dicatam atque vulgo « Oratoire Saint-Ioseph du Mont-Royal » appellatam, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae Templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Novembris, anno **MCMLIV**, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

VI

ECCLESIA PAROECIALIS B. MARIAE V. A SS. ROSARIO, IN LOCO VULGO ((VILLA DEL ROSARIO)) INTRA FINES CORDUBENSIS IN ARGENTINA ARCHIDIOECESIS EXSTANS, BASILICAE MINORIS TITULO HONORIBUSQÜE AUGETUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Marialis annus, haud ita pridem feliciter expletus, non unam Nobis animadvertendi praebuit occasionem,, ubi maior in Beatissimam Virginem Mariam micaret pietas, ibi in honorem eiusdem Deiparae Templa extolli magis conspicua. Haud aliter accidisse videtur, prout ad Nos allatum est, in parva urbe, quae ((Villa del Rosario » vulgo nuncupata, intra Cordubensis in Argentina Archi-

dioecesis fines est posita. Anno millesimo septingentésimo nonagésimo quinto, urbs vixdum aedificata maternae Virginis tutelae, Ourionis Procerumque opera, commissa fuit, adeo ut nomen « Villa Real del Rosario » ei inderetur. Mox Ecclesia eodem titulo insignis fuit exstructa, cuius in locum, exeunte decimo nono saeculo, novissima maiore amplitudine est substituía atque, anno millesimo octingentesimo nonagésimo quarto, sollemni ritu consecrata. Praeclara autem, quae nunc conspicitur, Ecclesia mole et forma atque genere, quod dicunt, « romanico », nec non tholo sacrisque turribus est venusta. Exstant in ea quindecim ampla specularia, totidem Rosarii mysteria coloribus affabre prae se ferentia; decem lignea altaria exsculpta atque inaurata; permagnum denique organum. Arae maximae, tamquam specioso throno, veneratum Beatae Mariae a Rosario, corona ac duodecim stellis ex argento redimitum, Simulacrum imminet, ad quod Christifideles frequentes precaturi accedunt. Permulta aurea ac gemmis distincta dona ex voto oblata, nec non pretiosa supellex Ecclesiae thesaurum efficiunt. Quae denique, in Paroeciam erecta, tantam fidelium pietatem excitavit, ut plurimos ad sacra capessenda munia vel religiosa obeunda instituta induxerit. Expleto autem ducentésimo quinquagesimo ab Ecclesia aedificata anno, Venerabilis Frater Firminus Aemilius Lafitte, Archiepiscopus Cordubensis in Argentina, nomine quoque Curionis omniumque fidelium, enixis humilibusque Nos adiit precibus, quibus Nos exoraret ut memorata Ecclesia paroecialis honoribus et privilegiis Basilicae Minoris per Nosmet Ipsos condecoraretur. Quibus omnibus mature perpensis, peculiare et memoratae Ecclesiae antiquitati et Cleri populique pietati benevolentiae Nostrae testimonium conferre volentes, huiusmodi votis statuimus annuere. Quapropter, ex consulto Sacrae Rituum Congregationis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam paroecialem Beatae Mariae Virginis a Sacratissimo Rosario, in urbe vulgo « Villa del Rosario » intra fines memoratae Archidioecesis exstantem, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae eidem titulo rite competunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane, fieri, si quidquam secus super his, a

quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Ianuarii, anno MCMLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULA

AD REVMUM P. ENGELBERTUM EBERHARD, ORDINIS FRATRUM EREMITARUM S. AUGUSTINI MODERATOREM GENERALEM, OB SEPTIMUM EXEUNTEM SAECULUM AB UNITATE EREMITARUM SODALIUM CONSTITUTA.

PIUS PP. XII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Sedulo pietatis oflicio, quam recognovisse Nobis pergratum fuit, Nos commonefactos voluisti te sodalesque tuos mox septem saecula celebraturos esse ab eo revoluta anno, quo Decessor Noster Alexander IV per Apostolicas Litteras ((Licet Ecclesiae x> unitatem iunctionemque Eremitarum Sodalium S. Augustini constituit. Decet sane debitis Deo persolvendis gratiarum actionibus piisque laetitiis huiusmodi recolere eventum, quod religioso Instituto vestro et universae Ecclesiae salutarium fructuum liberalem prodidit messem. Enimvero magno sapientiae consilio a solertissimo illo Romano Pontifice provisum est, ut viri, qui sparsis disiunctisque sodalitatibus et haud pari ratione S. Augustinum umbratilis vitae suae contemplationi deditae veneraban tur magistrum, unam confertamque efficerent aciem, quae huic Petri Sedi firmo obsequio et studio coniuncta, secundum Hipponensis Doctoris sanctissima praecepta Evangelii virtutes coleret et in apostolica opera incumberet. Cui novo Coenobitarum Ordini, qui iure meritoque heres est religiosae familiae ab ipso S. Augustino conditae, benignus et praesens affuit Deus, siquidem is felicibus auctibus crevit et haud raro priscarum laudum aemulum, inditam sanctamque edendo progeniem, se praestitit. Pro bene-

volentia, qua vosmet prosequimur, id optamus cupimusque, ut ad Iesu Christi augendam gloriam, qui unitatis est amator et dator, compages vestra solidioribus usque stet viribus et nunquam remisso nisu ad providae caritatis generosa molimina prosiliat. Quin etiam ipse legifer Pater vester id dilectos filios adhortatur: « Caritas... compagem facit, compages complectitur unitatem, unitas servat caritatem, caritas pervenit ad claritatem » (S. Augustinus, In Ps. XXX, Enarr. II, Serm. II, I). Cuius spiritibus afïlatuque permoti, facite, ut everso succurrentes saeculo, quod, tenebris et simultatibus obscurum et minax, illius indiget uberrima luce et dulcisona eloquentia, vos ad quasvis etiam arduas certationes parata sollertia vestrum in Ecclesiam studium demonstretis. Inde colligere tibi pronum est scitu Nobis fuisse iucundum id quoque vobis esse in votis, ut ad S. Augustini pietatem et doctrinam penitius investigandam per hebdomadam studiosi eius conveniant. Quae omnia laude digna consilia caelestis gratiae auxilium ad prosperos felicesque exitus fortunet ! Quod ex animo adprecati, tibi, dilecte fili, et sodalibus tuis et universis, qui statis coetibus intererunt, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die **II** mensis Februarii, anno **MDCCCOLVi,** Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

Cultoribus, Docentibus et Dirigentibus Unionis internationalis e® magnis Institutis atque Lyceis de Archeologia, de Historia ac de Artis Historia in Urbe decem abhinc annos conditae. *

C'est bien volontiers, Messieurs, que, répondant à votre souhait, Nous recevons ici votre association, 1'« Union Internationale des Instituts d'Archéologie, Histoire, Histoire de l'Art à Rome », à l'occasion du dixième anniversaire de sa création. Nous vous félicitons de l'heureuse idée qui l'a fait naître, ainsi que du développement qu'elle a pris pendant ces dix ans : elle ne comprend en effet pas moins de 21 Instituts, appartenant à 14 Nations ; elle est un centre où l'on discute des questions qui

* **Habita die 9 Martii mensis a. 1956.**

les intéressent tontes ; elle accorde aux entreprises, que des Instituts isolés pourraient difficilement conduire à bonne fin, un appui financier efficace, et les soutient toutes de son autorité morale; en un mot, elle est devenue le foyer des initiatives et des intérêts culturels de ces diverses Nations à Rome. Nous nous en réjouissons cordialement. Nous voudrions aussi vous exprimer Notre satisfaction particulière pour le projet, dont vous Nous avez fait part, de rééditer sur un plan plus vaste la *Bibliotheca Historica Medii Aevi* de l'illustre Auguste Potthast. Vous savez quels services précieux cet ouvrage rend entre autres à l'Histoire ecclésiastique pour la période qui va de 500 à 1500.

En accueillant en septembre dernier les membres du Congrès International d'Histoire, Nous leur disions que Nous n'avions nullement l'impression de Nous adresser à des inconnus ou des étrangers; cette impression, Nous l'éprouvons plus vive encore à présent : on pourrait même presque dire que le Vatican lui aussi est un Institut d'Archéologie, Histoire et Histoire de l'Art, c'est-à-dire un Institut culturel.

Mais, même si sa résidence, le Vatican, peut se vanter d'être un haut lieu de l'histoire et de l'art, le Pape est le Chef d'une société religieuse, d'une Eglise universelle. Nous voyons en cela une invitation à profiter de votre présence ici, Messieurs, pour revenir sur une question, que Nous avons déjà touchée dans l'allocution au Congrès Historique rappelée à l'instant : Nous voulons dire la position de l'Eglise catholique à l'égard de la culture.

Nous affirmions alors que l'Eglise catholique ne s'indentine à aucune culture. Quelle est la raison profonde de cette attitude? Elle résulte en principe de l'indépendance radicale de la religion vis-à-vis de la culture. Celle-ci ne permet pas de juger des valeurs religieuses. Ainsi, l'âge d'or de la culture grecque, qui dura deux siècles à peine, tient une place unique dans l'histoire universelle, et le peuple d'Israël en Palestine n'a pas produit de valeurs culturelles comparables. On ne peut cependant rien en conclure quant à la pureté et à l'élévation des conceptions religieuses de ces deux peuples. Plusieurs siècles avant l'apogée de la culture hellénique, le peuple d'Israël exprime déjà, dans les Psaumes et les Prophètes, et même, bien plus tôt, dans le Deutéronome, son idée de Dieu et des fondements moraux de la vie humaine avec una pureté et une perfection, auxquelles l'hellénisme n'atteignit jamais, même chez ses coryphées spirituels, Socrate, Platon et Aristote. L'efflorescence de la culture arabe en Espagne à une époque où, plus au nord, la culture chrétienne à ses débuts s'élevait peu à peu par un effort laborieux, prouve-t-elle

la supériorité de l'islamisme sur le christianisme? Sans doute les savants arabes n'auront-ils pas manqué de reprocher aux chrétiens leur infériorité; mais il ne faut jamais juger une religion d'après le développement culturel de ses adhérents.

Nous voilà ainsi revenus à l'Eglise. Son Divin Fondateur, Jésus-Christ, ne lui a donné aucun mandat ni fixé aucune fin d'ordre culturel. Le but que le Christ lui assigne est strictement religieux ; il est même la synthèse de tout ce que renferme l'idée de religion, la religion unique et absolument véritable : l'Eglise doit conduire les hommes à Dieu, afin qu'ils se livrent à lui sans réserve et trouvent aussi en Lui la paix intérieure parfaite. Voilà pourquoi le Christ a confié à l'Eglise toute sa vérité et toute sa grâce.

L'Eglise ne peut jamais perdre de vue ce but strictement religieux, surnaturel. Le sens de toutes ses activités, jusqu'au dernier canon de son Code, ne peut être que d'y concourir directement ou indirectement. Les Papes du xve siècle, à partir de Nicolas V, ont suivi avec beaucoup d'intérêt le mouvement culturel de la Renaissance. Ils l'ont fait, au début du moins, pour relayer en quelque sorte ce mouvement et ne pas le laisser s'égarer sur des voies étrangères à la pensée chrétienne. Mais l'histoire après coup s'est demandé si, avec le temps, les hommes d'Eglise n'ont pas subi le charme de l'humanisme au point de lui sacrifier en partie leur tâche principale, s'il est vrai qu'à cette époque, précisément aux environs de 1500, il a fallu rappeler avec force le sens religieux de la vie et celui de la croix du Christ. Le conflit de la religion et de la culture, à ce moment si important de l'histoire, contribue à mettre en relief l'indépendance radicale de l'Eglise vis-à-vis des activités et des valeurs culturelles.

D'autre part, on ne peut pas interpréter la conscience qu'a l'Eglise de cette indépendence comme le fruit d'un certain pessimisme à l'égard de la culture ; on s'y complut volontiers au xixe siècle, et par contre-coup on détermina chez les savants et les publicistes catholiques, comme aussi dans la vie courante, une insistance exagérée sur la sympathie de l'Eglise pour la culture. Aujourd'hui, les ravages matériels et spirituels, que deux guerres mondiales et leurs conséquences entraînèrent pour l'humanité sans égard aucun pour les pays de vieille culture, ont ramené plus de sobriété et d'objectivité dans l'étude de la question. On n'ose plus guère reprocher à l'Eglise de se montrer hostile à la culture ; l'Eglise par contre est convaincue que l'humanité estime et cherche en elle, avant

tout, ses ressources religieuses et morales. Ce sont celles-ci en fait qui commandent l'attitude de l'Eglise envers la culture.

La nature et la révélation, l'histoire et l'expérience sont d'accord pour montrer que l'activité culturelle met en œuvre des aptitudes conférées par le Créateur à la nature humaine, et exécute un ordre qu'il a donné expressément : « Remplissez la terre et soumettez-la ».[1] Dans les grandes civilisations que la recherche scientifique a révélées, la culture était toujours liée organiquement à la religion. Point d'évolution culturelle saine sans un équilibre approximatif entre les progrès matériels et les progrès spirituels et moraux. Toute déviation dans l'évolution culturelle a sa cause profonde dans l'écart qui s'est creusé entre ces deux facteurs. Il n'y eut jamais de peuple sans religion. L'irréligiosité implique toujours la volonté de se séparer de la religion, une négation, un rejet, jamais une attitude originelle, ni durable. La décadence culturelle est d'habitude précédée d'une décadence de la vie religieuse. Si donc la religion, comme Nous le disions, est radicalement indépendante des formes et des degrés de la culture, par contre la culture qui se veut authentique, saine et durable, appelle d'elle-même une relation intime à la religion.

Le christianisme et l'Eglise Nous révèlent quelle est cette relation : le christianisme ne recherche pas un spiritualisme pur, qui serait inhumain. Le parfait chrétien est aussi un homme parfait, car personne ne fut plus pleinement homme que l'Homme-Dieu, Jésus-Christ lui-même. Le don total à Dieu est certainement un acte spirituel ; mais il doit s'éprouver dans la réalité de la vie humaine, au fil des heures, des jours et des années. Le christianisme ne connaît pas non plus dans l'univers de domaine où Dieu ne pourrait pénétrer. L'Eglise a rejeté toute forme de dualisme manichéen : « Frères, dit l'Apôtre Paul, tout ce qu'il y a de vrai, de noble, de juste, de pur, d'aimable, d'honorable, de vertueux, de louable, que ce soit là l'objet de vos pensées »,[2] et plus clairement encore, dans la formule classique bien connue : « Tout vous appartient, mais vous êtes au Christ, et le Christ est à Dieu ».[3]

On a restitué récemment à la *Summa contra Gentiles*[4] du grand Thomas d'Aquin une section, qui y manquait ou qu'on n'y trouvait que sous une forme corrompue; l'authenticité put en être prouvée grâce à

[1] *Gen.* 1, 28.
[2] *Phil.* 4, 8.
[3] *1 Cor.* 3, 22-23.
[4] Lib. III, cap. 112.

l'autographe du Saint, que l'on conserve encore, et le texte correct en a paru dans l'édition Léonine de ses œuvres.[5] St Thomas traite en ce passage de la Providence divine ; dans la langue sobre, mais claire et en même temps profonde, de la Scolastique il exprime en ces termes la même idée que l'Apôtre : « ... ipsa conditio intellectualis naturae, secundum quam est domina sui actus, • providentiae curam requirit qua sibi propter se provideatur : aliorum vero conditio, quae non habent dominium sui actus, hoc indicat, quod eis non propter ipsa cura impendatur, sed velut ad alia ordinatis», et de même ensuite: «Constat autem... finem ultimum universi Deum esse, quem sola intellectualis natura consequitur in seipso, eum scilicet cognoscendo et amando... Sola igitur intellectualis natura est propter se quaesita in universo, alia autem omnia propter ipsam ».

Cette position entraîne le refus décidé d'une culture limitée aux seuls éléments temporels ou purement matérialiste. A F encontre de courants philosophiques contemporains, remarquons-le, il s'abstient, ici et dans les chapitres suivants, d'accorder à l'histoire une estime exagérée et ce caractère d'absolu selon lequel, dans le cours déterminé et fatal des événements, l'homme aurait son rôle à jouer, mais se trouverait impuissant et inerte devant le jeu qui se déroule sur la scène de l'univers; conséquence naturelle d'une conception de la culture, qui ne fonde pas en Dieu la primauté de l'homme vis-à-vis de tous les autres êtres. D'autre part, on ne décèle dans la position de l'Aquinate aucune condamnation du monde, mais son acceptation joyeuse orientée vers Dieu. En plusieurs endroits de ses œuvres, Thomas applique son principe aux différents domaines de la création, jusqu'à donner des normes sur la danse.[6] En général la philosophie de la culture, qui se dégage de l'ensemble de ses œuvres, est d'un équilibre tellement parfait qu'elle s'élève presque entièrement au dessus des conditions du xui[e] siècle et du moyen-âge et qu'elle acquiert une valeur définitive.

Dans sa philosophie de la culture, comme dans la majeure partie de sa doctrine, Thomas d'Aquin interprète le sentiment de l'Eglise depuis ses origines et pour tous les temps. Que par sa seule présence et son action religieuse l'Eglise ait influencé la culture de l'humanité, c'était donc inéluctable. En fait, même si l'on considère que l'application des principes et des idéals à la réalité pâtit toujours et partout des faiblesses hu-

[5] **t. XIV, a. 1924, pag. 356.**

*** Cfr.** ***S. Thomas Aguin. in Isaiam Proph. Eœpos.*** **cap. 3 in fin.**

maines, l'action culturelle de l'Eglise s'est avérée étendue et féconde, et cela sous un double aspect.

D'abord l'Eglise elle-même est un organisme vivant et visible, et les œuvres qu'elle a accomplies pour remplir sa mission propre — ainsi, par exemple, la glorification de Dieu, avant tout par l'offrande du Saint Sacrifice ; l'éducation des peuples à la civilisation chrétienne ; les réalisations charitables et sociales, — se sont révélées en même temps, et pour ainsi dire de soi, comme des valeurs culturelles élevées et souvent de premier ordre. On a organisé l'année passée une exposition des peintures de Fra Angelico : ses visiteurs n'avaient-ils pas l'impression toute naturelle de se trouver devant une réalisation culturelle vraiment supérieure? Cependant Fra Angelico a composé ces œuvres pour la gloire de Dieu et pour aider les hommes à monter vers Lui. Des valeurs semblables, l'Eglise n'en manque pas, mais elle ne les juge même pas essentielles.

Nous devons ici introduire une remarque sur la science ecclésiastique, c'est-à-dire celle que l'Eglise elle-même a cultivée et cultive encore pour mieux pénétrer la foi chrétienne et ses fondements. Cette science a mis à son actif, lors des luttes théologiques qui se déroulèrent du 4e au 8e siècle, aux 12e et 13e, aux 16e et 17e siècles, des œuvres eminentes, dignes des réalisations les plus insignes de l'esprit humain pour leur analyse fine et pénétrante de concepts, la précision, la profondeur et l'ampleur de la pensée et du raisonnement. Elle faisait par là œuvre de culture et l'histoire des sciences confirmera Notre jugement, Nous en sommes sûrs.

Ensuite l'Eglise a, dès les origines, fait pénétrer dans l'humanité des principes déterminés qui, peu à peu, en silence et sans attirer l'attention, mais d'une manière d'autant plus durable, influencèrent la vie culturelle et la modifièrent profondément de l'intérieur. Citons principalement les suivantes : l'orientation de toute l'existence humaine vers un Dieu personnel, devant qui l'homme se tient comme l'enfant devant son père ; le respect de la dignité personnelle de l'individu : les hommes sont tous égaux par leur nature, leur origine, leur destinée, sans distinction de caste ou de nationalité ; ils sont tous frères et sœurs en Jésus-Christ ; de même l'union des hommes entre eux et l'établissement de la vie sociale, non sous l'effet des poussées instinctives de la masse ou par la volonté d'un dictateur, mais sous l'influence du Christ. On peut encore ajouter l'estime du travail manuel, compatible avec la dignité de l'homme libre.

C'est ainsi, ajoutons-le en passant, que l'esclavage antique a été frappé à sa racine bien avant qu'il fût possible de le supprimer comme institution économique et sociale. Lisez la brève lettre de l'Apôtre Paul a

Philémon. Considéré de ce point de vue, c'est un document culturel de premier ordre.

Il faut mentionner encore la doctrine chrétienne de l'Etat et du pouvoir public. Ils viennent de Dieu, obligent donc en conscience, mais leurs détenteurs en portent aussi la responsabilité devant le Seigneur; une juridiction spirituelle indépendante des pouvoirs publics, destinée à vérifier si les lois humaines s'accordent avec la loi divine; le droit de propriété reçu avec la dignité personnelle, comme un titre moral qui vaut devant Dieu et le prochain et condamne toute espèce d'exploitation illégitime ; l'exigence du mariage monogamique indissoluble et d'une pureté qui atteigne jusqu'au plus intime de la pensée et de la volonté.

L'Eglise qui fit triompher ces principes contribua par là à l'élaboration de la culture occidentale. On donnera raison à l'histoire, lorsqu'elle affirme que celle-ci prolongeait la culture romaine du Bas-Empire, à laquelle se joignirent des éléments culturels germaniques. Elle a donc hérité de toute l'antiquité et du monde germanique. Mais son âme, ce sont les principes chrétiens que l'Eglise lui a transmis et qu'elle a maintenus vivants. Aussi la culture occidentale se maintiendra-t-elle et sera-t-elle féconde dans la mesure où elle leur restera fidèle, aussi longtemps qu'elle ne perdra pas son âme.

Dans Notre Encyclique ((*Evangelii praecones* », du 2 Juin 1951, Nous avons Nous-même déclaré : « Illam Ecclesia, inde ab origine ad nostram usque aetatem, sapientissimam normam semper secuta est, qua quidquid boni, quidquid honesti ac pulchri variae gentes e propria cuiusque sua indole e suoque ingenio habent, id Evangelium, quod amplexae sint, non destruat neque restinguat »,[7] et Nous avons ensuite expliqué ce passage. Mais l'âme de toute culture chrétienne, l'Eglise la fera passer, pour ainsi dire, spontanément dans la pensée et la sensibilité des peuples chez qui elle existe et travaille, pour autant qu'ils n'y avaient pas encore part à la manière de *Vanima naturaliter christiana.*

C'est dans ces sentiments que Nous appelons de tout cœur sur vos personnes les bénédictions divines et Nous vous souhaitons de les recevoir en abondance.

[7] ***Acta Ap. Sedis,* vol. XLIII, a. 1951, pag 521**

ACTA SS. CONGREGATIONUM

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

EDMONTONENSIS-SANCTI PAULI IN ALBERTA

DECRETUM

DE FINIBUS DIOECESIUM MUTATIONE

Maiori animarum bono prospiciens, Excmus P. D. Philippus Lussier, Episcopus Sancti Pauli in Alberta, ab apostolica sede nuper expostulavit ut paroeciae vulgo « Légal » et « Morinville », quae ad archidioecesim Edmontonensem pertinent, ab eadem archidioecesi distraherentur et dioecesi Sancti Pauli in Alberta adnecterentur.

Haec Sacra Congregatio Consistorialis, attento favorabili voto Excmi P. D. Ioannis Panico, Archiepiscopi titularis Iustinianensis et in Ditione Canadensi Delegati Apostolici, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Pio Divina Providentia PP. XII tributarum, oblatis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, ab archidioecesi Edmontonensi duas, quas supra memoravimus, paroecias, nempe « Légal » et « Morinville » separat, ipsasque dioecesi Sancti Pauli in Alberta perpetuo adnectit, mutatis hac ratione memoratae archidioecesis dictaeque dioecesis finibus, ita ut posthac praedictae paroeciae una cum suis ecclesiis, oratoriis, piis domibus, ecclesiasticis bonis et fundationibus in earum territorio exstantibus vel quomodolibet ad illud vel ad fideles in illo degentes spectantibus, ad dioecesim Sancti Pauli in Alberta pertinere censeri valeant ac debeant.

Statuit insuper haec eadem Sacra Congregatio ut Clerici in memoratis duabus paroeciis legitimum habentes domicilium, statim ac praesens Decretum ad exsecutionem deductum fuerit, illi dioecesi censeantur incardinati, cui eaedem paroeciae nunc attribuuntur ; ac pariter ut omnia

acta et documenta Clericos, fideles et bona temporalia paroeciarum, quibus supra innuimus, respicientia, a curia Metropolitana Edmontonensi ad curiam dioecesis Sancti Pauli in Alberta transmittantur.

Ad haec omnia perficienda Sacra Congregatio Consistorialis deputat memoratum Excnlum P. D. Ioannem Panico, necessarias et opportunas tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad S. Congregationem Consistorialem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 18 Novembris 1955.

£g Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. *B* S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

TI

VERULANAE

(VERULANAE - FRUSINATENSI)

DECRETUM

DE NOVO DIOECESIS TITULO

In dioecesi Verulana urbs Frusino exstat, quae, cum sit civilis eiusdem nominis provinciae caput ideoque magistratuum ac publicorum munerum sedes, hisce novissimis temporibus magna incrementa coepit et negotiorum frequentia, scholarum institutionibus et incolarum numero caeteris Latii meridionalis urbibus praestat.

Quapropter Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, his omnibus rite perpensis, peculiari apostolicae Suae benevolentiae signo Frusinatensem civitatem cohonestare cupiens, de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis Consistorialis a Secretis et suppleto, quatenus opus sit, interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, Frusinatensem titulum, ab eiusdem nominis civitate, perpetuo unit veteri titulo Verulano, ita

ut posthac dioecesis et Episcopus Verulanus-Frusinatensis nuncupati possit ac debeat.

Contrariis quibusvis minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 29 Februarii 1956.

£g Fr. A. **I.** Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. ffî S.

I. Ferretto, *Adsessor*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 10 Ianuarii 1956 — Titulari episcopali Ecclesiae Celerinensi praefecit Exc. P. D. Aloisium Victorem Sartori, hactenus Episcopum Montisclarensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Antonii Reis, Episcopi S. Mariae.

die 28 Ianuarii — Titulari episcopali Ecclesiae Lorymiensi Revmum P. D. Victorem Longo, Protonotarium Apostolicum a. i. p. et Delegatum Actioni Catholicae provehendae in archidioecesi Neapolitana, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revimi P. D. Marcelli S. R. E. Cardinalis Mimmi, Archiepiscopi Neapolitani.

die 11 Februarii — Titulari episcopali Ecclesiae Cernitzensi Revmum P. D. Fidelem Tubino Mongilardi, ab archidioecesi Limana, Antistitem Urbanum et Rectorem Universitatis catholicae Limanae, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis Landázuri Ricketts, Archiepiscopi Limani.

die 18 Februarii — Titulari episcopali Ecclesiae Ierafitanae Revmum D. Ioannem Chrysostomum Gomes de Almeida, canonicum Capituli cathedralis, Vicarium Generalem necnon Rectorem seminarii majoris dioecesis Visensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi de Cruce Moreira Pinto, Episcopi Visensis.

die 22 Februarii — Cathedralibus Ecclesiis S. Marci et Bisinianensi

Revmum D. Aloisium Rinaldi, Canonicum theologum Capituli Metropolitani Neapolitani et Vicarium Generalem memoratae archidioecesis.

àie 2k Februarii — Cathedrali Ecclesiae Campinensi Grandi Exc. P. D. Octavium Aguiar, hactenus Episcopum titularem Gergitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Vallensi in Lucania Exc. P. D. Blasium D'Agostino, hactenus Episcopum Gallipolitanum.

àie 25 Februarii — Cathedrali Ecclesiae Tamaulipanae Exc. P. D. Ernestum Corripio Ahumada, hactenus Episcopum titularem Zaparenum.

die 1 Martii — Cathedrali Ecclesiae Huancavelicensi Revmum P. D. Florentium Coronado, e Congregatione Sanctissimi Redemptoris.

die 5 Martii — Cathedrali Ecclesiae Barrensi de Pirahy Revmum D. Agnellum Rossi, canonicum Capituli cathedralis et Universitatis catholicae Campinensis pro Rectorem.

die 6 Martii — Titulari episcopali Ecclesiae Castabalensi R. D. Dorotheum Fernández y Fernández, canonicum Capituli cathedralis Legionensis,quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Eguino Trecu, Episcopi Santanderiensis.

die 9 Martii — Titulari episcopali Ecclesiae Barenae in Pisidia Revmum D. Antonium Cardoso Cunha, Capituli cathedralis canonicum necnon pro Rectorem seminarii minoris Lamacensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi de Patrocinio Dias Episcopi Beiensis.

die 10 Martii — Cathedrali Ecclesiae Verulanae-Frusinatensi Revmum D. Carolum Livraghi, dioecesis Laudensis, Cubicularium Intimum supra numerum Sanctitatis Suae, parochum et vicarium foraneum oppidi vulgo ((San Colombano al Lambro ».

— Titulari episcopali Ecclesiae Avissensi R. D. Geraldum Mariam de Moráis Penido, parochum oppidi vulgo « Para de Minas » in archidioecesi Bellohorinzontina, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Antonii dos Santos Cabrai, Archiepiscopi Bellohorizontini.

die 13 Martii — Titulari episcopali Ecclesiae Baretensi Exc. P. D. Iulium Beniaminum Ieanmard, hactenus Episcopum Lafayettensem.

— Cathedrali Ecclesiae Lafayettensi Exc. P. D. Mauritium Schexnayder, hactenus Episcopum titularem Tuscamiensem.

die 16 Martii — Titulari episcopali Ecclesiae Cyrenensi R. D. Valerianus Bélanger, ex dioecesi Campivallensi, quem deputavit Auxiliarem Bini P. D. Pauli Aemilii S. R. E. Card. Léger, Archiepiscopi Marianopolitana

die 23 Martii — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Mitylenensi Exc.

P. D. Emmanuelem Dos Santos Rocha, hactenus Episcopum titularem Prienensem.

die 27 Martii — Titulari episcopali Ecclesiae Dystiensi Revmum D. Antonium Ona de Echave, Vicarium Generalem et canonicum Capituli cathedralis Pampilonensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Raphaelis Balanza y Navarro, Episcopi Lucensis in Hispania.

die 28 Martii — Cathedrali Ecclesiae S. Iacobi Capitis Viridis Revmum D. Iosephum Philippum do Carmo Colaço, rectorem seminarii majoris Goani.

die Jf Aprilis — Cathedrali Ecclesiae Medioburgensi Exc. P. D. Georgium Brunner, hactenus Episcopum titularem Elidensem.

— Cathedrali Ecclesiae Tarvisinae Exc. P. D. Aegidium Negrin, hactenus Archiepiscopum Ravennatensem et Episcopum Cerviensem, cui servavit archiepiscopalem titulum *ad personam.*

die 9 Aprilis — Cathedrali Ecclesiae Victoriensi Venetorum Excmum P. D. Iosephum Carraro, hactenus Episcopum titularem Usulensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Chytriensi Revmum P. D. Michaelem Novoa y Fuente, Antistitem Urbanum et canonicum Capituli cathedralis Lucensis in Hispania, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Ferdinandi S. R. E. Cardinalis Quiroga y Palacios, Archiepiscopi Compostellani.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

PARISIEN, SEU CARCASSONEN.

CANONIZATIONIS B. MARIAE TERESIAE DE SOUBIRAN, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS MARIAE AUXILIATRICIS.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc est in Ecclesiae more positum quod, si post beatificationis sollemnia alicui Servo Dei concessa, fidelium religio incrementum erga illum capiat, nec non plures gratiae seu miracula eius intercessione a Deo ferantur accepta, canonizationis causa resumatur. Iamvero Bea-

torum fastis Maria Teresia De Soubiran, Congregationis Mariae Auxiliatricis Fundatrix, die 20 Octobris anni 1946 fuit adscripta indeque cultus in eamdem Beatam ubique percrebuit pluresque gratiae, ni forte etiam miracula, eadem deprecante a Deo patrata feruntur, prout tres Eminentissimi Patres Cardinales, sex Excellentissimi Episcopi multique alii Viri illustres ac Sorores Congregationis ab eadem Beata conditae testantur.

Hinc Revmus P. Carolus Miccinelli, S. J., Causae huius Postulator legitime constitutus, nomine praedictorum Praesulum Virorumque illustrium ac Congregationis Mariae Auxiliatricis, humiles enixasque preces Summo Pontifici adhibuit ut canonizationis Causa resumeretur. Ad quam instantiam Emus ac Revmus Dominus Clemens Cardinalis Micara, Episcopus Veliternus, Causae ipsius Ponens seu Relator, in ordinario S. Rituum Congregationis coetu, die 16 Novembris 1954 ad Vaticanum habito, dubium proposuit discutiendum : *An signanda sit commissio reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.*

Et Emi ac Revmi Patres, sacris tuendis ritibus praepositi, post Emi Ponentis relationem, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, omnibus perpensis, rescribendum censuerunt : *Affirmative,* nempe *signandam esse commissionem reassumptionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum Beatissimo Patri subsignato die per subscriptum Cardinalem S. R. C. Praefectum relatione, Sanctitas Sua, Emorum Patrum rescriptum ratum habens, *commissionem reassumptionis Causae canonizationis Beatae Mariae Teresiae De Soubiran, Fundatricis Congregationis Mariae Auxiliatricis,* Sua manu dignata est signare.

Datum Romae, ex aedibus S. Rituum Congregationis, die 1 Novembris 1955.

C. Card. **CICOGNANI,** *Praefectus*

L. & S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

II

ROMANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI INNOCENTII PAPAE XI

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de virtutibus cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Misericordi, sapienti ac mirabili Divinae Providentiae consilio factum est, ut dum nostris bisce temporibus Ecclesia acerrime vexatur inimicorumque tela contra hierarchicum ordinem, praecipue vero contra Romanum Pontificem, satanica malitia coniciuntur, plurimi sint, qui, seu martyres, effuso sanguine, seu heroicarum « virtutum cultores, dignum obtineant publici sertum honoris » (Pius Papa XII, die 30 Ian. 1951). Re quidem vera ex his haud pauci ultimis hisce annis beatorum ac sanctorum catalogo fuere ascripti, quos inter dignitate eminet Sanctus Pius Decimus. Nunc autem ad altarium honores assequendos alter Summus Pontifex, Venerabilis Innocentius XI, videtur properare. Decreto enim hoc S. Rituum Congregatio, Summo Pontifice confirmante, heroicas ipsum exercuisse virtutes sollemniter iure merito declarat, uti ex dicendis evidenter apparet.

Comi, die 19 Maii anno 1611, e Livio Odescalchi et Paula Castelli, divitibus, piis, honestis atque religiosa liberalitate insignibus parentibus, puer natus est, cui in baptismo, sequenti die ei collato, Benedicti nomen fuit impositum. Quod nomen vere faustum omen constituit. Ipse enim, divinis benedictionibus praeventus, a pueritia ad mortem usque, numquam a recto devians, ad christianan perfectionem pervenit. Siquidem, dum natali in urbe, in scholis Societatis Iesu litteris operam dat, novimus eum cum morum integritate tum pietate in Deum beatamque Virginem, inter Marianae Congregationis sodales excelluisse. Quam probitatis laudem tum quoque servavit, cum pecuniariae administrationis artem penes consanguineos, qui argentariam faciebant, exercuit. Utroque orbatus parente, in iuridicas disciplinas Romae et Neapoli incubuit. Doctoris lauream anno 1639 in utroque iure adeptus, re coram Deo mature perpensa, sequenti anno, unice Ecclesiae servitio se mancipare intendens, sive humilitatis studio, sive ob provectam aetatem, prima dumtaxat Cle-

ricali Tonsura sacris voluit initiari. Romam re ver sus inter Protonotarios Apostolicos de numero Participantium adlectus, arcano divinae providentiae consilio grave odiosumque Fiscalis Advocati apud Picentes munus sibi concreditum sollerti diligentia ac prudentia, fortiter, sagaciter iuste, fideliter recteque, duce caritate, gessit atque, uti pauperum pater, saepe de suo pro ipsis taxationem solvens, Quare Maceratensis Gubernator anno 1644 ab ipso populo fuit electus. Innocentius Papa X die 6 Martii anno 1645 eum Cardinalem Diaconum Ss. Cosmae et Damiani creavit. Triennio elapso, Ferrariensi Legationi praepositus, eam usque ad annum 1651 gubernavit. Cathedrali Novariensi Ecclesia anno 1650 sibi commissa, Presbyteratum et episcopalem suscepit consecrationem. Hanc dioecesim sancte est moderatus. Romae a Pontifice Alexandro VII, qui eius consiliis uti volebat, retentus, Novariensi Sede anno 1656 se abdicavit, atque tamquam « Cardinalis de Curia » universalis Ecclesiae negotiis atque beneficentiae operibus, praecipue in S. Gallae hospitio ac S. Michaelis Instituto totus incubuit, donec anno 1676, licet reluctans, ad supremum Ecclesiae regimen fuit electus.

In Summo gerendo Pontificatu nulli pepercit industriae ad fidelium mores emendandos, ad pietatem fovendam, Romae praecipue ut Urbs digna fieret Summi Pontificatus sedes, nam ut Sanctus Leo Magnus perbelle Romanos hortatur : « Vos praecipue inter ceteros populos decet meritis pietatis excellere, quos in ipsa apostolicae petrae arce fundatos, et Dominus noster Iesus Christus cum omnibus redeunt, et beatus Apostolus Petrus prae omnibus erudivit » *(Serm. **II** in anniv. elect.).* Divino impulsus mandato, multum allaboravit ad fidem propagandam, ad Ecclesiam ab haeresi aliisque contra mores periculis immunem servandam, ad christianos principes invicem conciliandos ut, collatis viribus, contra Turcas dimicarent, qui orientalibus Europae regionibus atque Hungaria subiugatis, Vindobonae libertati minabantur, totaque Europa potiri inoliebantur et in servitutem christianum populum redigere. Verum piissimi Pontificis apud homines sollicita conamina et ad Deum preces, cum universo populo efrusae, tantum et imminens periculum averterunt. Dei enim misericordia implorata beatissimaeque Virginis auxilio invocato, christiani exercitus de taeterrimo hoste insignem victoriam reportarunt. Qui triumphus christianos Europae populos magna ex parte tanto Pontifici debitores esse testatur, si christianam fidem civilemque cultum servaverit neque in infidelium servitutem redacti sint. Quapropter Innocentius in perenne tanti triumphi testimonium, ad beatae Mariae Virginis Nominis honorem, festum celebrandum instituit.

Tenax iustitiae vindex, numquam a recto itinere valuit demoveri, fortiterque cuicumque, vel regia potestate refulgenti, demisso ac intrepido animo restitit. Efifusissima in pauperes caritate flagrabat ; humillime de se persentiebat ; a quacumque specie mali mundanisque desideriis abhorrens, ad Dei gloriam unice spectabat. Non deesse quoque videntur supernaturalia dona a Deo actioni aut Servi Dei deprecationi concessa sive in eius vita sive post obitum.

Senio confectus laboribusque, aerumnis, molestiis diutinisque acerbissimos morbis, divinae voluntati perfecte subiectus, patientissime toleratis, fractus, Ecclesiae sacramentis roboratus, die 12 Augusti anno 1689 animum Deo reddidit.

Sanctitatis fama, qua vivens fruebatur, magis magisque erumpente, biennio ab obitu nondum expleto, die 11 Aprilis anno 1691 canonicae inquisitiones in Urbe fuere inceptae, dieque 3 Septembris a. 1714 a Clemente Papa XI beatificationis causa fuit introducta. Apostolicis constructis cum in Comensi Curia tum in Urbe processibus, ceterisque de iure servatis, Benedictus XIV nonnullas animadversiones, quae ex quibusdam libellis desumptae fuerant, coram se, die 1 Augusti anno 1744, in speciali Ordinaria Congregatione pertractari voluit ; quum autem hae evidenter calumniosae a tota Congregatione agnitae fuerint, Pontifex edito die 8 Augusti decreto omnibus silentium imposuit ne illae obiectationes in posterum refricarentur. Sequenti anno Novariensem processiculum ratum habuit et ad ulteriora procedi posse edixit.

Verum ob politicos interventus temporumque iniquitatem, causa ad nostrum usque tempus siluit. Recentioribus autem annis causa iterum resumpta est; et, coram Rmo Cardinali Carolo Raphaele Rossi Anteprae. paratoria Congregatio habita est die 26 Octobris anno 1943; Praeparatoria die 4 Iulii sequentis anni, Nova Praeparatoria die 26 Iulii anni huius, Generalis demum coram Ssmo D. N. Pio Papa XII die 15 Novembris anni huius, in qua Riñus Cardinalis Clemens Micara, Episcopus Veliternus causaeque Ponens, dubium posuit disceptandum de heroicis virtutibus. Rmi Cardinales, Officiales Praelati Pátresque Consultores in fere unanimem favorabilem sententiam concessere, cui Summus Pontifex statim adhaesit, suamque sententiam proferens, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum, tum in proximum, neo non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico Venerabilis Innocentii Papae XI in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum rite promulgari atque in acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum in Arce Gandulphi, prope Romam, die 15 Novembris anno 1955.

C. Card. **CICOGNANI**, *Praefectus*

L ✠ S.

✝ A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

III

OFFICIUM ET MISSA IN SOLEMNITATE S. IOSEPH OPIFICIS, SPONSI B. M. V.

Die 1 Maji

IN SOLEMNITATE

SANCTI JOSEPH OPIFICIS

SPONSI BEATAE MARIAE VIRGINIS, CONFESSORIS

Duplex I classis

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, prœter ea quœ hi<s habentur propria.

IN I VESPERIS

Ant. 1 Deus, mundi opifex, * posuit hominem ut operaretur et custodiret terram, alleluja.

Ant. 2 Christus, Dei Filius, * manibus suis operari dignatus est, alleluja.

Ant. 3 Artem fabri * fideliter exercens sanctus Joseph, laboris miràbile refulget exemplar, alleluja.

Ant. 4 **Fidelis** servus * et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, alleluja.

Ant. 5 Joseph, opifex sancte, * ópera nostra tuere, alleluja.

Capitulum *Col. 3, 14-15*

Fratres : Caritatem habete, quod est vinculum perfectionis, et pax Christi exsúltet in cordibus vestris, et grati estóte.

Hymnus

Te, Joseph, celebrent agmina caelitum,
Te cuncti résonent christiadum chori,
Qui clarus meritis, junctus es inditae
Casto fœdere Virgini.

Almo cum túmidam germine cónjugem
Admírans, dubio tángeris ánxius,
Afflatu sùperi Flammis Angelus
Conceptum Puerum docet.

Tu natum Dominum stringis, ad exteras
iEgypti prófugum tu séqueris plagas;
Amíssum Sólymis quseris et invenís,
Miscens gaudia flétibus.

Post mortem reliquos sors pia consecrat,
Palmámque eméritos gloria suscipit :
Tu vivens, Súperis par, frúeris Deo,
Mira sorte beátior.

Nobis, summa Trias, parce precántibus,
Da Joseph meritis sidera scándere;
Ut tandem liceat nos tibi pérpetim
Gratum prèmere canticum. Amen.

t- Solemnitas est hodie sancti Joseph, alleluja.

Rj. Qui manibus suis Filio Dei ministrávit, alleluja.

Ad Magnif. Ant. Christus Dominus * fabri filius putari dignatus est, alleluja.

Oratio

Rerum conditor Deus, qui legem laboris humano generi statuisti : concede propitius; ut sancti Joseph exemplo et patrocinio, ópera perficiámus quse prséeipis, et praemia consequámur quse promittis. Per Dominum.

Completorium de Dominica.

AD MATUTINUM

Invit. Regem regum Dominum, qui putari dignatus est fabri filius, * Venite, adoremus, alleluja. *Ps. 91¡.* Venite, exsultémus.

Hymnus

Te, pater Joseph, opifex colènde,
Nâzara? felix látitans in umbra,
Vocibus magnis animisque plenis
Nocte canémus.

Régiam stirpem tenuémque victum
Mente ferg aequa tacitusque portas,
Sacra dum multo manuum labore
Pignora nutris.

O Faber, sanctum spéculum fabrórum,
Quanta das plebi documenta **vita3,**
Ut labor sudans, ut et officina
Sanctificatur.

Qui carent escis, míseros rovéto ;
Tempera effrénos perimásque lites;
Mysticus Christus patrias sub umbrae
Téginine crescat.

Tu Deus trinus pariterque et unus,
Qui pater cunctis opiféxque rerum,
Fac patrem Joseph imitémur actu,
Morte imitémur. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. Exit homo * ad opus suum, et ad laborem suum usque ad vesperam, alleluja.

t- Gloria et exemplar opificum, sancte Joseph, alleluja.

R/. Cui obedire voluit Filius Dei, alleluja.

De libro Génesis

Lectio I *Cap. 1, 27-28, 31; 2, 1-3*

In principio creavit Deus hominem ad imaginem suam ; ad **imagi-**nem Dei creavit illum : masculum et feminam creavit eos. Benedixitque illis Deus, et ait : « Créscite et multiplicamini, et replete terram et subjicite eam ». Viditque Deus cuncta quas fecerat, et erant valde bona. Et factum est vespere et mane, dies sextus. Igitur perfecti sunt caeli et terra et omnis ornatus eorum. Complevitque Deus die séptimo opus suum quod fecerat; et requievit die séptimo ab universo opere quod patrárat. Et benedixit **diei** séptimo, et sanctificavit illum, quia in ipso cessaverat ab omni opere suo, quod creavit Deus ut faceret.

Rj. Sex diebus operáberis et facies omnia ópera tua, séptimo autem die sabbatum Domini Dei tui est : *• Non facies omne opus in eo, alleluja, f. Sex enim diebus fecit Dominus caelum et terram, et requievit in die séptimo. Non facies.

Lectio II *Cap. 2, 7-9, 15*

Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in faciem ejus spiráculum vitae, et factus est homo in animam viventem. Plantáverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem quem formáverat. Produxítque **Dominus** Deus de humo omne lignum pulchrum visu et ad vescéndum suave; lignum etiam vitae in medio paradisi lignúmque scientiae boni et mali. Tulit ergo Dominus Deus hominem, et posuit eum in paradiso voluptatis ut operaretur et custodiret illum.

Rj. Posuit Dominus Deus hominem quem formáverat, in paradisum voluptatis, * Ut operaretur illum, alleluja, t- Hasc erat condicio **hominis** ab initio. Ut operaretur.

*Lectio **III*** *Cap. 3, 17-19, 2S-2k*

Dixitque Dominus Deus Adae : <x Quia audisti vocem uxoris tuae, et comedisti de ligno, ex quo praecéperam tibi ne coméderes, maledicta terra in opere tuo ; in laboribus cómedes ex ea cunctis diebus vitae tuae. Spinas et tríbulos germinábit tibi, et cómedes herbam terrae. In sudóre vultus tui vescéris pane, donec revertâris in terram, de qua sumptus es ; quia pulvis es, et in púlverem revertéris ». Et emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est. Ejecitque Adam, et collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim et flámmeum gladium atque versátil em ad custodiendam viam ligni vitae.

Rj. Post peccatum ejécit Deus hominem de paradiso voluptatis, * Ut in laboribus operaretur terram, alleluja, f. Et in sudóre vultus tui, dixit Deus, vescéris pane. Ut in laboribus. Gloria Patri. Ut in laboribus.

IN II NOCTURNO

Ant. Jesus, * cum esset triginta annorum, putabátur filius Joseph, alleluja.

f. O magnam dignitatem laboris, alleluja.

Rj. Quem Christus sanctificavit, alleluja.

*Lectio **IV***

(Ex** Actis Pii PP. **XII)

Ecclesia, providentissima omnium Mater, máximas impendit curas ad opifices tutándos ac levándos, eorundem consociationes instituens iisque favens, quas Pius duodecimus, Pontifex Maximus, iampridem

validissimo sancti Joseph patrocinio concreditas esse vólnit. Etenim sanctus Joseph, cum putativus esset pater Christi, qui faber et fabri filius appellari dignatus est, propter necessitudinem qua junctus erat cum Jesu, abunde spiritum illum hausit unde labor nobilitatur atque evehitur. Consimili modo hujuscéinodi opificum consociationes adniti debent, ut Christus sit semper in ipsis praesens, in eorum membris horumque familiis, in omni dénique coetu operario ; siquidem praecipuus harum consociationum finis est, ut christianam vitam in suis membris servent atque alant, Deique regnum latius propagent, praesertim inter ejúsdem officinae contubernales.

Rj. Non facies calumniam próximo tuo, nec vi opprimes eum; * Non morábitur opus mercenarii tui apud te usque mane, alleluja, f. Dignus est enim operarius mercéde sua. Non morábitur.

Lectio V

De hac autem Ecclesiae sollicitudine erga coetum operarium novum idem Pontifex praebuit argumentum, cum occasionem nactus opificum conventus Kalendis Majis anni millèsimi nongentesimi quinquagesimi quinti Romae celebrati, ingentem multitudinem in foro ad sancti Petri Basilicam coadunátam alloquens, opificum institutionem summopere commendavit. Haec enim nostris temporibus potiores sibi vindicat partes, ut opifices christiana doctrina rite imbuti, grassantes circa societatis constitutionem remque oeconomicam errores devitent, et moralem ordinem a Deo praestitutum, quem Ecclesia pandit atque interpretatur, de opificum juribus atque officiis, probe noscant, reique gerendae participes effecti, ejúsdem procurationi efficaciter adlaborent. Christus enim primus in orbe promulgavit atque Ecclesiae tradidit principia, quae ad has dirimendas quaestiones immutabilia ac validissima perstant.

Rj. Dedisti mihi protectionem salutis tuae et dextera tua suscepit me * Protector meus et susceptor meus, alleluja, f. Ego protector tuus sum et merces tua magna nimis. Protector.

Lectio VI

Quo autem humani laboris dignitas, et principia quae eandem efficiunt, altius insidérent animis, Pius duodecimus festum sancti Joseph opificis instituit, qui omni coetui operario exemplo sit ac praesidio. Ab hoc enim exemplo, qui operosas exercent artes discere debent qua ratione et quo spiritu sua munia expleant, ut pariter primo Dei obsequentes praecepto, terram subiciant atque oeconomicae prosperitáti cónsu-

lant, ac simul aeternae vitae praemia consequantur. Neque deerit **pro-**vidus Nazarethana Familiae custos sibi arte ac labóre compares suo munímine tégere eorundemque caelitus fortunare domos. Aptissime Summus Pontifex hoc festum celebrari iussit Kalendis Majis, quem diem operarii coetus sibi ascivérunt; hinc enim spes affulget fore, ut dies hic, sancto Joseph opifìci dicatus, deinceps non odia exácuat ac júrgia accendat, sed singulis recurrens annis, omnes invitet ad ea magis magisque perficienda, quae civium paci adhuc desunt, immo etiam reipublicae moderatores exstimulet ad ea sollerter absolvenda quae consortionis humanae rectus expostulat ordo.

R> Miser ego sum et pauper ; * Dominus sollicitus est mei, alleluja, f. Laborem manuum tuárum manducábis et bene tibi erit, alleluja. Dominus. Gloria Patri. Dominus.

IN III NOCTURNO

Ant. Nonne hic est fabri filius? Nonne hic est filius Joseph? Alleluja.

f. Verbum Dei, per quod facta sunt omnia, alleluja.

Rj. Dignatus est operari manibus suis, alleluja.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum

Lectio VII *Cap. 13, 5J,-58*

In illo tempore : Veniens Jesus in patriam suam, docébat eos in synagógis eorum, ita ut miraréntur et dicerent : « Unde huic sapientia haec et virtutes? Nonne hic est fabri filius? » Et reliqua.

Homilia sancti Alberti Magni Episcopi

In Evangelium Lucœ, cap. IV

Die sábbati intrávit in synagógam, quo omnes intentione audiendi conveniunt. Et omnium in synagóga oculi erant intendentes in eum. Hoc tamen quidam devotione, quidam curiositate, et quidam observantes eum fecerunt, ut caperent eum in sermóne. Et dicebant scribae et pharisaei ad populum, qui jam fidem et devotionem concéperat : « Nonne hic est filius Joseph? » Despectiónis nota est demonstratio ejus quem nominare non sunt dignáti. « Filius Joseph » : minus hic dicit evangelista quod tam a Matthaeo quam a Marco plenius sciverat esse positum : « Nonne hic est fabri filius? Nonne hic est faber, filius Mariae? » Haec omnia despective dicta sunt.

Rj. Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, * Qui putabátur filius Joseph, alleluja, f. Faber autem erat Joseph, sponsus Virginis Mariae, de qua natus est Christus. Qui putabátur.

Lectio VIII

Faber lignárius dicitur fuisse Joseph, arte et usu manuum victum quaerens, et non in otio et deliciis panem manducans, sicut scribae et pharisaei fecerunt. Maria etiam colo et consilio manuum victum quaerébat. Et est sensus : Hic despeetae et paupérrimas nativitatis, non potest esse Christus Dominus, quem unxit Deus. Et ideo sibi non est credendum tam rusticano et tam viii.

Rj. Unde huic sapientia haec et virtutes? * Nonne hic est f abri filius? Alleluja, f. Ita dicebant in civitate Nazareth. Nonne hic est. Gloria Patri. Nonne hic est.

Lectio IX

Faber tamen erat Dominus : quia propheta dixit de ipso : « Tu fabricátus es auróram et solem ». Similis modus despectivus est in libro Regum, ubi Saul promóto in regnum suum dixerunt : « Quaenam res accidit filio Cis? Num et Saul inter prophetas est? » Parva ergo locutio magnum importat despectum. Dominus autem dicit : « Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua ». Se autem prophétam hic dicit Dominus. Ipse enim, cui omnia per divinitatem nota sunt, nullam penitus recipit inspirationis revelationem. Patriam autem suam vocat hic stricte locum conceptionis et nutritiónis. Suis autem convicáneis, qui invidia incitabântur ad ipsum, non fuit acceptus.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES **ET PER** HORAS

Antiplionæ et Capitulum ut in I Vesperis.

Hymnus

Auròra, solis nuntia
Florumque mensi praevia,
Fabri sonóram málleo
Domum salutat Názarae.

Salve, caput domesticum,
Sub quo supremus Artifex,
Sudóre salso róridus,
Exercet artem patriam.

Altis locátus sedibus
Celsaéque Sponsae proximus,
Adésto nunc cliéntibus,
Quos vexat indigentia.

Absintque vis et júrgia,
Fraus omnis a mercédibus ;
Victus cibique copiam
Mensúret una párcitas.

O Trinitatis Unitas,
Joseph precánte, quaesumus,
In pace nostros omnium
Gressus viamque dirige. Amen.

t. Ora pro nobis, sancte Joseph, alleluja.

Rj. Laborum nostrorum protector **fidelis,** alleluja.

Ad Bened. Ant. Descendit Jesus * cum Maria et Joseph, et venit Nazareth, et erat subditus illis, alleluja.

Oratio

Rerum conditor Deus, qui legem laboris humano generi statuisti : concede propitius ; ut sancti Joseph exemplo et patrocinio, ópera perficiámus quae praecipis, et praemia consequámur quae promittis. Per Dominum.

Ad Horas Psalmi de Dominica, ad. Primam tamen ut in festis.

AD TERTIAM

Capit. Fratres : Caritatem habete, *ut in I Vesperis.*

tf. *br.* Gloria et exemplar opificum, sancte Joseph, * Alleluja, alleluja. Gloria et exemplar, f. Cui obedire voluit Filius Dei. Alleluja, alleluja. Gloria Patri. Gloria et exemplar.

f. O magnam dignitatem laboris, alleluja.

Rj. Quem Christus sanctificavit, alleluja.

AD SEXTAM

Capitulum *Col.. 3, 17*

Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per Ipsum.

R;, *br.* O magnam dignitatem laboris, * Alleluja, alleluja. O magnam.

f. Quem Christus sanctificavit. Alleluja, alleluja. Gloria Patri. O magnam.

f. Verbum Dei, per quod facta sunt omnia, alleluja.

R;. Dignatus est operari manibus suis, alleluja.

AD NONAM

Capitulum *Col. 3, 23-24*

Quodcumque facitis, ex ánimo operámini sicut Dómino, et non hominibus, scientes quod a Dómino accipietis retributionem hereditatis. Dómino Christo servite.

R> *br.* Verbum Dei, per quod facta sunt omnia, * Alleluja, alleluja. Verbum Dei. **f.** Dignatus est operari manibus suis. Alleluja, alleluja. Gloria Patri. Verbum Dei.

t. Ora pro nobis, sancte Joseph, alleluja.

Rj. Laborum nostrorum protector **fidelis,** alleluja.

IN II VESPERIS

Omnia ut in I Vesperis, præter sequentia :

f. Ora pro nobis, sancte Joseph, alleluja.

Rj. Laborum nostrorum protector **fidelis,** alleluja.

Ad Magnif. Ant. Et ipse Jesus * erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabátur filius Joseph, alleluja.

AD MISSAM

Introitus *Sap. 10, 17*

Sapientia reddidit justis mercedem laborum suorum, et deduxit illos in via mirabili, et fuit illis in velaménto **diei** et in luce stellárum per noctem, alleluja, alleluja.

Ps. 126,1 Nisi Dominus aedificáverit domum, in vanum laborant qui aedificant eam.

f. Gloria Patri.

Oratio

Berum conditor Deus, qui legem laboris humano generi statuisti : concede propitius ; ut, sancti Joseph exemplo et patrocinio, ópera perficiámus quae praécipis, et praemia consequantur quae promittis. Per Dominum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apóstoli ad Colossenses
Col. 3, U-15, 17, 23-24.

Fratres : Caritatem habete, quod est vinculum perfectionis, et pax Christi exsultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore, et grati estóte. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum. Quodcumque facitis, ex ánimo operámini sicut Dómino, et non hominibus, scientes quod a Dómino accipietis retributionem hereditatis. Dómino Christo servite.

Alleluja, alleluja, f. De quacumque tribulatione clamáverint ad me, exáudiam eos, et ero protector eorum semper. Alleluja, f. Fac nos innócuam, Joseph, decurrere vitam : sitque tuo semper tuta patrocinio. Alleluja.

Extra Tempus Paschale dicitur :

Graduale. Ps. 127, 1-2 Beatus quicumque times Dominum, qui ámbulas in viis ejus. f. Laborem manuum tuárum manducábis et bene tibi erit.

Alleluja, alleluja, f. Fac nos innócuam, Joseph, decurrere vitam : sitque tuo semper tuta patrocinio. Alleluja.

Post Septuagesimo™, omissis Alleluja, *et Versu sequenti, dicitur:*

Tractus. Ps. 111, 1-3 Beatus vir qui timet Dominum, qui mandatis ejus delectátur multum, f. Potens in terra erit semen ejus ; generatióni rectorum benedicatur, f. Opes et divitiae erunt in domo ejus, et munificentia ejus manebit semper.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum
Matth. 13, 5Jf-58

In illo tempore : Veniens Jesus in patriam suam, docébat eos in synagógis eorum, ita ut miraréntur et dicerent : « Unde huic sapientia haec et virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria, et fratres ejus Jacobus et Joseph et Simon et Judas? Et sorores

ejus nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista? » Et scandalizabántur in eo. Jesus autem dixit eis : « Non est propheta sine honore nisi in patria sua et in domo sua». Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitátem illorum.

Credo.

Offertorium. Ps. 89, 11 Bonitas Domini Dei nostri sit super nos, et opus manuum nostrarum secunda nobis, et opus manuum nostrarum secunda, alleluja.

Secreta

Quas tibi, Dómine, de operibus manuum nostrarum offérimus hostias, sancti Joseph interposito suffragio, pignus facias nobis unitatis et pacis. Per Dominum.

Præfatio de sancto Joseph: Et te in Solemnitate.

Communio. Matth. IS, 51f, 55 Unde huic sapientia haec et virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria? Alleluja.

Postcommunio

Haec sancta quae sumpsimus, Domine : per intercessionem **beati** Joseph; et operationem nostram compleant, et praemia confirment. Per Dominum.

IN MARTYROLOGIO ROMANO

Die 1 Maß, primo loco

Solemnitas sancti Joseph Opíficis, Sponsi beatas Marías Virginis, Confessoris, opificum patroni.

DECRETUM

Instituto a Sanctissimo Domino Nostro Pio Pp. XII, die primo Maii anni millesimi nongentesimi quinquagesimi quinti, festo sancti Ioseph Opificis, opificum Patroni, reliquum erat liturgicos parare textus in Missale et Breviarium Romanum inducendos. Hos itaque textus, a speciali Commissione diligenter compositos et approbationi Summi Pontificis subiectos, prout hic publici fiunt iuris, haec Sacra Rituum Congregatio in posterum ab omnibus qui ritui Romano adstricti sunt, die primo Maii, in festo S. Ioseph Opificis, sub ritu duplicis primae classis recolendo, adhibendos esse praecipit ; translato in perpetuum festo Ss. Apostolorum Philippi et Iacobi in diem undecimum mensis Maii, tamquam in sedem propriam. In lectione autem quarta eiusdem festi omittantur verba : « Kalendis Maji » ; lemma Martyrologii Romani quo de Ss. Apostolis Philippo et Iacobo agitur, ponatur primo loco eodem die undecimo Maii. Solemnitas vero S. Ioseph, quae hucusque celebratur feria IV post Dominicam II post Pascha, abolita habeatur ; et titulus « Ecclesiae universalis Patroni », qui dictae Solemnitati adiungebatur, festo principali S. Ioseph diei 19 Martii in posterum adnectatur.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Pp. XII relatis, Sanctitas Sua benigne Officium et Missam in honorem S. Ioseph Opificis, necnon variationes supradictas approbare dignata est.

Die 24 Aprilis 1956.

C. Card. **CICOGNINI,** *Praefectus*

L. s$ S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì, 6 aprile 1956, il Santo Padre Pio XII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. **EMILE REUTER**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Granducato di Lussemburgo, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato in data 13 aprile 1956, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare i Revmi Padri Ab. Pietro Salmón, dei Benedettini, Crisostomo Vijverberg, dei Predicatori, Ferdinando Antonelli, dei Frati Minori, Guglielmo Bertrams, della Compagnia di Gesù, e Giovanni Visser, dei Redentoristi, *Consultori della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile

o	maggio	1955.	Al sig. Simoni Nello Andrea, della diocesi di Imola.
25	dicembre	»	Al sig. Tedeschi Francesco (Roma).
7	gennaio	1956.	Al sig. Vicini Atilano (Repubblica Domenicana).
27		»	Al sig. Cherubini Lorenzo (Roma).
28		»	Al sig. Borges Leal Castello Branco Antonio (Brasile).
»		»	Al sig. de Souza Gomes Enrico (Brasile).
»		»	Al sig. Monteiro de Castro Giuseppe (Brasile).
»		»	Al sig. d'Aquino di Caramanico don Alfonso (Italia).
»		»	Al sig. Piccolomini Giovanni (Italia).
))		*o*	Al sig. Colesanti Mario (Italia).
5	febbraio	»	Al sig. Droguett del Fierro Alvaro (Chile).
18	»	»	Al sig. Sainz-Lima Gesù Ettore (Rep, Argentina).
27	»	»	Al sig. Baert Remigio (Belgio).

27 febbraio 1956. Al sig. Jobiin Giuseppe (Brasile).
» » » Al sig. Ferrabino Aldo (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine dì san Gregorio Magno, classe militare

28 gennaio 1956. Al Gen. de Moraes Ancora Armando (Brasile).
» » » Al Col. Cana vano Pereira Giuseppe (Brasile).
» » » Al Col. de Menezez Cortes Gerardo (Brasile).
27 febbraio » Al Gen. Maggessi Pereira Augusto (Brasile).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

22 marzo 1955. Al sig. Guttierrez Granier Giovanni Luigi, dell'arcidiocesi di La Paz.
16 maggio » Al sig. Comeau Willie, della diocesi di Yarmouth.
22 agosto » Al sig. Dill Francesco, della diocesi di Oklahoma e Tulsa.
30 settembre » Al sig. Dodero Paolo, dell'arcidiocesi di Bologna,
3 ottobre » Al sig. Ferreira Emanuele, dell'arcidiocesi di Ssma Assunzione.
» » Al sig. de Moffarts Paolo, della diocesi di Namur.
10 » » Al sig. Tarquinii Vittorino, della diocesi di Teramo.
22 » » Al sig. Van Buyten Giulio, dell'arcidiocesi di Malin es.
25 » » Al sig. Edallo Amos, dell'arcidiocesi di Milano,
11 novembre » Al sig. Criscione Porcelli Giovanni, della diocesi di Ragusa.
» » Al sig. Vadakekalatb.il Pothen Giuseppe, della diocesi di Changanacherry.
» » » Al sig. Pottenkulam Zaccaria, della medesima diocesi,
1 dicembre » Al sig. Petri Silla Giovanni Battista (Roma).
«)) » Al sig. Delle Piane Giuseppe, della diocesi di Savona.
25 » » Al sig. Ciampi Antonio (Roma).
» » » Al sig. Monaco Eitel (Roma),
U gennaio 1956. Al sig. Noli Emiliano, della diocesi di Pavia.
12 » » Al sig. Lanni della Quara Armando, della diocesi di Brescia.
» » » Al sig. Marzoli Luigi, della medesima diocesi.
» » Al sig. Amato Alfredo, della diocesi di Caserta.
» » » Al sig. Serrini Alfonso, della diocesi di Osimo e Cingoli.
» » » Al sig. Biondi Gastone, della diocesi di Assisi.
18 » » Al sig. Trendall Dale (Australia).
» » » Al sig. Zanzotto Livio (Roma).
20 » » Al sig. Palazzi Manfredo, dell'arcidiocesi di Bologna.
23 » » Al sig. Affaticati Dante (Roma).
28)) » Al sig. Costa Almeida Renato (Brasile).
» » » Al sig. de Bittencourt Beranguer Fernando Cesare (Brasile).
» » » Al sig. Leckie Lobo Carlo Fernando (Brasile).
» » » Al sig. da Ponte Ribeiro Eiras Carlo (Brasile).
» » » Al sig. do Nascimento e Silva Gerardo Eulalio (Brasile).
» » » Al sig. Teixeira Mesquita Andrea (Brasile).
» » » Al sig. Righetti Adriano (Italia).

a febbraio 1956. Al sig. Perencin Angelo, della diocesi di Vittorio Veneto.
4 Al sig. Gahlan Edmondo, della diocesi di Monaco.
5 Al sig. Letelier Saavedra Riccardo (Chile).
7 Al sig. Basile Luigi, della diocesi di Nola.
» » Al sig. Caliendo Gaspare, della medesima diocesi.
» » Al sig. Napolitano Salvatore, della medesima diocesi.
27 Al sig. Gracie Lampreia Giovanni (Brasile).
» Al sig. François Michele, dell'arcidiocesi di Parigi.
Al sig. Vitucci Giovanni (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare :

28 gennaio 1956. Al Capitano Borges de Souza Motta Silvio (Brasile).
» » Al Col. Serra de Menezes Armando (Brasile).
» » Al Magg. Tassoni Bruno (Italia).
13. febbraio » Al sig. Romano Roberto (Roma).
14 » Al Col. Campana Antonio (Roma).
27 » Al Col. Kahl Filho Giuseppe (Brasile).
» » Al Capitano Lopez da Cruz Augusto (Brasile).
» » Al sig. Aluffi Pentini dei Conti Pietro (Roma).

Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

IS febbraio 1955. Al sig. Lopez de Romana Castresana Luigi, dell'arcidiocesi di Arequipa.
» » Al sig. Zegarra Ballon Edilberto, della medesima arcidiocesi.
29 aprile » Al sig. Filteau Oscar, dell'arcidiocesi di Québec.
10 maggio » Al sig. Doyle Gerardo, dell'arcidiocesi di S. Giovanni di Terranova.
» » » Al sig. Halley Patrizio, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. O'Dea Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. O'Leary Francesco, della medesima arcidiocesi.
16 Al sig. Riedemann Enrico, dell'arcidiocesi di Vancouver.
» » Al sig. Steele Davide, della medesima arcidiocesi.
Al sig. Belliveau Willie, della diocesi di Yarmouth.
» Al sig, Burke Osvaldo, della medesima diocesi.
» Al sig. d'Entremont Luigi, della medesima diocesi.
» Al sig. Nichols Sam, della medesima diocesi.
2 agosto » Al sig. Dore Lloyd Felice, della diocesi di Lafayette.
» » Al sig. Gaspard Clifton, della medesima diocesi.
22 » Al sig. Berney Giuseppe, della diocesi di Oklahoma e Tulsa.
Al sig. Borelli Francesco, della medesima diocesi.
» Al sig. Brandt Leone, della medesima diocesi.
» Al sig. Connelly Andrea, della medesima diocesi.
» » Al sig. Cravotto Giovanni, della medesima diocesi.
» » Al sig. Cunningham Nicola, della medesima diocesi.
» Al sig. Donnelly Michele, della medesima diocesi.
» Al sig. Ederer Michele, della medesima diocesi.

22 agosto 1955, Al sig. Eisenbeis Carlo, della medesima diocesi.
» Al sig. Fischer Giovanni, della medesima diocesi.
Al sig. Grellner Riccardo, della medesima diocesi.
Al sig. Harrigan Giovanni, della medesima diocesi.
» Al sig. Hudson Reginaldo, della medesima diocesi.
Al sig. Ingram Carlo, della medesima diocesi.
» Al sig. Kavanaugh Alfredo, della medesima diocesi.
Al sig. Lageose Francesco, della medesima diocesi.
Al sig. Lange Lorenzo, della medesima diocesi.
» Al sig. Loosen Giulio, della medesima diocesi.
» Al sig. Martin Giovanni, della medesima diocesi.
Al sig. Mueggenborg Giuseppe della medesima diocesi.
Al sig. Meuggenborg Paolo, della medesima diocesi.
» Al sig. Murphy Giorgio, della medesima diocesi.
Al sig. O'Brien Leone, della medesima diocesi.
Al sig. O'Grady Giovanni, della medesima diocesi.
» Al sig. O'Neill Giacomo, della medesima diocesi.
» Al sig. Beding Nicola, della medesima diocesi.
Al sig. Robinson Loran, della medesima diocesi.
» Al sig. Ryan Royal, della medesima diocesi.
» Al sig. Salz Ermanno, della medesima diocesi.
Al sig. Schott Valentino, della medesima diocesi.
Al sig. Sprehe Francesco, della medesima diocesi.
Al sig. Stolta Giovanni, della medesima diocesi.
Al sig. Stuart Roberto, della medesima diocesi.
Al sig. Suits Federico, della medesima diocesi.
Al sig. Sullivan Guglielmo, della medesima diocesi.
Al sig. Thompson Roscoe, della medesima diocesi.
Al sig. Wolf Lorenzo, della medesima diocesi.
Al sig. Zaloudek Floriano, della medesima diocesi.
Al sig. Beechwood Enrico, della medesima diocesi.
Al sig. Powers Guglielmo, della medesima diocesi.
Al sig. Herzig Giacomo, della medesima diocesi.
2 settembre » Al sig. Pollet Raffaele, della diocesi di Tournai.
22 » Al sig. Bodman Vincenzo, della diocesi di Oklahoma e Tulsa.
Al sig. Bogges Giovanni, della medesima diocesi.
Al sig. Dyer Ray, della medesima diocesi.
Al sig. Elmenhorst Antonio, della medesima diocesi.
Al sig. Hagan Carlo, della medesima diocesi.
Al sig. Monsour Giacomo, della medesima diocesi,
» Al sig. Pribyl Teodoro, della medesima diocesi.
Al sig. Riley Giacomo, della medesima diocesi.
» Al sig. Rother Giovanni, della medesima diocesi.
Al sig. Terry Giovanni, della medesima diocesi.
» Al sig. Weaver Giuseppe, della medesima diocesi.
Al sig. Weisbender Carlo della medesima diocesi.
30 » Al sig. Trezza Vito, della diocesi di Diano-Teggiano.
6 ottobre » Al sig. Georges Samuele, della diocesi di Salt Lake City.

S ottobre 1955. Al sig. Petit Carlo, della diòcesi di Namur.
22 » » Al sig. Peeters Luigi, dell'arcidiocesi di Malines.
15 novembre » Al sig. Santens Maurizio, della diocesi di Gand.
18 » » Al sig. Posteéis Giovanni Leopoldo, della medesima diocesi.
19 » Al sig. Lindemans Paolo, dell'arcidiocesi di Malines
» » Al sig. Merten Pietro, della medesima arcidiocesi.
26 » Al sig. Dowling Giovanni, della diocesi di Elphin.
29 » Al sig. Joubert Guido, della diocesi di Baiona.
7 dicembre Al sig. Duranti Francesco, dell'arcidiocesi di Perugia.
19 » Al sig. Payne Beginaldo, dell'arcidiocesi di Calcutta.
ti:> » Al sig. Mori Santangeli Luigi (Spagna).
9 gennaio 195G. Al sig. Bavano Francis, dell'arcidiocesi di Genova.
10 » » Al sig. Bordaz Antonio, della diocesi di Martinica.
» » » Al sig. Montlouis-Félicité Anastasio, della medesima diocesi.
Al sig. Perié Daniele, della medesima diocesi.
Al sig. Plissonneau-Duquesne Giorgio, della medesima diocesi.
12 » Al sig. Alcini Angelo, della diocesi di Amelia.
28 » Ai sig. Paes de Carvallo Giorgio (Brasile).
» » Al sig. Paranaguá Paolo Enrico (Brasile).
30 » Al sig. Francis Edoardo, della diocesi di Poona.
3 febbraio Al sig. Casagrande Ugo, della diocesi di Vittorio Veneto
27 » Al sig. de Souza Palhares Giuseppe (Brasile).
» » Al sig. Moreira de Castro Alves Dario (Brasile).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

26 febbraio 1955. Al sig. Minano Mendocilla Carlo, Ministro della Guerra del Perù.
25 dicembre » Al sig. Martin Alvarez Carlo, delà diocesi dì Madrid.
28 gennaio 1956. Al sig. Alim Pietro (Brasile).
10 febbraio » Al sig. Danusso Arturo, dell'arcidiocesi di Milano.
27 » » Al sig. Tristäo Leitáo da Cunha Vasco (Brasile).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa :

10 ottobre 1955. Al sig. Di Napoli Guido, della diocesi di Teramo.
28 gennaio 1956. Al Col. Ungaro Bruno (Italia).
» » » Al sig. De Stefano Vincenzo (Italia).
» » » Al sig. Sparisci Emo (Italia).
» » » Al sig. Merli Gianfranco (Italia).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa :

7 novembre 1955. Al sig. Nicoli Tullio, dell'arcidiocesi di Milano.

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

29	ottobre	1954.	**Al sig. Irusta Damiano, dell'arcidiocesi di La Paz.**
G	»	1955.	**Al sig. Clerici Giambattista, della diocesi di Como.**
10	»	»	**Al sig. Bazan Riccardo, della diocesi di Teramo.**
»	»	»	**Al sig. D'Antonio Giuseppe, della medesima diocesi.**
»	•))	»	**Al sig. Grossi Gioacchino, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Al sig. Parere Vincenzo, della medesima diocesi.**
20	»	»	**Al sig. Sidoli Luigi, dell'arcidiocesi di Hartford.**
25	»	»	**Al sig. Aldeghi Giuseppe, dell'arcidiocesi di Milano.**
»	»	»	**Al sig. Villa Ettore, della medesima arcidiocesi.**
2(>	))	»	**Al sig. Atiman Adriano, della diocesi.di Karema.**
»	»	»	**Al sig. Clerici Arturo, dell'arcidiocesi di Milano.**
»	»	»	**Al sig. Marcora Giovanni, della medesima arcidiocesi.**
»	»	»	**Al sig. Serafino Alfredo, della diocesi di Sarno.**
7	dicembre	»	**Al sig. Bonn Enrico, dell'arcidiocesi di Colonia.**
13	»	»	**Al sig. Mazzeri Carlo, della diocesi di Novara.**
»	»	»	**Al sig. Nardoni Duilio (Roma).**
23	»	»	**Al sig. Becker Carlo, dell'arcidiocesi di Friburgo in Brisgovia.**
25	»	»	**Al sig. Herbosch Antonio, della diocesi di Monaco.**
5	gennaio	1956.	**Al sig. Mazza Luigi, dell'arcidiocesi di Firenze.**
»	»	»	**Al sig. Schiavo Eugenio (Roma).**
11	»	»	**Al sig. Bajno Sesto, della diocesi di Pavia.**
»	»	»	**Al sig. Bonfatti Giuliano, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Al sig. Testera Carlo, della medesima diocesi.**
• »	»	»	**Ai sig. Vaghi Franco, della medesima diocesi.**
12	»	»	**Al sig. Gioia Giuseppe, della diocesi di Brescia.**
»	»	»	**Al sig. Trucillo Vincenzo, dell'arcidiocesi di Salerno.**
»	»	»	**Al sig. Lunelli Renato, dell'arcidiocesi di Trento.**
14	»	»	**Al sig. Puzzanghera Rosario, della diocesi di Alatri.**
»	»	»	**Al sig. Rusconi Domenico (Roma).**
17	»	»	**Al sig. Abdul-Bari-Bey Tewfiq (Iraq).**
2:>	»	»	**Al sig. Galli Giuseppe (Roma).**
26	»	»	**Al sig. Amato Antonio, della diocesi di Caserta.**
5	febbraio	».	**Al sig. Besa Lyon Carlo (Chile).**
»	»	»	**Al sig. Gordon-Orr Camposano Douglas (Chile).**
18	»	»	**Al sig. Lozada Benavente Samuele, dell'arcidiocesi di Arequipa.**
»	»	»	**Ai sig. Pérez Godoy Riccardo, della medesima arcidiocesi.**
27	»	»	**Al sig. Battisti Angelo (Roma).**

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

22	marzo	1955.	**Al sig. Estensoro Alborta Renan, dell'arcidiocesi di La Paz.**
5	settembre	»	**Al sig. Metkowski Francesco, dell'arcidiocesi di Montevideo.**

30	settembre	1955.	Al sig. Andriuolo Vincenzo, della diocesi di Diano-Teggiano.
»	»	»	Al sig. Gangone Cono, della medesima diocesi.
3	gennaio	1956.	Al sig. Michelacci Adolfo, della diocesi di Modigliana.
»	»	»	Al sig. Aveiro Anselmo, dell'arcidiocesi di Santissima Assunzione.
11	»	»	Al sig. Barbero Ercole, della diocesi di Pavia.
»	»	»	Al sig. Chiapperò Agostino, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Positano Giammichele, della medesima diocesi.
»	»	»	Al sig. Babbeno Attilio, della medesima diocesi.
»	«	»	Al sig. Tavazzani Cario, della medesima diocesi.
12	»	»	Al sig. Nazzari Giuseppe, della diocesi di Lodi.
20	»	»	Al sig. Schibuola Giovanni, della diocesi di Forlì.
23	»	»	Al sig. Antonini Giuseppe, della diocesi suburbicaria di Albano.
28	»	»	Al sig. Stumpf Emanuele (Brasile).
»	»	»	Al Cap. Corsani Ferdinando (Italia).
»	»	»	Al Cap. Faluzzini di Sezzadio Pier Vittorio (Italia).
7	febbraio	»	Al sig. Ferretti Pietro, della diocesi di Tortona.

NECROLOGIO

23	febbraio	1956.	Monsig. Gal vin Edoardo, Vescovo di Hanyang.
27	»	»	Monsig. Guy ornar Giovanni Alfredo, Vescovo tit di Assava.
28	»	»	Monsig. Szlagowski Antonio Wladislao, Arcivescovo tit. di Cotieo.
2	marzo	»	Monsig. di Tommaso Antonio, Vescovo tit. di Cirene.
4	»	»	Monsig. Dalla Zuanna Vigjlio Federico, Arcivescovo tit. di Mocisso.
»	»	»	Monsig. Gleeson Edmondo, Vescovo di Maitland.
10	'»	»	Monsig. Moussaron Giuseppe Giovanni Amato, Arcivescovo di Albi.
22	»	»	Monsig. de Aquino Correa Francesco, Arcivescovo di Cuiabá.
2	aprile	»	Monsig. Deymier Giovanni Giuseppe Giorgio, Arcivescovo di Hangchow.
21	»	»	Monsig. Kelly Edoardo, Vescovo di Boise City.
25	»	»	Monsig. Czapik Giulio, Arcivescovo di Agria.
26	»	»	Monsig. Jacquin Giorgio, Vescovo di Moulins.

An. et vol. XXXXVIII 28 Maii 1956 (Ser. Il, v. XXIII) - N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LINENSIS

IN CATHEDRALI TEMPLO DIOECESIS LINENSIS CANONICORUM COLLEGIUM CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum uniuscuiusque dioecesis Episcopus totis contendere viribus debeat ut summi Dei cultus pie splendidissimeque habeatur, et commissi populi bona utilitatesque continenti foveantur studio, eosdem omnino decet virorum corona et quasi senatu ornari, qui, ingenio, exemplo ac doctrina praestantes, ipsos sacrorum Antistites gravissimis hisce partibus implendis iuvent. Quam ob causam, libentissime accipiendas esse censuimus preces venerabilis Fratris Henrici Gelain, Linensis Episcopi, qui ab hac Apostolica Sede postulavit ut, ad normam sacrorum canonum, in sua etiam dioecesi Canonicorum Collegium conderetur. Probantes igitur quae S. Congregatio Consistorialis decreverit esse facienda, cui scilicet proprias huic agendae rei potestates demandavimus ; post auditum venerabilem Fratrem Armandum Lombardi, Archiepiscopum titulo Caesariensem Philippi et in Brasilia Apostolicum Nuntium, atque consensum eorum suppletum, qui in hoc negotio sua quomodocumque interesse arbitrentur; summa Nostra usi potestate haec quae sequuntur

decernimus atque iubemus. In cathedrali Linensi templo Canonicorum Collegium constituimus, quod duobus volumus componi Dignitatibus, Archidiacono nempe et Archipresbytero, atque sex Canonicis, quorum alter doctoris Theologi alter vero praefecti paenitentium admissis expiandis officio fungetur. Quae Dignitates et Canonicatus ad iuris praescripta assignabuntur ; quoadusque tamen ea congruo patrimonio locupletar i nequeant, libenter sinimus eadem vel iis sacerdotibus deferri, qui alio iam beneficio fruantur, cum animorum etiam curatione coniuncto. Concedimus pariter ut divinum officium congregato Canonicorum coetu his saltem diebus agatur, quos nunc describimus, scilicet : Paschatis, Pentecostes, Sacramenti augusti, Deiparae Virginis caelo receptae, Ss. Petri et Pauli, S. Antonii Patavini, cui cathedralis aedes ut caelesti Patrono est dicata, anniversario praeterea die ab eadem consecrata aede, ceterisque denique diebus, qui per Capitulares Constitutiones edicentur. Quoniam autem ii viri, qui in huiusmodi coetus asciscuntur, vestium etiam insignibus decorandi sunt, ut vel extrinsecus ipsorum quodam modo pateat dignitas ac singularis auctoritas, volumus ut Dignitates et Canonici, intra fines dumtaxat suae dioecesis, nigram induant vestem talarem cum fimbriis violacei coloris, zonam sericam pariter violaceam, rochetum cum refiexu coccíneo (vermelho-cremisi) in manicis, mozetam e serico villoso nigro cum fimbriis coccineis et, iuxta temporum opportunitatem, cappam cum pellibus albi coloris caligasque violaceas. Quod denique ad cetera sive officia, sive munera, sive iura ac privilegia attinet, quae ad omnia pari dignitate huiusmodi Collegia spectant, iuris communis leges fideliter serventur ; qua de re, simul atque Canonicorum coetus conditus fuerit, dioecesani Consultores suo munere vacabunt. Ad haec omnia, quae statuimus, efficienda venerabilem Fratrem deligimus Armandum Lombardi, quem diximus, tributis ei omnibus agendi negotii potestatibus, quas poterit cuilibet viro subdelegare, dummodo ecclesiastica dignitate praedito; quodsi tunc alius Apostolicae in Brasilia Nuntiaturae praeerit, cum haec erunt facienda, ipsi easdem concedimus potestates, cuilibet pariter delegandas. Qui denique rem ad effectum deduxerit, acta exaranda curet eorundemque exempla ad S. Consistoriale Consilium quam primum mittenda. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus : ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctori-

tate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

Fr. ADEODATÜS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. Seleuc, *Decanus Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Cane. Ap. tao., vol. LXXXXI, n. 85.

II

VALENTINAE *IN* BRASILIA

IN DIOECESI VALENTINA IN BRASILIA CANONICORUM COLLEGIUM CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Nostra consilia et cogitationes eo etiam tendant ut Dei maiestas, hominum rerumque conditoris, sollemni cultu summoque honore celebretur; itemque ut Episcopis lectissimorum Sacerdotum coetus quasi senatus sit praesto, qui eos et consilio et opere iuvent, fit ut non sine magna laetitia eorum Episcoporum postulatis concedamus,

qui ab Apostolica Sede expetant ut in sua cathedrali aede Canonicorum
Collegium condatur. Huiusmodi preces cum venerabilis Frater Rodul-
fus de Oliveira Pena, Yalentinae Sedis in Brasilia sacrorum Antistes,
huic Bomanae Ecclesiae admoverit, Nos, post auditum venerabilem Fra-
trem Armandum Lombardi, Archiepiscopum titulo Caesariensem Philippi
et in Brasilia Apostolicum Nuntium, remque bene consideratam, con-
sensumque eorum suppletum qui in hoc negotio aliquid iuris se habere
putent vel habeant; ea quae S. Congregatio Consistorialis, factis olim
a Nobis potestatibus, censuit esse facienda probantes, haec quae sequun-
tur statuimus et decernimus. In cathedrali templo Valentinae dioecesis
in Brasilia Collegium Canonicorum condimus, quod duabus Dignita-
tibus constabit, Archipresbytero videlicet et Cantore, atque sex Cano-
nicis, quorum alter theologi munere fungetur, alter autem munus exple-
bit populi admissa expiandi. Dignitates et Canonicatus, qui dicuntur,
ad normam iuris communis conferantur : concedimus tamen ut, quoad
usque congruo beneficio non sint praedita, iis etiam Sacerdotibus assi-
gnari possint qui alio iam beneficio fruantur, etiamsi munus eorum et
officium secum ferat animorum curationem.Quod autem attinet ad munia
propria Canonicorum, censemus ut conventus ad caerimonias peragen-
das his saltem diebus fiant : in die festo scilicet S. Sebastiani, cui est
dioecesis ceu Patrono sacra; B. M. V. caelo receptae, cuius honori est
cathedrale templum dicatum; feria quinta praeterea maioris hebdo-
madae ; ceterisque postremo diebus quos Capitulares leges seu Consti-
tutiones, quam primum condendae, praescripserit. Cum vero deceat eos
qui in Episcopi consilium adsciscuntur quibusdam insignibus condeco-
ran, decernimus ut Dignitates et Canonici, intra fines tamen suae dioe-
cesis, vestem talarem induant nigram cum fimbriis violacei coloris, zonam
sericam pariter violaceam, rochetum cum reflexu coccíneo (vermelho-
cremisi) in manicis, mozetam e serico villoso nigro cum fimbriis cocci-
neis, et, iuxta temporum opportunitatem, cappam cum pellibus albi co-
loris atque caligas violaceas. Ad cetera autem Canonicorum officia et
munera quod attinet, ad eorum iura, privilegia, honores, quas normas
Codex I. C. sancit, eaedem omnino serventur. Qua de re, constituto Cano-
nicorum Collegio, statim Consultores dioecesani a suo munere cessabunt.
Volumus postremo ut hae Litterae Nostrae a venerabili Fratre Armando
Lombardi, quem nominavimus, in effectum deducantur, cui omnes pote-
states rei gerendae tribuimus, quas poterit etiam cuilibet viro delegare,
dummodo ecclesiastica dignitate insigni. Qui vero negotium perfecerit,
idem et documenta exarari faciet, quorum exempla sincere scripta ad

S. Congregationem Consistorialem quam primum mittet. Quod si eo tempore cum res fieri debeat alius eidem Nuntiaturae praesit, huic oneri erunt quae mandavimus. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, 'id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta" vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. R. E. Cancellarius

jji Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. Seleuc, *Decanus Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi

In Ap. Cane, tao., vol. LXXXXI, n. 86.

III

QUITENSIS

(GUAYAQUILENSIS)

IN ABQUATORIANA REPUBLICA ALTERA CONSTITUITUR ECCLESIASTICA PROVINCIA, GUAYAQUILENSIS NUNCUPANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum in Aequatoriana Republica una adhuc habeatur Provincia ecclesiastica, Quitensis scilicet, eademque in nimiam protendatur latitudinem, animorum iuvandorum causa venerabilis Prater Opilius Rossi, Archiepiscopus titulo Ancyranus et in Republica de qua dicimus Apostolicus Nuntius, ab hac Romana Sede postulavit ut, ipsa Provincia ecclesiastica partita, nova ex ea conderetur : cui sententiae favere sive dilectum Filium Nostrum Carolum Mariam S. R. E. Cardinalem de la Torre, Quitensem Metropolitam, sive venerabiles Fratres Ecclesiarum Guayaquilensis, Portus Veteris, Fluminum ac de EI Oro Ordinarios. Quoniam igitur persuasissimum habemus, ubi unius Pastoris leventur et quasi distribuantur sollicitudines, satius populorum utilitati consuli dioecesiumque regimini, hasce preces libenter suscipimus ; eaque de causa, re diligenter considerata, atque eorum suppleto consensu qui in hac rerum commutatione aliquid iuris habeant, vel se habere existiment, de summa Nostra auctoritate sequentia statuimus. Ab Ecclesiae Quitensis, ab eiusque pro tempore Archiepiscopi metropolitico iure simul dioeceses Guayaquilensem ac Portus Veteris, praelaturasque « nullius » Fluminum ac de EI Oro eximimus, simul earum Episcopos atque Praelatos. De quibus ita seiunctis dioecesibus ac praelaturis, episcopalem Ecclesiam Guayaquilensem ad gradum et dignitatem perducimus archiepiscopalis metropolitanae Sedis, cum omnibus iuribus, privilegiis et praerogativis, quibus ceterae eiusdem honoris archidioeceses ad iuris normam fruuntur. Cui metropoli eas ut suffraganeas subdimus Ecclesias, quarum supra nomen fecimus, dioecesim nempe Portus Veteris, ac praelaturas Fluminum ac de EI Oro. Quam ob rem, ex hisce ita dismembratis atque

ordinatis Sedibus nova constabit ecclesiastica Provincia, quam *Guayaquilensem,* ex archidioecesi capite et quasi matre, appellari volumus, iisdemque terminis circumscribi, atque quattuor simul Ecclesiae, quibus ipsa componitur. Venerabilem igitur Fratrem Caesarem Antonium Mosquera Corral, adhuc Guayaquilensem Episcopum, ad Archiepiscopi Metropolitae dignitatem decusque promovemus, facta eidem potestate, sicut aequum est, ad ceterosque aequali gradu spectat viros, Crucem ante se ferendi, intra fines dumtaxat suae archidioecesis, sacrumque induendi Pallium, postquam tamen illud in publico Consistorio rite postulaverit atque obtinuerit; quam dignitatem, ut patet, Guayaquilenses, qui sequentur, Praesules pleno iure habebunt ; eidem praeterea, eiusque successoribus, ut suffraganeos subdimus earum Praelatos Ecclesiarum, quas supra numeravimus. Iubemus denique ut cathedrale Canonicorum Guayaquilensium Collegium ad gradum, titulum honoremque perducatur Collegii archiepiscopalis metropolitani, cum omnibus iuribus, privilegiis, praeeminentiis et honoribus, quae ex iure communi ceteros consequuntur eiusdem appellationis ac dignitatis Canonicorum coetus. Quae omnia religiose perficienda curabit venerabilis Frater Opilius Rossi, quem memoravimus, cui et omnes tribuimus necessarias agendi negotii potestates, etiam cuilibet viro, si opus fuerit, subdelegandas ecclesiastica dignitate praedito, et onus imponimus huiusmodi peractae Sedium ordinationis documenta exarandi, eorumque ad unguem exacta exempla quam primum ad S. Consistoriale Consilium mittendi. Quod si evenerit ut, quo tempore res ad effectum erit deducenda, alius Apostolicae in Aequatoriana Republica Nuntiaturae praesit, huic similiter potestates concedimus et negotium perficiendi et virum subdelegandi. Has vero Litteras nunc et in posterum efiicaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poe-

nas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die secundo et vicesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. OOSTANTINI
S. B. E. Cancellarius

j$¡ Fr. I. ADEODATUS Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. Seleuc, *Decanus Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXII, n. 9.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM B. MARIAE V. DE MONTE, IN SUBURBIO BOMBAYENSIS URBIS EXSTANS, BASILICIS MINORIBUS ACCENSETUR, AC INSUPER BOMBAYENSI EMO ORDINARIO FACULTAS COMMITTITUR CORONANDI IMAGINEM B. MARIAE V. IN EODEM ASSERVATAM.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Perfugium salutis et quasi propugnaculum Fidei perhibetur esse Templum Deiparae sacrum et in amoeno colle positum, unde Bombayam urbem et maris vastissimum aequor prospicias. Qua in regione suburbana, cui nomen « Bandra », plurimi degunt Christifideles, qui religionis catholicae instituta alacres obeunt. Hoc vero Templum Beatae Mariae Virginis de Monte, uti appellatur, ad artis Gothicae rationem anno millesimo nongentesimo quarto extractum est loco prioris sacrarii, quod anno millesimo septingentésimo sexagesimo primo aedificatum, piorum multitudinem capere non potuit. Ceterum hic mons ab antiquis temporibus Almae Deiparae, in spem humani generis

natae, sacer est, quandoquidem iam ante annum millesimum quingentesimum sexagesimum sextum Ignatiani Sodales Marianae pietatis sedem ibi constituerunt. Cum igitur hoc Templum sit opere nobilissimum, religione sanctissimum populique fidelis concursibus maxime celebratum, Dilectus Filius Noster Valerianus Gracias, Bombayensis Archiepiscopus, Nos rogavit ut illud Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus, simulque ut venerabilem eiusdem Deiparae Imaginem, ibi asservatam, quam non.solum Christifideles sed etiam ethnici praecipuis venerantur obsequiis, aureo diademate, Nostro nomine et auctoritate, redimiri sineremus. Quibus precibus pro Nostro Mariani cultus propagandi studio libenti animo obsecundantes, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Templum Beatae Mariae Virginis de Monte, Anglorum sermone « Our Lady of the Mount » appellatae, eius Nativitatis mysterio sacrum et in suburbio, cui nomen « Bandra », urbis Bombayae exstans, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adjectis iuribus ac privilegiis, quae Aedibus eodem nomine insignibus rite competunt. Praeterea, iisdem hisce Apostolicis Litteris et auctoritate Nostra, ad futuram rei memoriam, Bombayensi Ordinario, quem diximus, eas partes committimus ut die per se ipsum deligendo, Imagini Beatae Mariae Virginis de Monte, eodem in Templo excultae, post Missarum sollemnia, iuxta ritum formulamque praescriptam, auream coronam, Nostro nomine et auctoritate, imponat. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Templum autem ipsum huiusmodi honore augentes, decernimus praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc ea inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xxi, mensis Octobris, anno **MCMLIV**, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi

Io. **BAPT. MONTINI**
Prosecretarius Status

II

TEMPLUM B. MARIAE V., PLACENTINA IN URBE, ((SANTA MARIA DI CAMPAGNA)) APPELLATUM, BASILICAE MINORIS TITULO AC PRIVILEGIIS COHONESTATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Placentia, urbs ampla, non uno commendatur Templo artiñciosis operibus nobili populique concursibus celebrato; quo e genere perhibetur esse Aedes Almae Deiparae sacra, quam vulgato sermone « Santa Maria di Campagna » appellant. Hoc Templum, scilicet eiusdem urbis sedes praecipua cultus Mariani, anno millesimo quingentésimo vicesimo secundo, Alexio Tramello, nranicipe Piacentino, architecto, coeptum est construi, ad quod opus exigendum cives communi animorum alacritate stipem confluere. Asservatur ibidem signum Beatae Mariae Virginis, quod iam antea, per quinque saecula, in eodem loco exstans, religiose fuerat excultum, atque anno millesimo sexcentésimo secundo, iterumque hoc vertente anno, aureo diademate a Purpurato Ecclesiae Patre Francisco Borgongini-Duca, quem nuper defunctum deflevimus, Nostro nomine et auctoritate est redimitum. Qui annalium replicant memoriam, asseverant Beatum Urbanum PP. II, Decessorem Nostrum, apud eandem Imaginem Christifideles, anno millesimo nonagésimo quinto, ad expeditionem in Terram Christi incolatu sacram evocasse, atque Beatae Mariae Virginis honori Praefationem, quam Ecclesia Romana adhuc usurpât, primum cecinisse. Laudatur praeterea hoc Templum propter structurae genus, quod a renatis artibus appellatur, et ad cuius venustatem fornices sublimes atque tholus aedificio impositus non parum conferunt, propter cultum eximium et imagines, praesertim quas udo illitis coloribus pro ingenii sui copia expressit ille haud obscuri nominis vir qui vulgo nuncupatur « Pordenone ». Cuius in praeclarae Aedis, anno millesimo quingentésimo sexagesimo primo consecratae, officiis ab antiquis temporibus versantur Sodales Franciscales, qui annituntur ne quid desit divinis ritibus, ne quid Christifideles desiderent. Sacram quoque supellectilem eamque magni pretii et Sanctorum reliquias est ibi cernere, ita ut hoc pietatis domicilium rite instructum dicendum sit atque ornatum. Volens

autem, hoc Mariano vertente Anno, Mariani huiusce Templi dignitatem augere et Christifideles ad impensiorem Deiparae cultum provocare, Venerabilis Frater Humbertus Malchiodi, Archiepiscopus titulo Serrensis in Macedonia, Piacentini Archiepiscopi-Episcopi Adiutor, Nos rogavit, ut Templum, quod saepe diximus, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenti animo concedentes, Nos, ex Sacrae Ritum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Placentinum Templum, Beatae Mariae Virgini sacrum atque vulgo « Santa Maria di Campagna » appellatum, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae eidem titulo rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die **III** mensis Novembris, anno **MDCCCCLIV**, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi

Io. **BAPT. MONTINI**

Prosecretarius Status

III

ECCLESIA CATHEDRALIS BARENSIS BASILICAE MINORIS HONORIBUS PRIVILEGIISQUE DECORATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Barensium Templum princeps, sane sanctum apud illos et religiosum, praeclarum perhibetur esse monumentum, utpote artificiosis operibus illustre et insigne. Quod ab antiquis repetitur temporibus, cum iam saeculo vi, ut rerum scriptores narrant, ea in urbe constituta fuerit Aedes episcopalis, Vertente autem saeculo xi Byzantius Archiepiscopus Templum superius structurae ge-

nere Graecorum proprio aedificare coepit, quod a successoribus eius perfectum, anno **MCLVI**, cum Barium impio furore diriperetur, eversum est. Tamen sacrorum Antistes Rainaldus augustum hoc religionis domicilium, secundum artis Romanicae, quam dicunt, praecepta, ampliore forma restituit, adiectis sacris turribus et porticu, atque in melius reparavit. Saeculo autem xiu ad finem vergente, Romualdus Archiepiscopus Aedem, novis operibus locupletatami ornatamque, die iv mensis Octobris, anno **MCCLXXXXII**, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis sideribus receptae sollemni ritu consecravit. Sed, quod per labentia tempora prisco colore ac specie venustum servatum erat, Templum saeculo xviii minus eleganter mutatum fuit et opere tectorio ea ratione, quam aetas illa ferebat, obductum. Lustris autem hisce proxime praeteritis ad pristinum splendorem revocatum est, ita ut, qui id invisunt, non parva afficiantur admiratione. Praeterea in crypta, amplitudine et ornamentorum copia illustri, Imago Beatae Mariae Virginis « Hodigitriae », quae anno **DCCXXXIII** Costantinopoli est Barium periata, a Christifidelibus perpetuis excolitur obsequiis. Quo Simulacro expressa, Alma Deipara urbis atque provinciae Barensis ab hac Apostolica Sede caelestis renuntiata fuit apud Deum Patrona. Templum denique pretiosa supellectile refertum est iisque rebus affatim instructum, quae ad domus Dei decorem pertinent. Nec praetermittendum sacros ibi ritus curari a lectissimis Viris in Canonicorum Collegium adscriptis. Preces igitur ad Nos admovit Venerabilis Frater Henricus Nicodemo, Barensium Antistes, ut, superiore Aede opere nobilissimo refecta iterumque religioso cultui apta reddita, et oblata occasione primi ex Archidioecesi Conventus Mariani, in perennem huius Anni Deiparae sacri memoriam, Templum, quod laudavimus, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quae vota libenti animo explentes, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Ecclesiam Cathedralem Barensem, Beatae Mariae Virgini in Coelum Assumptae sacram, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis, quae Templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas,validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et

inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Novembris, anno MDCCCCLIIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

IV

BASILICAE MINORIS HONORIBUS DECORATUR ECCLESIA FOROCORNELIENSIS B. MARIAE V., VULGO ((DEL PIRATELLO)), IN DIOECESI IMOLENSI.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Deiparae cultorum frequentia insigne est, quemadmodum accepimus, Forocorneliense Templum, quod eidem Beatae Mariae Virgini sacrum, « dei Piratello » Italico sermone appellatur. Cuius religionis origo ab antiqua repetitur aetate, quandoquidem saeculo xv, ut memoriae proditur, Alma Dei Genetrix, non ineleganti Imagine eo in loco expressa, cuidam viatori, pietatis causa Aedem Lauretanam petenti, significavit velle se, ubi consisteret, a Forocorneliensibus peculiaribus coli obsequiis. Rosae subito ibi exsistentes superno nuntio attulerunt fidem. Augescente exinde in dies animorum alacritate, Templum excitatum est opere egregio, ad quod exigendum praeclari artifices ingenium et copiam contulere. Nec praetermittendum primum huius religionis domicilii moderatorem fuisse Beatum Ieremiam Lambertenghi, Tertii Ordinis Regularis Sancti Francisci sodalem inditum. Itaque Augusta Virgo, ibidem venerata, post hominum memoriam, Forocorneliensium urbis ac dioecesis habetur praecipua Patrona; honestis eorum consiliis et inceptis praeest, rebus in adversis iis optatum solacium praebet tutumque perfugium. Est quoque prae Nobis f e rendum Pium PP. IX, Decessorem Nostrum, rec. mem., pro sua erga Deiparam pietate, cum Forocorneliensium praeesset Ecclesiae, in hanc Marianae religionis sedem se recipere solitum esse. Templum praeterea iis rebus affatim instructum est, quae ad Dei cultum pertinent, nec deest sacra magni pretii supellex. Divinis vero ritibus religiosaeque Christi-

fidelium curationi operam dant Sodales Tertii Ordinis Regularis Sancti Francisci, quibus Aedes, quam extruxerant primisque auxerant incrementis, decem amplius abbine annos iterum est credita. Quibus permoti volentesque, ut Mariani huius iam exeuntis Anni quoddam quasi exstaret monumentum, quod populum Christianum ad Almae Deiparae cultum inffiammaret et exacueret, Venerabiles Fratres Paulinus Ioannes Tribbioli, Imolensis Episcopus, et Benignus Carrara, Episcopus titulo Hieropolitanus, eiusdem a sacris Adiutor, preces Nobis adhibuerunt, ut Templum, quod diximus, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quae vota libenti animo propterea etiam explentes, quod optatis Dilecti Filii Nostri Caietani Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Cicognani ea novimus respondere maxime, Nos, ex Sacrae Rituum Congre gationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Forocorneliensem Ecclesiam Beatae Mariae Virgini sacram atque vulgo « dei Piratello » appellatam, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae Templis, eodem nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Novembris, anno MDCCCCLIIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

V

SANCTA ZITA V. ANCILLARUM MULIERUMQUE DOMESTICAE CURAE ADDICTARUM PATRONA CAELESTIS DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Anciliarem condicionem hisce, quibus hominum genus iactetur procellis, difficiliorem esse in dies maioribusque obnoxiam periculis nemo est quem fugiat. Neque infitiandum est praecipuae virtutis robore opus esse iis, quae alienis in domibus famulantur, ut victum quaeritent tolerentque vitam. Eas, atque universe quae domestica munera exercent, igitur peculiari obtegi praesidio superno quam maxime videtur expedire, ut scilicet Patronam habeant, ad quam rebus in arctis fidentes confugiant, a qua christianae humilitatis, oboedientiae, morum integritatis, officii, patientiae sumant exemplum. Cuius modi ornamentis animi commendata, praefulget Sancta Zita, virgo Lucensis, quae duodecim vix annos nata familiae cuidam ancillabatur, heris non ita praeclare agentibus cum ipsa; sed, qua erat modestia, verecundia, suavitate, eosdem paulatim sibi conciliavit. Cum ergo vitam humilem degisset praestabili cum virtute, pauper administra digna effecta est, quae, Sanctorum Caelitum honoribus decorata, veluti excelsa domina immensa in aevum affluer et beatitate. Haec ergo praesit iis, quae eiusdem in terra participes sunt condicionis, ut consortes fiant gloriae non absimilis. Hoc ductus consilio, Venerabilis Frater Antonius Torrini, Archiepiscopus Lucensis, nomine quoque cleri populique fidelis sibi commissi, Nos rogavit, ut Sanctam Zitam omnium mulierum famulatui domestico adddictarum Caelestem Patronam renuntiaremus. Easdem praeterea preces Nobis adhibuerunt complures Purpurati Patres, permulti Archiepiscopi, Episcopi ex orbe terrarum Catholico fere universo, quarumdam religiosarum Sodalitatum supremi Moderatores, nonnulli, qui publicae praesunt rei, ipsae denique, eaeque non paucae, mulieres et adulescentulae, in famulatu versantes. Quibus supplicationibus libenter concedentes, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctam Zitam, Virginem, ancillarum mulierumque domesticae curae addictarum *caelestem* apud Deum *Patronam* eligimus, facimus, declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae ordinum seu

coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter extare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri decimo septimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULAE

I

AD EXCMOS PP. DD. IOSEPHUM SLIPYI, ARCHIEPISCOPUM LEOPOLITANUM, METROPOLITAM HALICIENSEM ; CONSTANTINUM BOHACEWSKYI, ARCHIEP. TIT. BEROËNSEM; BASILIUM LÀDYKA, ARCHIEP. TIT. MARTYROPOLITANÜM ; IOANNEM BUCKO, ARCHIEP. TIT. LEUCADENSEM/ NICOLAUM CARNECKYI, EPISCOPUM TIT. LEBEDIENSEM; PAULUM GOIDIC, EPISCOPUM FRAGOPOLITANUM ; NILUM SAVARYN, EPISCOPUM TIT. IOTANUM ; ISIDORUM BORECKYI, EPISCOPUM TIT. AMATHUSIUM IN CYPRO ; ANDREAM ROBORECKYI, EPISCOPUM TIT. TANAITANUM; GABRIELEM BUKATKO, EPISCOPUM TIT. SEVERIANENSEM ; NICOLAUM ELKO, EPISCOPUM TIT. APOLLONIENSEM ; NICETAM BUDKA, EPISCOPUM TIT. PATARENSEM ; IOANNEM LATYSEWSKYI, EPISCOPUM TIT. ADADENSEM; AMBROSIUM SEN Y SYN, EPISCOPUM TIT. MAINENSEM ; BASILIUM H0PK0, EPISCOPUM TIT. MIDILENSEM, MAXIMUM HERMANIUK, EPISCOPUM TIT. SINNENSEM; PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES : MILLESIMO EXEUNTE ANNO A QUO PRINCEPS S. OLGA SACRUM BAPTISMUM RECEPIT.

PIUS PP. XII

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Novimus vos, valde percupere ut ii universi, quos pastorali sollertiae vestrae concreditos habetis filios, millesimum exeuntem annum digne una simul

concelebrent, ex quo nobilissima Princeps S. Olga, inani ethnicorum superstitione ex animo penitus evulsa, christiana luce illuminata est, ac lustrali sacri fontis aqua rite expiata. Optimum sane suscepistis consilium, quod frugiferum fore confidimus ; ex hoc enim faustitatis eventu christiana initium duxit illustris illius populi historia, quae in Catholicae Ecclesiae annalibus tot egregie facta recenset, ex quibus non raro sanctitudinis fulgor renidet. Actuosum apostolatus studium, quo S. 01-gae animus flagrabat, gravissimae omne genus difficultates praepedivere, eamque retardarunt a concepto tanta cum spe consilio ad effectum plene feliciterque deducendo. Siquidem ex una parte neque commodum neque expeditum erat ob interclusa saepius itinera Evangelii praecones necessitatibus pares arcessere, qui suo ipsorum labore, divina gratia roborato, tam dissitas regiones peragrarent, ingentemque populum ad obtemperandum christianae doctrinae praeceptis converterent ; ex alia vero fortis et generosa, sed nondum exculta illa gens haud facile ab avitis institutis ac moribus abstrahebatur, haud facile ad novam amplectendam religionem adduci poterat.

At nobilis sanctaque femina, divini potius quam humanis opibus innixa, quod suadendo adhortandoque efficere nequibat, id supplicibus adsiduisque precibus ad Deum admotis impetrare enitebatur. Eius autem nepos, S. Vladimirus Magnus, eodem Iesu Christi amore eademque sanctitate atque avia sua permotus, nullis pepercit laboribus, nullisque sumptibus, ut sibi creditus populus evangelica luce collustraretur, utque in sua dicione Crux Divini Redemptoris summo honore refulgeret, omnesque ad eius doctrinam pro viribus conformarentur. Qui quidem Vladimirus Princeps, ut iam in Encyclicis datis Litteris, quibus initium est « Orientales (omnes », scripsimus, « quamvis liturgicos ritus, sacrasque cerimonias ab Orientali fuisset Ecclesia mutuatus, non solum in Catholicae Ecclesiae unitate, officii memor, perstitit, sed curavit etiam diligenter ut inter Apostolicam Sedem Rationemque suam amicae mutuaeque intercédèrent rationes ».[1] Hi igitur sanctissimi Principes Olga et Vladimirus vobis vestratibusque exemplo sint hoc praesertim anno, quo decimum revolutum saeculum celebratis a gente illa suscepta in gremium Catholicae Ecclesiae matris. Saeculares eiusmodi celebrationes vividius referent quasi ante eorum oculos qui vestris curis concrediti sunt amantissimam terram illam, eius celebérrimas urbes, oppida, castella, vicos, unde vel ipsimet vel ipsorum patres duxerunt ortum ; iterumque omnes incensiore quodam modo experientur non solum terre-

[1] *Acta Ap. Sed.* **1946, pag. 35.**

nam « cariorem esse patriam nobis quam nosmet ipsos »,[2] sed imprimis caelestem perpetuoque mansuram; ac mentis obtutu veluti praesentes cernent sacras illas aedes et templa, forsitan bodie prob dolor profanata:, in quibus olim ex iisdem non pauci effusas ad Deum admoverunt preces dulcissimam, ab eoque acceperunt quasi vicissim, maiora quam cetera omnia, superna suavissimaque solacia. Reminiscentur profecto maiorum glorias, virtutes, concordiam; reminiscentur, complorantes christianoque animo inimicis ^Ecclesiae ignoscentes, suos Episcopos et sacerdotes ex crediti muneris auctoritatisque sede deturbatos esse, ac vel morte aifectos, vel in custodia detentos, deinde vero in exsilium missos.

» Monsig. Kennedy Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Miltenberger Luigi, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Rakowski Pietro, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Roach Edoardo, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Spence Giovanni, della medesima arcidiocesi.
25 » Monsig. Ciancio Nicolò, dell'arcidiocesi di Catania.
19 gennaio 1956. Monsig. Duchene Emilio, della diocesi di Salina.
» Monsig. Engbarth Carlo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Gesenhues Enrico, della medesima diocesi.
» Monsig. Mulvihill Michele, della medesima diocesi.
» Monsig. Riedel Francesco, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Spoorenberg Enrico, della medesima diocesi.
26 » Monsig. Azzi Carlo, della diocesi di Rochester.
» Monsig. Ball Edoardo, della medesima diocesi.
» » Monsig. Ball Giovanni, della medesima diocesi.
» Monsig. Boyle Carlo, della medesima diocesi.
» Monsig. Burns Francesco, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Curtin Giuseppe, della medesima diocesi.
» » Monsig. Gannon Lorenzo, della medesima diocesi.
» » Monsig. Hoefen Francesco, della medesima diocesi.
» » Monsig. Lambert Geraldo, della medesima diocesi.
» Monsig. Maney Giovanni, della medesima diocesi.
» Monsig. Moffatt Patrizio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Predmore Giorgio, della medesima diocesi.
)) » Monsig. Randall Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ratigan Arturo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Straub Federico, della medesima diocesi.
4 febbraio » Monsig. Danz Giovanni, della diocesi di Covington.
» » » Monsig. McKenna Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Wilson Leone, della medesima diocesi.
9 Monsig. Sinigaglia Giovanni, dell'arcidiocesi di Atene.
25 » » Monsig. Antunes Borges Antonio, della diocesi di Leiria.
» » Monsig. Pereira Alvim Custodio, della diocesi di Viseu.
27 » » Monsig. Ferraro Nicola, dell'arcidiocesi di Gaeta.
1 marzo Monsig. Mariano Vitale, dell'arcidiocesi di Otranto.
13 » » Monsig. Lasi Alpinolo, della diocesi di Bertinoro.
14 » » Monsig. Cyr Filippo, dell'arcidiocesi di S. Germano di Rimouski.

» Monsig. Charbonneau Paolo Emilio, della diocesi di San Girolamo de Terrebonne.
» Monsig. Décary Pietro, della medesima diocesi.
25 » Monsig. Cashman Davide, dell'arcidiocesi di Birmingham.
31 » Monsig. Marcozzi Giacinto, della diocesi di Teramo.

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

o maggio 1954. Monsig. Oahill Bernardo, della diocesi di Southwark.
21 febbraio 1955. Monsig. Lebrun Giuseppe, della diocesi di Valencia nel Venezuela.
» luglio » Monsig. McKenna Tommaso dell'arcidiocesi di Liverpool.
22 ottobre » Monsig. Row Federico G., dell'arcidiocesi di Westminster.
26 » Monsig. Leonard Giovanni, dell'arcidiocesi di Sydney.
3 dicembre Monsig. Gardena Stefano, dell'arcidiocesi di Fermo.
» » Monsig. (Marconi Luigi, della medesima arcidiocesi.
» » Monsig. Mariucci Tommaso, della medesima arcidiocesi.
» » Monsig. Perfetti Orlando, della medesima arcidiocesi.
Monsig. Scoponi Mario, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Sabatini Lorenzo, della medesima arcidiocesi.
» » Monsig. Zuccarini Giacinto, della medesima arcidiocesi.
6 » Monsig. Brown Roberto, dell'arcidiocesi di Nuova York.
» » » Monsig. Driscoll Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» » Monsig. Roberts Giacomo, della medesima arcidiocesi.
12 » Monsig. Chartier Vilfrido, della diocesi di Manchester.
» Monsig. Gardner Lorenzo, della medesima diocesi.
Monsig. Hansberry Tommaso, della medesima diocesi.
» Monsig. McGreal Giacomo, della medesima diocesi.
21 Monsig. Gingras Giorgio, dell'arcidiocesi di Washington.
» » Monsig. Roeder Giovanni, della medesima arcidiocesi.
19 gennaio 1956. Monsig. Dickman Bernardo, della diocesi di Salina.
» Monsig. McManus Giovanni, della medesima diocesi.
» Monsig. Moran Michele, della medesima diocesi.
Monsig. Senecal Francesco, della medesima diocesi.
» Monsig. Weigel Edgardo, della medesima diocesi.
26 Monsig. Dugan Gregorio, della diocesi di Rochester.
Monsig. Flynn Patrizio, della medesima diocesi.
» Monsig. McCafferty Giovanni, della medesima diocesi.
Monsig. Murphy Emmett, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Whalen Leslie, della medesima diocesi.
23 febbraio Monsig. Aldrighetti Lodovico, della diocesi di Verona.
» » Monsig. Marini Angelo, della medesima diocesi.
» » Monsig. Mirandola Ilario, della medesima diocesi.
» Monsig. Salvetti Ilario, della medesima diocesi.
Monsig. Tosi Umberto, della medesima diocesi.
25 » Monsig. Mastronardi Andrea, della diocesi di Anglona Tursi.
» Monsig. Meo Davide, della medesima diocesi.
» » Monsig. Stacchini Pietro, della diocesi di S. Miniato.

Camerieri segreti soprannumerari di spada e cappa di Sua Santità:

28 gennaio 1956. **U** Barone van Caloen Carlo, della diocesi di Bruges.
27 febbraio » Il sig. Páparo Mario (Roma).
28 marzo » Il sig. Battibocca dei Conti Tommaso (Roma).

Cameriere d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

27 febbraio 1956. Monsig. De Ruggiero Giovanni (Roma).

Cameriere d'onore di numero di spada e cappa di Sua Santità:

3 marzo 1956. Il sig. Giulianelli Gioacchino (Roma).

Camerieri d'onore soprannumerari di spada e cappa di Sua Santità :

25 dicembre 1955. Il sig. Delhaye Raimondo, dell'arcidiocesi di Malines.
27 febbraio 1956. Il sig. Borgioli Giuseppe (Roma).
» » » Il sig. Bellati Bartolomeo, del patriarcato di Venezia.
28 marzo » Il sig. Cinque Aurelio, della diocesi suburbicaria di Albano.

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

6 marzo 1956. All'On. prof. Segni Antonio, Presidente del Consiglio dei Ministri della Repubblica Italiana.

La Commenda dell'Ordine Piano:

19 gennaio 1956. Al sig. Heyman Enrico, della diocesi di Gand.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

4 febbraio 1956. Al sig. Schwertman Arturo, della diocesi di Covington.

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

29 dicembre 1955. Al sig. Boylan Riccardo, della diocesi di Brooklyn.
4 febbraio 1956. Al sig. Grosser Alberto, della diocesi di Covington.
27 » » Al sig. Arangi Guido (Roma).
» » » Al sig. Lopez Giovanni (Roma).
7 aprile » Al sig. Petiot (Daniel-Raps) Enrico, dell'arcidiocesi di Parigi.

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

27 aprile 1955. Al sig. Meuwissen Tommaso Giovanni, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
7 luglio » Al sig. Aspuru y San Pedro Emanuele, dell'arcidiocesi di San Christof oro dell'Avana.
11 novembre » Al sig. D'Arcy Leonard Tommaso, dell'arcidiocesi di Toronto.
» » » Al sig. Kelly Arturo, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. McTague Carlo, della medesima arcidiocesi.

13	dicembre	1955.	Al sig. Lamarche Stefano, della diocesi di Liegi.
21	gennaio	1956.	Al sig. Demaret Giovanni, dell'arcidiocesi di Malines.
»	»	»	Al sig. Michotte van den Berck Alberto, della medesima arcidiocesi.
23	febbraio	»	Al sig. Barlottini Ottorino, della diocesi di Verona.
27	»		Al sig. Mercuri Edmondo (Roma).
3	marzo	»	Al sig. Toja Guido, dell'arcidiocesi di Milano.
16	»		Al sig. Baldeschi Balleani Aurelio, della diocesi di Jesi.
»	»	»	Al sig. Trionfi Honorati Aurelio, della medesima diocesi.
17	»		Al sig. Carraro Giuseppe, della diocesi di Padova.
			Al sig. De Besi Andrea, della medesima diocesi.
»		»	Al sig. Falletti Francesco, della diocesi di Ventimiglia.
21		»	Al sig. Giudice Emanuele, della diocesi di Grosseto.
»			Al sig. Franchi Concetto, della diocesi di Ripatransone.
»	»	»	Al sig. Brandizzi Arnaldo (Roma).
23		»	Al sig. Dané Achille, dell'arcidiocesi di Genova.
28	»	»	Al sig. Celimi Antonio (Roma).
17	aprile	»	Al sig. Carletti Carlo (Roma).

II Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

11	gennaio	1955.	Al sig. Van Dijk Davide C, della diocesi di Harlem.
»	»	»	Al sig. Peynenburg Giovanni, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
18	»	»	Al sig. Verheij Enrico C, dell'arcidiocesi di Utrecht.
18	febbraio	»	Al sig. Drion Bernardo G., della diocesi di Breda.
11	novembre	»	Al sig. Brooks Edoardo, dell'arcidiocesi di Toronto.
»		»	Al sig. Day Tommaso, della medesima arcidiocesi.
»	»	»	Al sig. Fisher Salvatore, della medesima arcidiocesi.
»	»		Al sig. Kuska Alessandro, della medesima arcidiocesi.
		»	Al sig. Shoniker Edoardo, della medesima arcidiocesi.
»		»	Al sig. Sullivan Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
26	»	»	Al sig. Habana Antonio, della prelatura « nullius » di Davao.
»	»	»	Al sig. Marquette Carlo, della diocesi di San Giacinto.
6	dicembre	»	Al sig. Welsh Giovanni R., della diocesi di Alexandria La.
12	»	»	Al sig. Fobes Giuseppe, della diocesi di Manchester.
19	»		Al sig. Schleimer Pietro, della diocesi di Lussemburgo.
25		»	Al sig. Sih Paolo K. T., dell'arcidiocesi di Newark.
10	gennaio	1956.	Al sig. Fanning Edoardo Guglielmo, della diocesi di Boise City.
21		»	Al sig. Munnichs Pietro, dell'arcidiocesi di Malines.
»	»		Al sig. Verhaeghe de Nayer Corrado, della medesima arcidiocesi.
4	febbraio	»	Al sig. Hagan Giacomo, della diocesi di Covington.
»	»		Al sig. Gausepohl Giuseppe, della medesima diocesi.
25	»	»	Al sig. Petit Leone, dell'arcidiocesi di Cartagine.
8	marzo		Al sig. Pinardi Wolfango, dell'arcidiocesi di Milano.
16	»	»	Al sig. Colio Nicola, della diocesi di San Severo.
»	»		Al sig. Mro Salvatore, della medesima diocesi.

16 marzo 1956. Al **sig.** Piscitelli Gaetano, della medesima diocesi.
21 » » Al sig. Fasola Virgilio, della diocesi di Grosseto.
24 » » Al sig. Gennaoui Giorgio, del patriarcato di Antiochia dei Melchiti.
17 aprile » Al sig. Catanoso Genoese Pasquale, dell'arcidiocesi di Reggio Calabria.
» » Al sig. Carraro Giovanni Battista, della diocesi di Treviso.

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

27 aprile 1956. Al sig. Ricaldone Paolo, dell'arcidiocesi di Torino.

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

20 marzo 1956. Al sig. D'Amico Alfonso (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

16 febbraio 1955. Al sig. Correoso de Quesada Alfredo, della diocesi di Camagüey.
» » » Al sig. Fanjul y Estrada Carlo, della medesima diocesi.
19 aprile » Al sig. Vizcanio Michele, della diocesi di Almeria.
» dicembre » Al sig. Platteau Giorgio, della diocesi di Tournai.
.12 gennaio 1956. Al sig. Narduzzi Nestore, della diocesi di Viterbo.
21 » » Al sig. de Selys Maurizio, della diocesi di Liegi.
» Al sig. Brusselmans Francesco, dell'arcidiocesi di Malines.
» » Al sig. Coppens Alberto, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Grootaers Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Yernaux Nestore, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Zech Maurizio, della medesima arcidiocesi.
» Al sig. Gallucci Alberto, della diocesi di Sora.
» Al sig. Bonomi Biagio, dell'arcidiocesi di Taranto.
23 » Al sig. Galli Giuseppe (Roma),,
7 febbraio . » Al sig. Magarotto Cesare (Roma).
8 marzo Al sig. Corvi Alberto, dell'arcidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Castiglioni Marazzi Arnaldo, della medesima arcidiocesi.
Al sig. De Feo Gaetano, della medesima arcidiocesi.
» » Al sig. Saporiti Carlo, della medesima arcidiocesi.
7 » Al sig. Lahn Lotario (Germania).
14 » Al sig. Damasceni Domenico, della diocesi di Bitonto.
» » » Al sig. Polverari Francesco, della diocesi di Senigallia.
16 » Al sig. Dal Canto Danilo, della diocesi di S. Miniato.
17 » » Al **sig.** Conte Ernesto, della diocesi di Aversa.
» » » Al sig. Arnone Carmelo, della diocesi di Caltanissetta.
Al sig. Miotti Livio, della diocesi di Padova.
» » Al sig. Schiesari Antonio, della medesima diocesi.
22 » » Al sig. Cornolo Giuseppe, della diocesi di Joliet.
23 Al sig. Comici Antonio, dell'arcidiocesi di Genova.
» Al sig. Lo Bianco Aurelio, della medesima arcidiocesi.
» » Al **sig. Rossi** Attilio, della medesima arcidiocesi.

26 marzo 1956. Al sig. Dotta Giovanni Costantino, della diocesi di Mondovì.
28 » » Al sig. Catteruccia Crispino (Roma).
» » » Al sig. Cuttitta Carmelo (Roma).
» » » Al sig. Festa Giovanni (Roma).
5 aprile » Al sig. Fumo Giuseppe, dell'arcidiocesi di Torino.
13 » ». Al sig. Fiorentini Ferdinando dell'arcidiocesi di L'Aquila.
14 » » Al sig. Cristoforoni Emilio, della diocesi di Albenga.
» » » Al sig. Palumbo Michele, della diocesi di Castellammare di Stabia.
22 » » Al sig. de Órnelas de Gama Regalào Antonio, della diocesi di Coimbra.

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

16 febbraio 1955. Al sig. Portuondo de Regii Aurelio, della diocesi di Oamagüey.
» » » Al sig. Recio y Rodríguez Giorgio, della medesima diocesi
19 aprile » Al sig. Aparici Mocholi Antonio, dell'arcidiocesi di Valenza.
12 luglio » Al sig. Hannan Alberto, dell'arcidiocesi di Adelaide.
11 novembre » Al sig. Crawford Fred, dell'arcidiocesi di Toronto.
» » » Al sig. Germain Luciano, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Kelly Melville, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Labine Gilberto, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Seitz Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Wall Giacomo, della medesima arcidiocesi.
26 » » Al sig. Benedicto Alfredo, della prelatura « nullius » di Davao.
» » » Al sig. Ca baguio Emanuele, delle medesima prelatura.
19 gennaio 1956. Al sig. Vivarelli Bruno, della diocesi di Terni.
21 » » Al sig. Devuyst Pietro, dell'arcidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Lathouders Carlo, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Verreydt Filippo, della medesima arcidiocesi.
23 febbraio » Al sig. Ghezzer Aldo, della diocesi di Verona.
» » » Al sig. Giusti Guido, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Becchi Gianni, della medesima diocesi.
5 marzo » Al sig. Clarke Policarpo, dell'arcidiocesi di Smirne.
13 » » Al sig. Scarpa Pietro, della diocesi di Vittorio Veneto.
.6 » » Al sig. Desana Paolo, della diocesi di Casale Monferrato.
» » » Al sig. Novazio Daniele, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Cossu Giorgio, della diocesi di Jesi.
.7 » » Al sig. Bazzan Tiburzio, della diocesi di Padova.
» » » Al sig. Cecchella Giovanni Battista, della medesima diocesi.
/1 » » Al sig. Passerini Luigi, della diocesi di Grosseto.
» » » Al sig. Danieli Duilio, della diocesi di Tivoli.
» » » Al sig. Salvatori Silvano, della medesima diocesi.
5 aprile » Al sig. Cavazzini Rino, della diocesi di Padova.

An. et vol. XXXXVIII 31 Maii 1956 (Ser. II, v. XXIII) - N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE CULTU SACRATISSIMI CORDIS IESU.

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

« Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris ».[1] Haec verba, quibus Isaias propheta significantibus imaginibus usus multiplicia illa atque uberrima Dei munera vaticinabatur, quae erat christiana aetas allatura, haec verba, dicimus, sponte menti succurrunt Nostrae, dum centesimum exeuntem annum recolimus, ex quo Decessor Noster imm. rec. Pius IX, votis libenter concedens, e catholico terrarum orbe delatis, Festum Sacratissimi Cordis Iesu in universa Ecclesia celebrari mandavit.

Nullo siquidem modo caelestia illa munera enumerari queunt, quae cultus, Sanctissimo Cordi Iesu tributus, in christifidelium animos perfundit, eos purificans, superno recreans solacio, ad omnesque adipiscendas excitans virtutes. Quam-

[1] Is. XII, 3.

obrem sapientissimae Iacobi Apostoli sententiae memores: « Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum »,[3] Nos iure meritoque hoc in eodem cultu, qui incensior usque ubique terrarum viget, inaestimabile cernimus donum, quod Incarnatum Verbum Divinusque Servator noster, utpote unus inter Caelestem Patrem humanumque genus gratiae veritatisque Mediator, Ecclesiae impertiit, mysticae Sponsae suae, postremo horum saeculorum cursu, quo tantos eadem exantlare labores difncultatesque eltictari debuit. Quo quidem inaestimabili dono Ecclesia fruens incensiorem potest erga Divinum Conditorem suum patefacere caritatem, atque ampliore quodam modo hortationem illam ad effectum deducere, quam Evangelista Ioannes ab ipso Iesu Christo prolatam refert: « In novissimo autem die magno festivitatis stabat Iesus, et clamabat dicens : Si quis sitit, veniat ad me et bibat qui credit in me. Sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum ».[3] Iis profecto qui Iesum loquentem audiebant, haud difficile erat haec verba, quibus ipse « aquae vivae » fontem pollicebatur e suo sinu oriturum, ad sacrorum effata vatum referre Isaiae, Ezechielis et Zachariae Regnum Messianicum vaticinantium itemque ad typicam illam petram, ex qua, a Moyse percussa, aqua mirandum in modum prosilivit.[4]

Divina caritas primum ducit ortum ex Spiritu Sancto, qui Amor est personalis tam Patris quam Filii in augustae Trinitatis sinu. Mentissimo igitur gentium Apostolus, quasi Iesu Christi verbis resonans, caritatis effusionem in credentium animos huic Amoris Spiritui attribuit : « Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis ».[5]

[2] IAC. I, 17.

[3] IOAN. VII, 37-39.

* Cfr. Is. XII, 3; Ez. XLVII, 1-12; ZACH. XIII, 1; *Ex.* XVII, 1-7; *Num.* XX, 7-13; *I Cor. X,* 4; *Apoc.* VII, 17; XXII, 1.

[5] *Rom.* V, 5.

Arctissimus hic nexus, quem Sacra Eloquia inter divinam caritatem, quae in christianorum animis exardescat oportet, ac Spiritum Sanctum intercedere asseverant — qui quidem per se Amor est — luculenter nobis omnibus demonstrat, Venerabiles Fratres, intimam naturam ipsam illius cultus, qui Sacratissimo Iesu Christi Cordi adhibendus est. Etenim, ut prorsus constat hunc cultum, si peculiarem eius naturam consideremus, excellentissimum esse religionis actum, quatenus plenam et absolutissimam se devovendi et consecrandi voluntatem a nobis postulet Divini Redemptoris amori, cuius vulneratum Cor vivax est index et signum; ita constat pariter, quin immo altiore quodam modo, hunc eundem cultum id potissimum prae se ferre, ut Divinum Amorem amore nostro redamemus. Siquidem tantummodo ex caritatis vi id consequitur ut hominum animi Superni Numinis dominio plene perfecteque obtempèrent, cum nempe amoris nostri affectus divinae voluntati ita haereat, ut veluti aliquid unum fiat, secundum illud: « Qui adhaeret Domino, unus spiritus est ».[6]

I

Verumtamen, quamquam Ecclesia Sacratissimi Cordis Iesu cultum tanta semper in aestimatione habuit et habet, ut eum ubique gentium vigere et in populos christianos quovis modo propagari curet, itemque adversus *Naturalismi* et *Sentimentalismi*, ut aiunt, commenta omni ope eum tutari enitatur, nihilo secius valde dolendum est, praeteritis temporibus ac nostra quoque aetate, nobilissimum hunc cultum non in eodem honoris aestimationisque loco esse apud christianos nonnullos, atque interdum apud eos etiam, qui se catholicae religionis adipiscendaeque sanctitatis studio animatos esse profiteantur.

« Si scires donum Dei ».[7] Hisce verbis, Venerabiles Fratres,

« *I Oor.* VI, 17.

[7] IOAN. IV, 10.

-Nos, qui arcano Dei consilio sacri illius fidei pietatisque thesauri, quem Divinus Redemptor Ecclesiae suae concredidit, custodes et dispensatores electi sumus, eos universos pro officii Nostri conscientia admonemus; qui quidem filii Nostri, quamvis Sacratissimi Cordis Iesu cultus, quasi de erroribus hominumque neglegentia triumphantis, Mysticum suum Corpus pervasero, attamen praeiudicatis adhuc opinionibus aguntur, atque eo usque interdum procedunt, ut eum spiritualibus Ecclesiae humanique generis necessitatibus, nostra hac aetate instantioribus, minus aptum, ne dicamus detrimentosum, existiment. Haud desunt enim qui, cum primariam ipsam huius cultus naturam peculiaribus variisque pietatis formis implicent atque exaequent, quas Ecclesia probat ac fovet, sed non iubet, eum putent quasi aliquid additicium, quod singuli, pro suis cuiusque libitis, adhibere possint; ac sunt etiam qui autument hunc eundem cultum onerosum esse atque iis praesertim nullius vel modicae utilitatis, qui in Dei Regno militent praecipuo eo consilio ducti, ut suis viribus, opibus suique temporis usura ad catholicam veritatem tuendam, tradendam propagandamque, ad christianam de re sociali doctrinam inculcandam, ad eosque religionis actus eaque opera provehenda allaborent, quae multo magis hodie necessaria ducant; ac denique non desunt qui tantum abest ut hunc cultum validum adiumentum iudicent ad christianos mores, cum in privata uniuscuiusque vita, tum in domestico convictu, recte conformandos renovandosque, ut eum potius cernant quasi quandam pietatem sensibus non mente animoque alitarn, atque adeo potius mulieribus dignam, cum in eo aliquid videant excultis hominibus non satis consentaneum.

Sunt etiam praeterea qui, cum considerent eiusmodi cultum paenitentiam, expiationem ceterasque virtutes potissimum postulare, quas <(passivas » vocant, utpote quae externos non edant fructus, eum aptum non aestiment ad spiritualem nostrorum temporum pietatem refovendam, quae ad apertam impensam-

que actionem potius contendat necesse sit, ad catholicae fidei triumphum et ad strenuam tuitionem christianorum morum; qui quidem mores hodie, ut omnes norunt, fallacibus eorum commentis facile inficiuntur, qui ad quamlibet religionis formam se aeque habent, sublato in cogitando agendoque veri falsique discrimine, atque etiam *materialismi* athei et *laicismi,* ut aiunt, principiis misere inquinan tur.

Quis non videat, Venerabiles Fratres, opinationes eiusmodi a sententiis omnino discrepare, quas Decessores Nostri, Sacratissimi Cordis Iesu cultum comprobantes, ex hac veritatis cathedra publice ediderant? Quisnam audeat inutilem esse minusve aptam aetati huic nostrae edicere pietatem illam, quam Decessor Noster imm. mem. Leo XIII esse asseveravit ((probatissimam religionis formam »; et in qua validum habendum esse non dubitavit remedium iisdem ipsis medendis malis, quae hodie quoque, ac procul dubio ampliore quodam acrioreque modo, singulos homines ac societatem universam excruciant atque sollicitant? « Haec, aiebat, quam cunctis suademus, cunctis est profutura devotio ». Atque haec monita hortamentaque adiciebat, quae ad Sacratissimi etiam Cordis Iesu cultum spectant: « Hinc vis illa maiorum quae iamdiu insident, quaeque vehementer postulant, ut unius auxilium exquiratur, cuius virtute depellantur. Quisnam autem ille sit, praeter Iesum Christum Unigenitum Dei! "Neque enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri".[8] Ad illum ergo confugiendum, qui est via, veritas et vita ».[9]

Neque minus probandum minusve aptum profitebatur esse hunc cultum christianae pietati fovendae proximus Decessor Noster fel. rec. Pius XI, qui in Encyclicis datis Litteris scribebat: « In ea ... pietatis forma nonne totius religionis summa atque adeo perfectioris vitae norma continetur, quippe quae et ad Christum Dominum penitus cognoscendum mentes condu-

* *Act.* iv, 12.

[9] Enc. *Annum Sacrum,* 25 Maii 1899: *Acta Leonis,* vol. XIX. 1900, pp. 71, 77-78

eat expeditius et ad eundem vehementius diligendum pressiusque imitandum animos inflectat efficacius? »[10] Nobis autem, haud minus quam Decessoribus Nostris, hoc veritatis caput perspectum probatumque est; et cum Summum Pontificatum suscepimus, ac Sacratissimi Cordis Iesu cultum apud christianos populos auspicato auctum esse et quasi triumphantem libentissimo animo vidimus, innumeros ex eodem in universam Ecclesiam permanare fructus salutares gavisi sumus; idque placuit iam in primis Encyclicis Litteris significare.[11] Qui quidem fructus per Nostri Pontificatus annos — non modo aerumnis rerumque angustiis, sed ineffabilibus etiam solaciis plenos — neque numero neque vi pulchritudineque deminuti sunt, sed potius adaucti; varia siquidem incepta feliciter orta sunt ad eundem cultum refovendum conducibilia, et ad nostrorum temporum necessitates quam maxime apta : consociationes dicimus mentis culturae, religioni ac beneficientiae provehendis; scripta typis edita, quae doctrinam de re historica, vel ascetica, vel mystica ad hanc causam pertinentem illustrarent; pia expiationis opera; atque illas nominatim incensissimae pietatis testificationes, quas « Sodalitas ab Apostolatu orationis » edidit, qua praesertim auspice ac fautrice factum est ut domestici convictus, collegia, instituta atque interdum Nationes etiam Sacratissimo Cordi Iesu consecraren tur; quibus quidem haud raro, datis hac de causa litteris, vel orationibus coram habitis, ac vel etiam nuntiis per radiophonicas undas transmissis, paterno animo gratulati sumus.[12]

Quamobrem, dum cernimus tam uberem salutarium aquarum copiam, hoc est caelestium superni amoris munerum, ex sacro Redemptoris nostri Corde exortam, innumeros Catholicae Ecclesiae filios, Divino afflante operanteque Spiritu, pervadere, facere non possumus quin, Venerabiles Fratres, paterno vos

[10] **Enc. *Miserentissimus Redemptor,* 8 Maii 1928: *A. A. S. XX,* 1928, p. 167.**

[11] **Cfr. Enc. *Summi Pontificatus,* 20 Octob., 1939: *A. A. 8.* XXXI, 1939, p. 415.**

[12] **Cfr. *A. A. S.* XXXII, 1940, p. 276; XXXV, 1943, p. 170; XXXVII, 1945, pp."263-264; XL, 1948, p. 501; XLI, 1949, p. 331.**

animo adhortentur, ut una Nobiscum summas tribuatis laudes gratesque agatis maximas bonorum omnium largitori Deo, haec Apostoli gentium gemmantes verba: « Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem quae operatur in nobis, ipsi gloria in Ecclesia, et in Christo Iesu, in omnes generationes saeculi saeculorum. Amen ».[13] Sed postquam debitas aeterno Numini persolvimus grates, cupimus vos ac dilectissimos omnes Ecclesiae filios per Encyclicas has Litteras commonere, ut principia illa, quae ex Bibliis ac SS. Patrum et theologorum doctrina oriuntur, intentiore animo consideretis, quibus, quasi solidis fundamentis, Sacratissimi Cordis Iesu cultus innititur. Nobis enim persuasissimum est tum solummodo, cum veritatis divinitus revelatae lumine collustrati primariam altioremque huius cultus naturam penitus inspexerimus, tum solummodo, dicimus, incomparabilem nos posse eius excellentiam eiusque exhaustam numquam caelestium munerum copiam recte pleneque existimare, atque adeo innumera ex eo parta beneficia pie meditantes contemplantesque, itidem posse primum exactum saeculum digne commemorare, ex quo Sacratissimum Cordis Iesu festum in universa Ecclesia celebrandum est.

Eo igitur consilio ducti, ut christifidelium mentibus salutaria praebeamus pascua, quibus enutriti facilius queant veram huius cultus naturam penitius intellegere eiusque uberes percipere fructus, eas Nos Veteris Novique Testamenti paginas explanaturi sumus, quibus reveletur ac proponatur infinita Dei caritas erga hominum genus, quam quidem satis numquam introspicere poterimus; deinde vero earum commentationum, quas Ecclesiae Patres Doctoresque tradiderunt, praecipua lineamenta opportune attingemus; ac postremo Nobis curae erit arctissimum illum nexum in sua luce ponere, qui inter pietatis formam, Divini Redemptoris Cordi tribuendam, et cultum in-

[13] *Eph.* III, 20-21.

tercedit, qui eius amori ipsiusque Augustae Trinitatis amori debetur erga homines universos. Putamus enim, si modo nobilissimae huius pietatis formae praecipua, quibus eadem nititur, elementa luce illa collustrentur, quae ex Sacris Litteris et ex doctrina a maioribus tradita oritur, facilius christianos posse haurire « aquas in gaudio de fontibus Salvatoris »;[14] hoc est peculiare gravitatis momentum satius existimare, quo cultus Sacratissimi Cordis Iesu pollet in Ecclesiae liturgia et in interna externaque vita actioneque eius; atque adeo posse quoque spirituales eos colligere fructus, quibus singuli queant suos salutariter renovare mores, ut christiani gregis Pastoribus in votis est.

Quo autem rectius omnes possint eam sententiae vim intellegere, qua Veteris Novique Testamenti proponendi eclogarii praestant ad hunc cultum quod attinet, oportet omnino perspectam habeant causam illam, qua Ecclesia cultum latriae tribuit Divini Eedemptoris Cordi. Iamvero vobis profecto exploratum est, Venerabiles Fratres, eiusmodi causam duplicem esse. Altera nempe, quae ad cetera quoque pertinet sacrosancta Iesu Christi corporis membra, eo principio innititur, quo novimus eius Cor, utpote nobilissimam humanae naturae partem, Divini Verbi Personae hypostatice coniungi; ideoque ei tribuendum esse eundem adorationis cultum, quo Ecclesia Personam ipsius Filii Dei Incarnati honorât. De veritate agitur catholica fide retinenda, cum iam in Oecumenicis Conciliis Ephesino et Constantinopolitano II[15] sollemniter sancita fuerit. Altera vero, quae peculiari modo ad Divini Eedemptoris Cor pertinet, ac peculiari itidem ratione postulat latriae cultum eidem tribuendum, ex eo oritur quod Cor eius, magis quam cetera omnia eius corporis membra, immensae eius caritatis erga hominum genus naturalis index seu symbolus est. « Inest

[14] Is. XII, 3.

[15] Conc. Ephes., can. 8; cfr. MANSI, *Sacrorum Conciliorum Ampliss. Collectio,* IV, 1083 C; Conc. Const. II, can. 9; Cfr. *ibid.* IX, 382 E.

in Sacro Corde, ut Decessor Noster iram. mem. Leo XIII animad vertebat, symbolum atque expressa imago infinitae Iesu Christi caritatis, quae movet ipsa nos ad amandum mutuo ».[16]

Haud dubium profecto est Sacros Libros numquam certam mentionem facere de peculiari venerationis amorisque cultu, physico Incarnati Verbi Cordi habito utpote symbolo incensissimae eius caritatis. Quod profecto si aperte agnoscendum est, non tamen admirationem nobis inicere, neque ullo modo nos ad dubitandum adducere potest divinam erga nos caritatem, quae huius cultus est ratio princeps, cum in Vetere, tum in Novo Testamento talibus imaginibus praedicari atque inculcan, quae animos vehementer commoveant. Quae quidem imagines, quandoquidem in Sacris Litteris iam proponebantur, quae adventum Filii Dei, hominis facti, praenuntiabant, idcirco possunt nobilissimi illius divini amoris signi et indicis auspicium considerari, hoc est sacratissimi adorandique Cordis Divini Redemptoris.

Ad rem nostram quod attinet, haud necessarium esse putamus multa ex Veteris Testamenti libris proferre, qui veritates divinitus antiquitusque patefaetas continent; sed esse satis ducimus in memoriam Foedus illud revocare inter Deum populumque initum pacificisque victimis sacratum — cuius primariam legem duabus tabulis incisam Moyses edidit[17] ac Prophetae interpretati sunt — pactum fuisse non modo supremi Dei dominii debitaeque hominum oboedientiae vinculis firmatum, sed altioribus etiam amoris rationibus solidatum et alitum. Etenim populo etiam Israel suprema causa obtemperandi Deo non timor divinarum ultionum erat, quem tonitrua et fulgura e Sinai montis vertice coruscantia ac prodeuntia iniciebat animis, sed potius debita erga Deum caritas: « Audi, Israel: Dominus Deus noster, Dominus unus est. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota

[16] Cfr. Enc. *Annum sacrum: Acta Leonis,* vol. XIX, 1900, p. 76.
[17] Cfr. *Ex.* XXXIV, 27-28.

fortitudine tua. Eruntque verba haec, quae ego praecipio tibi hodie, in corde tuo ».[18]

Haud miramur igitur si Moyses et Prophetae, quos iure merito Angelicus Doctor Electi Populi « maiores »[19] nominat, cum perspectum haberent totius Legis fundamentum esse in hoc amoris praecepto positum, rationes ac necessitudines omnes, quae inter Deum et Nationem suam intercédèrent, similitudinibus descripserint ex mutuo patris, filiorum, vel coniugum amore haustis, potius quam severis imaginibus ex supremo Dei dominio, vel ex debita omnium nostrum pavidaque servitute ductis. Itaque, ut exempla afferamus, Moyses ipse, cum celeberrimum suum carmen caneret ob populum ab Aegypti servitute in libertatem vindicatum, cumque significare vellet id ex Dei virtute evenisse, has sententias similitudinesque edidit, quae animum valde commoventi « Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, et super eos volitans, expandi t [Deus] alas suas, et assumpsit eum, atque portavit in umeris suis ».[20] At fortasse nullus alius ex sacris vatibus magis quam Oseas tam aperte, tam vehementer exprimit ac pandit amorem, quo Deus nullo non tempore populum suum prosequitur. In huius nempe Prophetae scriptis, qui inter ceteros minores Prophetas pressae orationis granditate excellit, talem erga Populum Electum Deus profitetur amorem, iustum nempe sancteque sollicitum, qualis est amor patris misericordis et amantis, vel sponsi, cuius honor offenditur. De caritate agitur, quae tantum abest ut imminuatur vel deficiat ob proditorum perfidiam atque immania scelera, ut potius eadem pro merito quidem puniat, sed illa tantum de causa ut abalienatam infidamque sponsam atque ingratos filios, — nedum repudiet ac dimittat — expiet, purificet, ac renovatis confirmatisque amoris nexibus secum iterum coniungat : « Quia puer Israel, et dilexi eum; et ex Aegypto vocavi filium meum...

[18] ***Dent.*** **VI, 4-6.**
[19] ***Sum, Theol,*** **II-II, q. 2, a. 7: ed. Leon., tom. VIII, 1895. p. 34.**
[20] ***Deut.*** **XXXII, 11.**

Et ego quasi nutritius Ephraim; portabam eos in brachiis meis, et nescierunt quod curarem eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis caritatis... Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontanee, quia aversus est furor meus ab eis. Ero quasi ros; Israel germinabit sicut lilium,; et erumpet radix eius ut Libani ».[21]

Haud dissimiles sententias effert Isaias Propheta, cum Deum ipsum ac Populum Electum quasi inter se hisce contrariis verbis colloquentes inducit : « Et dixit Sion : Dereliquit me Dominus, et Dominus oblitus est mei. Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui ».[22] Neque minus animos commovent verba, quibus Cantici Canticorum auctor, coniugalis amoris imaginibus usus, mutuae caritatis vincula significanter describit, quibus Deus et ab eo dilecta Natio invicem coniunguntur : « Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. ... Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. ... Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut internus aemulatio : lampades eius lampades ignis atque flammarum)>.[23]

Verumtamen tenerrimus hic, indulgens et patiens amor Dei, qui quamvis populum Israel sceleribus scelera adicientem dedignetur, eum nihilo secius omnino numquam repudiat, vehemens utique elatusque videtur, sed praenuntians tantummodo auspicium fuit incensissimae illius caritatis, quam promissus hominibus Redemptor ex amantissimo Corde suo ad omnes pansurus erat, et quae dilectionis nostrae exemplar ac Novi Foederis fundamentum futura erat. Verum enim vero is tantum, qui Unigena Patris et Verbum caro factum « plenum gratiae et veritatis »[24] est, cum ad homines venisset peccatis innumeris

[21] **Os. XI, 1. 3-4; XIV, 5-6.**
[22] **Is. XLIX, 14-15.**
™ ***Gant.* II, 2; VI, 2; VIII, 6.**
[24] **IOAN. I, 14.**

miseriisque oppressos, ex humana natura sua hypostatice cum Divina Persona coniuncta, humano generi potuit « fontem aquae vivae » aperire, quae aridam irrigaret terram uberrime, eamque florens fructuosumque viridarium efficeret. Quam quidem rem prorsus mir and am ob misericordissimum aeternumque Dei amorem eventuram esse iam hisce verbis quodammodo praenuntiare videtur Ieremias Propheta: « In caritate perpetua dilexi te; ideo attraxi te, miserans ... Ecce dies venient, dicit Dominus, et feriam Domui Israel et Domui luda foedus novum. ... Hoc erit pactum, quod feriam cum Domo Israel post dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam, et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum quia propitiabor iniquitati eorum, et peccati eorum non memorabor amplius ».[25]

II

Attamen ex Evangeliis solummodo certum exploratumque habemus Novum Foedus inter Deum hominesque initum — cuius quidem pactum illud, quod Moyses inter populum Israel Deumque pepigerat, nihil aliud erat nisi symbolus et index, quem Ieremias praenuntiaverat Propheta — Novum Foedus dicimus id ipsum reapse esse, quod Incarnati Verbi opera, divinae gratiae conciliatrice, statutum effectumque est. Hoc Foedus incomparabili modo nobilius ac firmius idcirco habendum est, quod non, ut prius, hircorum et vitulorum sanguine, sed sacrosancto illius cruore sancitum est, quem eadem pacifica animalia rationis expertia iam praenuntiaverant: « Agnum Dei, qui tollit peccatum mundi ».[26] Etenim Christianum Foedus, multo magis quam antiquum, pactum se aperte demonstrat non servitute, non timore innixum, sed amicitia illa sancitum,

« IER. XXXI, 3; 31. 33-34.

[26] **Cfr. IOAN. I, 29; *Hebr.* IX, 18-28; X, 1-17.**

quae inter patrem et filios intercedat oportet, ac munificentiore divinae gratiae veritatisque effusione alitum ac roboratum, secundum illud Ioannis Evangelistae effatum: « Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia. Quia lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum Christum facta est ».[27]

Qua quidem illius discipuli sententia, « quem diligebat Iesus, qui et recubuifc in cena super pectus eius »,[28] cum in ipsum mysterium infinitae Incarnati Verbi caritatis inducti simus, dignum, iustum, aequum et salutare esse videtur, Venerabiles Fratres, in suavissima eiusdem mysterii contemplatione aliquantisper immorari, ut luce illa collustrati, quae ex Evangelio repercussa idem mysterium illuminat, nos quoque possimus id assequi et efficere votum, de quo gentium Apostolus ad Ephesios scribens loquitur: « Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in caritate radicati et fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis quae sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum; scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei ».[29]

Divinae Redemptionis Mysterium primaria ac naturali ratione mysterium amoris est: hoc est iusti amoris Christi erga caelestem Patrem, cui sacrificium Crucis, amanti oboedientique animo oblatum, uberrimam infinitamque satisfactionem defert ob culpas humani generis debitam: « Christus, ex caritate et oboedientia patiendo, maius aliquid Deo exhibuit quam exigeret recompensatio totius offensae humani generis ».[30] Est praeterea mysterium misericordis amoris Augustae Trinitatis Divinique Redemptoris erga homines universos, qui quidem cum ad sua expianda scelera satis nullo modo valerent,[31] Christus

[27] IOAN. I, 16-17.
[28] IOAN. XXI, 20.
[29] *Eph.* III, 17-19.
[30] *Sum. Theol.*, III, q. 48, a. 2: ed. Leon., tom. XI, 1903, p. 464.
[31] Cfr. Enc. *Miserentissimus Redemptor: A. A. S.* XX, 1928, p. 170.

per haud investigabiles meritorum divitias, quas, pretiosissimo suo effuso sanguine, nobis acquisivit, illud amicitiae pactum inter Deum hominesque redintegrare ac perficere potuit, quod primum in terrestri Paradiso ob miserandum Adae casum, deinde vero ob innumera Populi Electi peccata violatum fuerat. Itaque Divinus Redemptor — utpote legitimus perfectusque Mediator noster — cum, pro incensissima sua erga nos caritate, humani generis officia ac debita omnino divinis conciliaret iuribus, auctor profecto fuit ut miranda illa inter divinam iustitiam divinamque misericordiam conciliatio haberetur, quae salutis nostrae mysterium omnia prorsus transcendens constituit, de quo sapienter hisce verbis loquitur Angelicus Doctor: « Dicendum quod hominem liberari per passionem Christi, conveniens fuit et misericordiae et iustitiae eius. Iustitiae quidem, quia per passionem suam Christus satisfecit pro peccato humani generis : et ita homo per iustitiam Christi liberatus est. Misericordiae vero, quia, cum homo per se satisfacere non posset pro peccato totius humanae naturae, Deus ei satisfactorem dedit Filium suum. Et hoc fuit abundantioris misericordiae, quam si peccata absque satisfactione dimisisset. Unde dicitur : " Deus, qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo " ». [32]

Ut tamen reapse possimus, quatenus mortalibus licet, « comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum » [33] arcanae caritatis Incarnati Verbi erga caelestem Patrem hominesque peccatorum labe infectos, animadvertere oportet eius amorem non tantummodo spiritualem fuisse, ut Deum addecet, quatenus « Spiritus est Deus ». [34] Utique huius naturae fuit amor, quo Deus progenitores nostros Hebraeorumque populum dilexit; atque adeo humani,

[32] *Eph.* II, 4; *Sum. Theol.*, III, q. 46, a. 1 ad 3: ed. Leon., tom. XI, 1903, p. 436.

[33] *Eph.* III, 18.

[34] IOAN. IV, 24.

familiaris paternique amoris dictiones, quae in Psalmis, in Prophetarum scriptis, et in Cantico Canticorum leguntur, indices sunt significationesque verissimae sed spiritualis prorsus caritatis, qua Deus hominum genus prosequebatur; cum contra qui spirat ex Evangelio, ex Apostolorum litteris et ex Apocalypsis paginis amor, quae quidem Cordis Iesu Christi amorem describunt, non divinam solummodo caritatem, sed humanos etiam dilectionis sensus significat; quod profecto iis omnibus, qui catholico censentur nomine, certissimum est. Etenim Dei Verbum non ficticium inaneque corpus assumpsit, ut iam primo christiani nominis saeculo nonnulli haeretici asseverarunt, gravissimis hisce verbis a Ioanne Apostolo improbati: « Quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnem :. hic est seductor et antichristus »;[86] sed reapse humanam naturam, individuam, integram et perfectam, quae in purissimo Mariae Virginis sinu ex Spiritus Sancti virtute concepta est,[36] divinae Personae suae coniunxit. Nihil igitur ei defuit humanae naturae, quam sibi Dei Verbum copulavit; eam ipse profecto assumpsit nullo modo imminutam, nullo modo immutatam ad spiritualia et ad corporea quod attinet: hoc est intellegentia ac voluntate ditatam ceterisque internis externisque cognoscendi facultatibus, itemque sensuum appetitu omnibusque naturalibus impulsionibus. Haec omnia Catholica docet Ecclesia utpote a Romanis Pontificibus et ab Oecumenicis Conciliis sollemniter sancita confirmataque: « Totus in suis, totus in nostris »;[37] « perfectus in deitate et idem perfectus in humanitate »;[38] « totus Deus homo, et totus homo Deus ».[39]

Quapropter cum nullo modo dubitari possit Iesum Christum

[35] II *Ioan.* 7.

[36] Cfr. Luc. I, 35.

[37] S. LEO MAGNUS, *Epist. dogm. « Lectis dilectionis tuae » ad Flavianum Const. Patr.,*]3 Iun., à. 449; cfr. *P. L.* LIV, 763.

[38] Conc. Cnalced., a. 451; cfr. MANSI, *Op. cit.* VII, 115 B.

[39] S. GrELASius PAPA, Tract. III: *«Necessarium» de duabus naturis in Christo?* cfr. A. THIEL, *Epist. Rom. Pont. a 8. Eilaro usque ad Pelagium II,* p. 532.

verum adeptum esse corpus, omnibus, qui eidem proprii sunt, affectibus pollens, in quibus quidem ceteris omnibus amor praestat, nullum pari modo dubium esse potest eum physico nostroque simili corde praeditum fuisse, cum sine excellentissimo hoc corporis membro, hominum vita, ad affectus etiam quod attinet, haberi non possit. Quamobrem Iesu Christi Cor, Divinae Verbi Personae hypostatice unitum, ob amorem etiam et ob ceteras affectuum impulsiones procul dubio palpitavit, quae tamen et cum humana voluntate, divinae caritatis plena, et cum ipso infinito amore, quem Filius cum Patre et cum Spiritu Sancto communicat, ita congruebant omnino et consonabant, ut numquam hos inter tres amores aliquid esset contrarium vel dissonans.[40]

Verumtamen Dei Verbum veram perfectamque naturam humanam assumpsisse sibi, et carneum sibi effmxisse conformavisseque cor, quod, haud minus quam nostrum, posset perpeti ac transfigi, id, dicimus, nisi in ea luce ponatur et consideretur, quae non modo ex unione hypostatica et substantiali eiicitur, sed in ea etiam luce, quae ex humana Redemptione quasi eius complemento oritur, scandalo profecto ac stultitiae aliquibus esse potest, ut Christus cruci fixus reapse fuit Iudaeorum et ethnicorum genti.[41] Legitima enim catholicae fidei do^ cumenta, cum Sacris Litteris omnino consonantia, nobis asseverant Unigenam Dei Filium humanam naturam patibilem ac mortalem assumpsisse ea potissimum de causa, quod cruentum sacrificium e cruce pendens offerre cuperet, ut humanae salutis operam consummaret. Quod ceteroquin gentium Apostolus hisce conceptis verbis edocet: « Qui enim sanctificat, et qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens : Nuntiabo nomen tuum fratribus meis ... Et iterum: Ecce ego et pueri mei, quos dedit

[40] **Cfr. S. THOM., *Sum. Theol.*, III, q. 15, a. 4; q. 18, a. 6: ed. Leon., tom. XI, 1903, p. 189 et 237.**

[41] **Cfr. *I Cor.* I, 23.**

mihi Deus. Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem. ... Unde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, et fidelis pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta populi. In eo in quo passus est ipse et tentatus, potens est et eis qui tentantur auxiliari».[42]

Ac Sancti Patres, doctrinae divinitus patefactae veridici testes, illud optime animadverterunt, quod iam Paulus Apostolus clare satis asseruerat, divini nempe amoris mysterium cum Incarnationis, tum Redemptionis veluti principium esse ac verticem. Etenim saepe luculenterque in eorum scriptis legitur Iesum Christum idcirco perfectam humanam naturam et caducum fragileque corpus nostrum assumpsisse, ut sempiternae consuleret saluti nostrae, nobisque infinitum amorem suum, sensibilem etiam, apertissime manifestaret ac panderet.

S. Iustinus, quasi Apostoli gentium voci resonans, haec scribit: « Natum enim ex ingenito et ineffabili Deo, Verbum adoramus et amamus; quandoquidem propter nos homo factus est, ut passionum nostrarum particeps factus medicinam illis faceret ».[43] Ac S. Basilius, in tribus Cappadociae Patribus primus, veros simulque sanctos fuisse asseverat sensuum affectus in Christo : « Liquet Dominum naturales quidem affectus suscepisse ad confirmationem verae nec phantasticae incarnationis; vitiosos vero affectus, qui nostrae vitae puritatem coinquinant, ut incontaminata divinitate indignos reiecisse ».[44] Parique modo Antiochenae Ecclesiae lumen, S. Ioannes Chrysostomus fatetur sensuum motus, quibus Divinus Redemptor obnoxius erat, clare patefecisse omnino integram eum humanam assumpsisse naturam: « Si enim nostrae non fuisset naturae, non a luctu semel et iterum correptus fuisset ».[45] In Latinis autem Patribus eos libet memorare, quos hodie Ecclesia utpote maximos Doctores veneratur. Itaque S. Ambrosius sensibiles

[42] *Hebr.* II, 11-14; 17-18.
[43] *Apol.* II, 13: P. *G.* VI, 465.
[44] *Epist.* 261, 3: P. *G.* XXXII, 972.
[45] *In Ioann.,* Homil. 63, 2: P. *G.* LIX, 350.

commotiones et affectus, quorum Incarnatum Dei Verbum expers non fuit, ex hypostatica unione, quasi ex naturali principio oriri testatur: « Et ideo quia suscepit animam, suscepit et animae passiones; non enim Deus, eo quod Deus erat, aut turbari, aut mori potuisset ».[46] Quibus quidem ex affectionibus S. Hieronymus praecipuum argumentum eruit Christum reapse humanam assumpsisse naturam: Dominus noster, ut veritatem assumpti probaret hominis, vere quidem contristatus est.[47] Sanctus autem Augustinus peculiari modo rationes illas animadvertit, quae inter Incarnati Verbi affectiones intercedunt humanaeque Redemptionis finem: « Hos autem humanae infirmitatis affectus, sicut ipsam carnem infirmitatis humanae, ac mortem carnis humanae Dominus Iesus, non conditionis necessitate, sed miserationis voluntate suscepit, ut transfiguraret in se corpus suum, quod est Ecclesia, cui caput esse dignatus est, hoc est, membra sua in sanctis et fidelibus suis; ut si cui eorum inter humanas tentationes contristan et dolere contingeret, non ideo se ab eius gratia putaret alienum; et non esse ista peccata, sed humanae infirmitatis indicia, tamquam voci praemissae concinens chorus, ita corpus eius ex ipso suo capite addisceret ».[48] Pressius, sed haud minus efficaciter hi, qui sequuntur, S. Ioannis Damasceni loci Ecclesiae doctrinam manifestam praeferunt: « Totum quippe me totus assumpsit, ac totus toti unitus est, ut toti salutem afferret. Nam alioquin non potuit sanari, quod assumptum non fuit ».[49] « Omnia igitur assumpsit, ut omnia sanctificaret ».[50]

Animadvertendum tamen est hos Sacrarum Litterarum Patrumque eclogarios, hisque similes non paucos quos non rettulimus, quamvis luculenter testentur Iesum Christum sensuum commotionibus affectibusque fuisse praeditum, atque

[46] *De fide ad Gratianum,* II, 7, 56: *P. L.* XVI, 594.
[47] Cfr. *Super Matth.* XXVI, 37: P. L. XXVI, 205.
[48] *Enarr. in Ps. LXXXVII,* 3: P. *L.* XXXVII, Illi.
[49] *De Fide Orth.* III, 6: P. *G.* XCIV, 1006.
[50] *Ibid.* III, 20: P. *G.* XCIV, 1081.

idcirco humanam assumpsisse naturam ut sempiternae nostrae consuleret saluti, nihilo secius numquam hos eosdem affectus ad physicum cor eius ita referre, ut illud infiniti amoris eius symbolum aperte indicent. Atsi Evangelistae ceterique sacri scriptores Redemptoris nostri *cor*, vivax ac sentiendi facultate haud minus quam nostrum praeditum, et ob varios animi motus et affectus duplicisque voluntatis eius caritatem flagrantissimam, palpitans et micans manifesto non describunt, nihilominus divinum eius amorem ac sensuum commotiones, quae cum eo coniunguntur, saepe in sua luce ponunt : hoc est desiderium, laetitiam, aegritudinem, timorem et iram, prouti ex eius ore, verbis, gestu manifestantur. Adorandi Servatoris nostri vultus praesertim index ac veluti speculum fidelissimum profecto fuit eorum affectuum, qui cum animum vario modo commoverent, quasi reciprocantes undae sanctissimum Cor eius attingebant ac pulsando excitabant. Etenim hanc etiam ad rem id valet, quod de humana psychologia et de iis quae inde consequuntur, Angelicus Doctor, communi experientia edoctus, animadvertit: « Perturbatio irae usque ad exteriora membra perducitur; et maxime ad illa membra in quibus expressius relucet vestigium cordis, sicut in oculis et in facie et in lingua ».[51]

Quamobrem iure meritoque Incarnati Verbi Cor praecipuus consideratur index et symbolus triplicis illius amoris, quo Divinus Redemptor Aeternum Patrem hominesque universos continenter adamat. Symbolus nempe est divini illius amoris, quem cum Patre et Spiritu Sancto communicat, sed qui tamen in ipso tantum, utpote in Verbo, quod caro factum est, per caducum et fragile humanum corpus nobis manifestatur, quandoquidem « in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter ».[52] Symbolus praeterea est incensissimae illius caritatis, quae, eius in animum infusa, humanam ditat Christi

[51] *Sum. Theol.*, I-II, q. 48, a. 4: ed. Leon., tom. VI, 1891, p. 306.
[52] *Col.* II, 9.

voluntatem, et cuius actus duplici scientia perfectissima collustratur et dirigitur, hoc est beata et indita vel infusa.[53] Ac denique — idque modo magis naturali ac directo — sensibilis quoque affectus symbolus est, cum Iesu Christi corpus, in sinu Virginis Mariae Spiritus Sancti opera formatum, sentiendi pèrcipiendique vi polleat perfectissima, magis utique quam cetera omnia hominum corpora.[54]

Cum nos igitur Sacra Eloquia et legitima catholicae fidei documenta edoceant in sanctissimo Iesu Christi animo summam omnium vigere convenientiam et concordiam, eumque ad Redemptionis nostrae finem assequendum triplicem amorem suum manifesto direxisse, idcirco patet mentissimo nos posse Divini Redemptoris Cor utpote significantem caritatis eius imaginem, Redemptionisque nostrae testem contemplari ac venerari, itemque mysticam veluti scalam, qua ad amplexum ascendamus « Salvatoris nostri Dei ».[55] Quamobrem eius verba, actus, praecepta, rerum miracula, peculiarique modo opera illa, quae luculentius caritatem eius erga nos testantur — ut divinam institutam Eucharistiam, ut acérrimos eius cruciatus eiusque mortem, ut nobis benigne concessam Sanctissimam eius Matrem, ut Ecclesiam pro nobis conditam, ac denique Spiritum Sanctum in Apostolos et in nos missum — haec, dicimus, omnia admiremur oportet veluti triplicis eius amoris documenta; itemque oportet eius Sacratissimi Cordis pulsus amantissimo meditemur animo, quibus terrenae peregrinationis tempus ipse quasi metiri visus est, usque ad supremum momentum illud, quo, ut Evangelistae testantur, « clamans voce magna dixit: Consummatum est. Et inclinato capite, tradidit spiritum ».[56] Tum eius Cordis palpitatio constitit ac desiit, eiusque sensibilis amor intermissus est usque dum ipse, triumphata morte, e sepulcro resurrexit.

[53] Cfr. *Sum. Theol.*, III, q. 9, aa. 1-3: ed. Leon., tom. XI, 1903, p. 142.

[54] Cfr. *Ibid.*, III, q. 33, a. 2, ad 3m; q. 46, a. 6: ed. Leon., tom. XI, 1903' pp. 342, 433.

[55] *Tit.* III, 4.

[56] MATTH. XXVII, 50; IOAN. XIX, 30.

Postquam autem eius corpus, sempiternae gloriae statum adeptum, Divini Eedemptoris animo, mortis victoris, iterum coniunctum est, Cor eius Sacratissimum imperturbabili ac placido pulsu moveri numquam destitit nec desistet, eiusque triplicem amorem significare numquam pariter desinet, quo Dei Filius cum suo caelesti Patre devincitur et cum hominum communitate Universa, cuius ipse pleno iure mysticum est caput.

ITI

Nunc vero, Venerabiles Fratres, ut ex piis hisce considerationibus uberes possimus salutaresque colligere fructus aliquantisper meditari ac contemplari libet multiplices Servatoris nostri Iesu Christi humanos divinosque affectus, quos quidem eius Cor per mortalis vitae cursum participando rettulit, ac nunc refert, aeternumque per aevum referet. Ex Evangelii praesertim paginis lux nobis affulget, qua collustrati ac roborati divini huius Cordis sacrarium ingredi possumus, unaque cum Apostolo gentium admirari « abundantes divitias gratiae [Dei] in bonitate super nos in Christo Iesu ».[57]

Una cum humano ac divino pulsatur amore adorandum Iesu Christi Cor, postquam Maria Virgo magnanimum illud verbum « Fiat » pronuntiavit, ac Dei Verbum, ut animadvertit Apostolus : « ingrediens mundum dicit : Hostiam et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi; holocautomata pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio; in capite libri scriptum est de me ut faciam, Deus, voluntatem tuam. ... In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi semel ».[58] Amore itidem commovebatur, humanae suae voluntatis affectibus divinoque amori concor dissimo, cum in Nazarethana domo caelestia conserebat colloquia cum dulcissima

[57] *Eph.* II, 7.
[58] *Hebr.* X, 5-7. 10.

Matre sua, et cum Iosepho putativo patre, cui oboediens laboxiosam praestabat operam in tignariorum fabrorum arte. Ac trìplici illo, de quo diximus, amore exercebatur in diuturnis suis apostolicis peregrinationibus habendis; in innumeris patrandis miraculis, quibus vel mortuos ab inferis evocabat, vel omne genus aegrotis sanitatem impertiebat; in exantlandis laboribus; in sudore, fame, siti toleranda; in nocturnis vigiliis, quibus caelestem Patrem amantissime precabatur; in orationibus denique habendis et in parabolis proponendis explicandisque; illis nominatim, quae de misericordia agunt, ut de drachmate deperdito, de amissa ove, et de prodigo filio; quibus quidem in rebus et verbis, ut Gregorius Magnus animadvertit, ipsum Dei Cor manifestatur : « Disce Cor Dei in verbis Dei, ut ardentius ad aeterna suspires ».[59]

Impensiore autem caritate Iesu Christi Cor permovebatur, cum ex ore eius verba eliciebantur incensissimum amorem spirantia. Ita, ut exempla proponamus, cum turbas defatigatas fameque affectas cerneret, exclamabat: « Misereor super turbam » ;[60] et cum Ierusalem dilectissimam urbem suam peccatis obcaecatam prospiceret, ideoque extremae destinatam ruinae, hoc effatum edebat : « Ierusalem, Ierusalem, quae occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti I »[61] Ob amorem autem erga Patrem suum, et ob sanctam indignationem palpitavit Cor eius, cum vidit sacrilegum commercium in Templo fieri, cuius violatores hisce verbis increpavit : « Scriptum est : Domus mea domus orationis vocabitur; vos autem fecistis illam speluncam latronum ».[62]

At peculiari amore pavoreque commotum est Cor eius cum acerrimorum cruciatuum horam iam imminere prospexit, ac naturali motu ingruentibus doloribus ac morti repugnans, ex-

[59] *Begistr. epist, lib.* IV, ep. 31 *ad Theodorum medicum:* P. *L.* LXXVII, 706.

[60] MARC. VIII, 2.

[61] MATTH. XXIII, 37.

[62] MATTH. XXI, 13.

clamavit: « Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste »;[63] invicto autem amore summaque aegritudine, cum a proditore osculo exceptus, hisce verbis eum allocutus est, quae extremum videntur misericordissimi Cordis eius invitamentum amico datum, qui impio, foedifrago obstinatissimoque animo eum carnificibus traditurus erat: «Amice, ad quid venisti? Osculo Filium hominis tradis? »;[64] miseratione vero amoreque impensissimo, cum piis mulieribus sibi illacrimantibus, immeritum crucis supplicium subituro, dixit: « Filiae Ierusalem, nolite Aere super me, sed super vos ipsas flete, et super filios vestros quia si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet? »[65]

Ac tandem Divinus Redemptor, ex cruce pendens, Cor suum sensit variis vehementibusque aestuare affectibus, hoc est amoris flagrantissimi, consternationis, misericordiae, incensissimi desiderii, serenaeque requietis; quos quidem affectus haec effata significanter indicant: « Pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt »;[66] « Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? »;[67] « Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso »;[68] « Sitio));[69] « Pater, in manus tuas commendo spiritum meum ».[70]

Quisnam vero queat illos Divini Cordis pulsus, infiniti eius amoris indices, digne describere, quos iis temporis momentis edidit, cum maxima dona hominibus impertiit: hoc est semet ipsum in Eucharistiae Sacramento, Sanctissimam Matrem suam, ac sacerdotale nobiscum communicatum munus?

Etiam antequam Ultimam Cenam cum discipulis suis manducaret, Christus Dominus, cum nosceret se instituturum esse

[63] MATTH. XXVI, 39.
[64] MATTH. XXVI, 50; Luc. XXII, 48.
[65] Luc. XXIII, 28. 31.
[66] Luc. XXIII, 34.
[67] MATTH. XXVII, 46.
[68] Luc. XXIII, 43.
[69] IOAN. XIX, 28.
[70] Luc. XXIII, 46.

Sacramentum Corporis et Sanguinis sui, cuius effusione Novum Foedus consecrandum erat, Cor suum senserat vehementibus excitari motibus, quos Apostolis hisce verbis significavit: « Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar » ;[71] qui quidem motus vehementiores etiam procul dubio fuere, cum « accepto pane, gratias egit, et f regit, et dedit eis dicens : Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam cenavit, dicens : Hic est calix novum testamentum in Sanguine meo, qui pro vobis fundetur ».[72]

Merito igitur asseverari potest divinam Eucharistiam, utpote Sacramentum et Sacrificium, quorum alterum hominibus impertit, alterum vero ipsemet perpetuo immolat « ab ortu solis usque ad occasum »,[73] itemque sacerdotium dona profecto esse Sacratissimi Cordis Iesu.

Cuius quidem Sacratissimi Cordis pretiosissimum quoque donum est, ut diximus, Maria Dei Mater alma, nostrumque omnium amantissima Mater. Quae enim Redemptoris nostri Genetrix fuit secundum carnem, eiusque socia in Hevae filiis revocandis ad divinae gratiae vitam, ea merito fuit totius humani generis spiritualis salutata Mater. Quam ad rem S. Augustinus de ea scribit : « Plane mater membrorum Salvatoris, quod nos sumus quia cooperata est caritate, ut fideles in Ecclesia nascerentur qui illius capitis membra sunt ».[74]

Atque incruento sui ipsius dono, sub specie panis et vini, Servator noster Iesus Christus adiungere voluit, tamquam praecipuum documentum intimae infini tacque caritatis suae, cruentum Crucis Sacrificium. Qua quidem agendi ratione exemplum praebuit excelsae illius caritatis, quam quasi summam amoris metam discipulis suis proposuerat hisce verbis : « Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro ami-

[71] Luc. XXII, 15.
[72] Luc. XXII, 19-20.
[73] MAL. I, 11.
[74] *De sancta virginitate*, VI: P. *L.* XL, 399.

eis suis ».[75] Quamobrem Iesu Christi Filii Dei amor, per Golgothae Sacrificium, Dei ipsius amorem luculenter significanterque patefacit: « In hoc cognoscimus caritatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit; et nos debemus pro fratribus animam ponere ».[76] Ac reapse Divinus Redemptor noster amore magis quam vi carnificum Cruci affixus est; eiusque voluntarium holocaustum supremum donum est, quod singulis hominibus impertiit secundum press am illam Apostoli sententiam: « Dilexit me, et tradidit semetipsum pro me ».[77]

Nullum igitur dubium esse potest sacratissimum Cor Iesu, cum sit, intima prorsus ratione, Incarnati Verbi vitae particeps, atque adeo veluti Divinitatis instrumentum assumptum fuerit, haud minus quam cetera humanae naturae membra, in divinae gratiae divinaeque omnipotentiae operibus exsequendis,[78] legitimum etiam immensae illius caritatis symbolum esse, qua permotus Servator noster per suum profusum Sanguinem mysticum cum Ecclesia inivit matrimonium: « Per caritatem pro Ecclesia sibi in sponsam coniungenda passus est ».[79] Ex vulnerato igitur Redemptoris Corde Ecclesia, utpote Redemptionis Sanguinis administra, nata est, ex eodemque Sacramentorum gratia, ex qua Ecclesiae filii supernam vitam hauriunt, uberrime profluxit, ut in sacra Liturgia legimus : « Ex Corde scisso Ecclesia Christo iugata nascitur. ... Qui Corde fundis gratiam ».[80] De huius symboli ratione, quae ne antiquis quidem Patribus scriptoribusque ecclesiasticis ignota erat, Doctor Communis, quasi eorundem vocibus resonans, haec scribit: « Ex latere Christi Auxit aqua ad abluendum, sanguis autem ad redimendum. Et ideo sanguis competit sacramento Eucharistiae, aqua autem sacramento Baptismi; qui tamen habet vim

[75] IOAN. XV, 13.
[76] *I Ioan.* III, 16.
[77] *Gal.* II, 20.
[78] Cfr. S. THOM., *Sum. Theol.*, III, q. 19, a. 1: ed. Leon., tom. XI, 1903, p .329.
[79] *Sum. Theol., Suppl.*, q. 42, a. 1 ad 3m: ed. Leon., tom. XII, 1906, p. 81.
[80] Hymn. ad Vesp. Festi Ssmi Cordis Iesu.

abluti vam ex virtute sanguinis Christi ».[81] Quod heic de latere Christi scribitur, a milite vulnerato et aperto, idem de Corde eius dicendum est quod profecto lancea suo ictu attigit, quandoquidem miles ea de causa eam vibraverat, ut de Iesu Christi cruci fixi morte certo modo constaret. Quamobrem Sacratissimi Cordis Iesu vulnus, iam mortali hac vita functi, per saeculorum decursum vivida imago est illius caritatis sponte editae, qua Deus Unigenam suum hominibus redimendis dedit, et qua Christus nos omnes tam vehementer adamavit ut semet ipsum pro nobis in Calvariae loco cruentam hostiam immolaret: « Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis ».[82]

Postquam Servator noster ad caelum ascendit una cum corpore aeternae gloriae spendoribus ornato, seditque ad dexteram Patris, flagrantissimo amore, quo etiam Cor eius palpitât, Ecclesiam suam sponsam prosequi non desiit. In manibus siquidem, in pedibus et in latere fulgentia vulnerum signa praefert, quae triplicem ab se adeptam victoriam repraesentant, hoc est de daemone, de peccato, de morte; atque habet itidem in Corde suo, quasi in scrinio pretiosissimo repositos, immensos illos meritorum thesauros, triplicis eiusdem triumphi fructus, quos redempto humano generi largiter impertit. Haec est veritas consolationis plena, quam Apostolus gentium hisce verbis asseverat: « Ascendens in altum captivam duxit captivi tatem, dedit dona hominibus. ... Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes caelos, ut impleret omnia ».[83]

Spiritus Sancti donum, ad discipulos missi, primum est signum perspicuum munificae caritatis eius post triumphalem ascensum ad dexteram Patris. Siquidem post dies decem, Spiritus Paraclitus a caelesti Patre datus super eos descendit, in Cenáculo congregatos, secundum illud, quod in Ultima Cena promiserat: « Ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit

[81] *Sum. Theol.*, III, q. 66, a. 3, ad 3^{m}: ed. Leon., tom. XII, 1906, p. 65.
[82] *Eph.* V, 2.
[83] *Eph.* IV, 8. 10.

vobis, ut maneat vobiscum in aeternum ».[84] Qui quidem Spiritus Paraclitus, cum sit mutuus Amor personalis, hoc est Patris erga Filium et Filii erga Patrem, ab utroque mittitur, ac species indutus quasi linguarum ignis in eorum animos infundit divinae caritatis copiam ceterorumque caelestium charismatum. Huius divinae caritatis infusio ab eo etiam Corde Servatoris nostri orta est, « in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi ».[85] Est enim haec caritas Iesu Cordis eiusque Spiritus donum; qui quidem est Spiritus Patris et Filii, ex quo et Ecclesiae ortus et eius mirabilis propagatio panditur ad universas ethnicorum gentes, quas idolorum cultus, fraternum odium, morum corruptio ac violentia foedaverant. Haec divina caritas est Cordis Christi eiusque Spiritus pretiosissimum donum; quae Apostolis et Martyribus fortitudinem illam impertiit, qua roborati ad mortem usque, heroum more obitam, celaverunt, ut Evangelii veritatem praedicarent eifusoque sanguine testarentur; quae Ecclesiae Doctoribus studium incensissimum indidit catholicae fidei illustrandae tutandaeque; quae Confessorum virtutes aluit, eosque ad utilissima mirandaque excitavit opera suae ceterorumque saluti aeternae ac temporariae profutura; quae denique Virginibus suasit ut sponte iucundeque sensuum voluptatibus abstinerent, seseque omnino caelestis Sponsi amori consecrarent. Divinae huic caritati celebrandae, quae ex Incarnati Verbi Corde exundans, in omnium credentium animos Sancti Spiritus ope infunditur, gentium Apostolus illum victoriae hymnum edidit, qui Iesu Christi Capitis eiusque mystici corporis membrorum triumphum de iis omnibus praedicaret, quae instaurandum inter homines Divinum amoris Regnum quovis modo praepedirent: « Quis ... nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? ... Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus

[84] IOAN. XIV, 16.
[85] *Col.* IT, 3.

sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro ».[86]

Nihil igitur vetat quominus sacratissimum Iesu Christi Cor adoremus, utpote particeps atque naturale ac significantissimum symbolum inexhaustae illius caritatis, qua Divinus Redemptor noster adhuc flagrat erga hominum genus. Illud siquidem, etsi mortalis huius vitae perturbationibus iam obnoxium non est, vivit tamen ac palpitât, atque indissolubili modo cum Divini Verbi Persona, et in ipsa et per ipsam cum divina voluntate eius coniungitur. Quamobrem, cum Cor Christi redundet divino humanoque amore, et cum omnium gratiarum thesaurorum praedives sit, quos Redemptor noster sua vita, suis cruciatibus suaque morte acquisivit, fons est profecto perennis illius caritatis, quam ipsius Spiritus effundit in omnia mystici sui corporis membra.

Cor igitur Servatoris nostri imaginem quodammodo refert divinae personae Verbi, itemque duplicis naturae, humanae nempe divinaeque; atque in eo considerare possumus non modo symbolum sed etiam veluti summam totius mysterii nostrae Redemptionis. Cum sacratissimum Iesu Christi Cor adoramus, in ipso et per ipsum tum increatum Divini Verbi amorem, tum humanum pariter eius amorem ceterosque affectus atque virtutes adoramus, quandoquidem uterque amor Redemptorem nostrum permovit ad sese pro nobis universaque Ecclesia Sponsa sua immolandum, secundum Apostoli sententiam: « Christus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata ».[87]

[86] *Rom.* VIII, 35. 37-39.
[87] *Eph.* V, 25-27.

Ut Christus dilexit Ecclesiam, ita triplici eo amore, de quo diximus, eam adhuc impensissime ad amat, qui quidem eum quasi advocatum[88] nostrum permovet, ut gratiam nobis et misericordiam conciliet a Patre, « semper vivens ad interpellandum pro nobis ».[89] Preces, quae ex inexhausto eius amore eliciuntur et admoventur ad Patrem intermittuntur numquam. Ut « in diebus carnis suae »,[90] ita nunc in Caelis triumphans, Caelestem Patrem haud minore efficacitate adprecatur; eique, qui « sic dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret; ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam »,[91] Cor suum ostendit vivum, et quasi sauciatum impensioreque aestuans amore, quam cum exanimum Romani militis lancea vulneratum est: « Propterea vulneratum est (Cor tuum), ut per vulnus visibile vulnus amoris invisibile videamus ».[92]

Haud dubium igitur est caelestem Patrem, « qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum »,[93] a tanto Advocato tam vehementi amore rogatum, per eum nullo non tempore uberem demissurum esse in homines universos divinarum gratiarum copiam.

IV

Voluimus, Venerabiles Fratres, per summa lineamenta vobis christianoque populo proponere intimam Sacratissimi Cordis Iesu cultus naturam perennesque divitias, quae ex eo oriuntur, prouti ex doctrina divinitus patefacta, quasi ex primario fonte panduntur. Putamus autem animadversiones has Nostras, quae

[88] Cfr. *I Ioan.* II, 1.
[89] *Hebr.* VII, 25.
[90] *Hebr.* V, 7.
[91] IOAN. III, 16.
[92] S. BONAVENTURA, Opusc. X: *Vitis mystica,* c. III, n. 5; *Opera Omnia.* Ad Claras Aquas (Quaracchi) 1898, tom. VIII, p. 164; cfr. S. THOM., *Sum. Theol,* III, q. 54, a. 4: ed. Leon., tom. XI, 1903. p. 513.
[93] *Rom.* VIII, 32.

Evangelii luce collustratur, in comperto posuisse hunc cultum nihil aliud, ad summam quod pertinet, esse nisi Incarnati Verbi, divini humanique amoris cultum, atque etiam nisi illius amoris cultum, quo caelestis quoque Pater et Spiritus Sanctus peccatores homines prosequuntur ; nam, ut Angelicus docet, Augustae Trinitatis caritas humanae Redemptionis principium *est,* quatenus in humanam Iesu Christi voluntatem, et in adorandum Cor eius uberrime exundans, eum eadem caritate permotum induxit ad suum sanguinem profundendum, ut nos a peccati captivitate redimerei :[94] « Baptismo habeo baptizari, ei quomodo coarctor usquedum perficiatur ».[95]

Persuasum igitur habemus cultum, quo amorem Dei et Iesu Christi erga hominum genus prosequimur per augustum signum transverberati Cordis Redemptoris cruci affixi, numquam fuisse a fidelium pietate plane alienum, quamvis clara luce innotuerit ac miro quodam modo in Ecclesia quoquoversus sit propagatus temporibus a nostris non ita remotis, maxime postquam divinum hoc arcanum Dominus ipse quibusdam filiis suis, supernorum munerum copia donatis, privatim patefecerat, quos etiam nuntios ac praecones eiusdem sibi elegerat.

Re enim vera nullo non tempore fuerunt homines Deo praecipue devoti, qui, Almae Deiparae, Apostolorum, insignium Ecclesiae Patrum exempla secuti, adversus sanctissimam Christi naturam humanam, et praesertim erga vulnera, quibus eius corpus in salutari cruciatuum perpessione fuit dilaceratum, cultum adorationis, gratiarum actionis et amoris adhibuerunt.

Praeterea, nonne verbis ipsis : « Dominus meus, et Deus meus »,[96] quae Thomas Apostolus effatus est, quaeque ex incredulo in fidei sectatorem eum mutatum esse significavere, haud dubia continetur professio fidei, adorationis et amoris, e

[84] **Cfr. *Sum. Theol,* III, q. 48, a. 5: ed. Leon., tom. XI, 1903, p. 467.**

[96] **Luc. XII, 50.**

[96] IOAN. XX, 28.

vulnerata Domini humana natura ad maiestatem divinae Personae emergens?

Quodsi transfixo Servatoris Corde homines semper vehementius sunt adacti ad excolendum infinitum eius amorem, quo mortalium genus complectitur, quandoquidem cuiusvis aetatis christifidelibus verba Zachariae prophetae, a Ioanne Evangelista ad Iesum cruci afrìxum translata, dicta sunt: « Videbunt in quem transfixerunt »,[97] est tamen fatendum non nisi paulatim ac progressione quadam idem Cor peculiaris cultus obsequiis esse ornatum, quasi imaginem amoris humani et divini in Verbo Incarnato insidentis.

Perstringere autem volentibus huiusce cultus insignes quasi gradus per temporum, si pietatem spectes, ordines, statim nomina occurrunt quorundam, qui, hac in re praecipuam famam adepti, tamquam antesignani habendi sunt religionis formae, quae privatim atque pedetemptim in religiosis sodalitatibus magis magisque invalescebat. Ut exempla afferamus, de hoc Sacratissimi Cordis Iesu cultu firmando magisque in dies provehendo bene meruerunt S. Bonaventura, S. Albertus Magnus, S. Gertrudis, S. Catharina Senensis, B. Henricus Suso, S. Petrus Canisius, S. Franciscus Salesius. S. Ioannes Eudes auctor fuit primi officii liturgici, honori Sacratissimi Cordis Iesu celebrandi, cuius quidem sollemne festum, multis Episcopis Galliae probantibus, die xx mensis Octobris anno MDCLXXII primum peractum est. At potissimum profecto locum in iis, qui nobilissimum hoc religionis genus promoverunt, obtinet S. Margarita Maria Alacoque, quae, B. Claudio de la Colombière, pietatis magistro ipsius, adiutricem praebente operam, id, praeclaro studio incensa, est assecuta, ut huiusmodi cultus ratio tot aucta incrementis, non sine magna christifidelium admiratione, constitueretur, atque, amoris et satisfactionis proprietatibus insignis, a ceteris distingueretur pietatis christianae formis.[98]

[97] IOAN. XIX, 37; Cfr. ZACH. XII, 10.

[98] Cfr. Litt. Enc. *Miserentissimus Redemptor: A. A. 8.* XX, 1928, pp. 167-168.

Satis est hanc memoriam illius aetatis, qua hic Sacratissimi Cordis Iesu cultus augescebat, repetere, ut plane intellegamus mirabilem eius progressionem esse ex eo profectam quod cum natura christianae religionis omnino congrueret, quippe quae esset religio amoris. Cultum ergo huiusmodi non inde exordium sumpsisse dicendum est, quod a Deo sit privatim patefactus, neque repente in Ecclesia exstitisse; sed e fide vivida fervidaque sponte effioruisse pietate, qua homines, supernis cumulati muneribus, in adorandum Redemptorem et gloriosa eius vulnera erant affecti, immensi amoris eiusdem quasi testimonia perfringentia animos quam maxime. Proinde, ut patet, ea, quae S. Margaritae Mariae revelata sunt, nihil novi doctrinae catholicae attulerunt. Earum autem momentum in eo est, quod Christus Dominus — Sacratissimum Cor suum ostendens — modo extraordinario et singulari mentes hominum ad mysterium amoris misericordissimi Dei erga genus humanum contemplandum colendumque advocare voluit. Hac siquidem peculiari manifestatione Christus Cor suum expressis ac repetitis verbis indicavit tamquam symbolum, quo homines ad cognitionem et agnitionem amoris sui allicerentur; simulque tamquam signum et pignus constituit misericordiae et gratiae pro Ecclesiae necessitatibus nostrorum temporum.

Praeterea hunc cultum ex ipsis christianae doctrinae dimanare principiis, eo aperte demonstratur, quod Sedes Apostolica prius approbavit hoc sollemne liturgicum quam scripta S. Margaritae Mariae; nam, non proprie rationem habens privatae cuiusvis patef actionis divinitus patratae, sed fidelium votis benigne obsecundans, Sacrum Consilium religionis ritibus praepositum, decreto die xxv mensis Ianuarii anno MDCCLXV lato, et a Decessore Nostro Clemente XIII die vi mensis Februarii eiusdem anni approbato, Episcopis Polonis et Romanae Archiconfraternitati a Sacratissimo Corde Iesu, quae vocatur, festum liturgicum concessit celebrandum; quod quidem Apostolica Sedes eo consilio fecit ut hoc modo ampliaretur cultus iam

exsistens ac vigens, cuius esset « symbolice renovare memoriam illius divini amoris »,[99] quo Servator noster impulsus est ut victimam se praeberet hominum crimina expiantem.

Primam vero hanc approbationem, privilegii nomine factam certisque arctatam finibus, altera post unum fere saeculum est subsecuta, longe maioris momenti ac sollemnioribus concepta verbis. Decretum dicimus, ut supra memoravimus, a Sacro Consilio religionis ritibus tuendis die xxin mensis Augusti anno MDCccLvi editum, quo Decessor Noster imm. mem. Pius IX, preces Episcoporum Galliae et universi fere nominis Catholici admittens, festum Sacratissimi Cordis Iesu ad totam pertinere iussit Ecclesiam, ab eaque rite celebrari mandavit.[100] Quod factum non immerito sempiternae est christifidelium memoriae commendandum, nam, quemadmodum in liturgia eiusdem sollemnis scriptum videmus : « Exinde cultus Sacratissimi Cordis quasi flumen exundans, proluti s impedimentis omnibus, per totum se orbem effudit ».

Ex iis, quae hactenus, Venerabiles Fratres, exposuimus, perspicue patet e divinis litteris, ex doctrina a maioribus tradita, e sacra liturgia, quasi e liquido altoque fonte, fidelibus repetendum esse cultum Sacratissimi Cordis Iesu, si in intimam eius naturam cupiant penetrare, eamque pie meditantes, pabulum accipere ad alendum augendumque religionis ardorem. Quodsi cultus hic assidue, mente illuminata altiusque perspiciente exerceatur, fieri non potest quin animus fidelis ad suavem illam cognitionem caritatis Christi perveniat, quae summam efficit vitae christianae, ut Apostolus, de se ipso expertus, docet : « Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi ... ut det vobis secundum divitias gloriae suae virtute corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem; Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in caritate

[99] **Cfr. A. GAKDELLINI, *Decreta authentica,* 1857, n. 4579, tom. III, p. 174.**

[100] **Cfr. *Decr. 8. C. Bit,* apud N. NILLES, *De rationibus festorum Sacratissimi Cordis Iesu et purissimi Cordis Mariae,* 5ª ed., Innsbruck, 1885, tom. I. p. 167.**

radicati et fundati; ut possitis ... scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei ».[101] Cuius omnia complectentis plenitudinis Dei clarissima imago est ipsum Cor Christi Iesu: plenitudinem dicimus misericordiae, quae propria est Novi Testamenti, in quo « benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei »,[102] nam: « Non misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum ».[103]

Ecclesiae igitur, hominum magistrae, semper fuit persuasum, ex quo priora de cultu Sacratissimi Cordis Iesu legitima edidit documenta, primarias huius rationes, hoc est actus amoris et satisfactionis, quibus munitus amor Dei erga mortalium genus colatur, minime esse *materialismi,* qui dicitur, et superstitionis veneno infectas, sed eundem cultum esse formam pietatis, quo plane perficiatur religio ad animum attinens et vera omnino, quam ipse Servator, mulierem Samaritanam allocutus, praenuntiavit: **a** Venit hora, et nunc est, quando veri ador atores ador abunt Patrem in spiritu et veritate. Nam et Pater tales quaerit, qui adorent eum. Spiritus est Deus; et eos, qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare ».[104]

Nefas igitur est asserere contemplationem physici Cordis Iesu impedire quominus ad intimum Dei amorem perveniatur, et animum in via, qua ad summas proficiat virtutes, remorari. Quam falsam mysticam doctrinam Ecclesia omnino reicit, quemadmodum, per Decessorem Nostrum fel. rec. Innocentium XI locuta, commenta respuit eorum, qui ista effutiebant: « Nec debent (animae huius viae internae) elicere actus amoris erga beatam Virginem, Sanctos aut humanitatem Christi : quia, cum ista obiecta sensibilia sint, talis est amor erga illa. Nulla crea-

[101] *Eph,.* III, 14. 16-19.
[102] *TU.* III, 4.
[103] IOAN. III, 17.
[104] IOAN. IV, 23-24.

tura, nec beata Virgo nec Sancti sedere debent in nostro corde : quia solus Deus vult illud occupare et possidere ».[105] Qui ita sentiunt, eos liquet opinari imaginem Cordis Christi nihil altius significare quam eius sensibilem amorem, atque adeo non esse huiusmodi ut in ea, quasi in novo fundamento, innitatur cultus latriae, qui solum ad id pertinet, quod suapte natura est divinum. At hanc sacras imagines interpretandi rationem omnino falsam esse non est quin videat, cum latius patens earundem significatio nimis arctis finibus circumscribatur. Contra atque hi, sentiunt docentque theologi catholici, e quibus S. Thomas haec scribit : « Imaginibus non exhibetur religionis cultus, secundum quod in seipsis considerantur, quasi res quaedam : sed secundum quod sunt imagines ducentes in Deum incarnatum. Motus autem qui est in imaginem, prout est imago, non sistit in ipsa, sed tendit in id cuius est imago. Et ideo ex hoc quod imaginibus Christi exhibetur religionis cultus, non diversificatur ratio latriae, nec virtus religionis ».[106] Ad ipsam igitur Verbi Incarnati Personam, ut ad finem, dirigitur cultus qui, comparate sane aestimandus, imaginibus adhibetur, sive reliquiae sunt ad acerba, quae Servator nostra causa pertulit, tormenta pertinentes, sive simulacrum ipsum, vi atque significatione cetera superans omnia, scilicet transverberatum Cor Christi in crucem acti.

Itaque a re corporali, quae est Cor Christi Iesu, eiusque naturali significatione nobis licet addecetque nos, christiana fide suffultos, ascendere non solum ad contemplandum eius amorem, qui sensibus percipiatur, sed altius etiam ad considerandum et adorandum celsissimum amorem infusum; ac denique, suavi pariter et sublimi quodam animi cursu, ad meditandum et adorandum Amorem divinum Verbi Incarnati; quandoquidem e fide, qua credimus utramque naturam, huma,-

[105] INNOCENTIUS XI, **Constit. Ap.** ***Coelestis Pastor,*** **19 Novembris 1687;** ***Bullarium Romanum,*** **Romae, 1734, tom.** VIII, **p. 443.**

[106] ***Sum. Theol.,*** II-II, **q. 81 a. 3 ad Z™: ed. Leon., tom.** IX, **1897, p. 180.**

nam ac divinam, in Persona Christi esse unitam, mente concipere possumus necessitudines illas arctissimas quae inter sensibilem amorem physici Cordis Iesu intercedunt et duplicem amorem, spiritualem quidem, humanum scilicet ac divinum. Hi enim amores non tantum una simul exsistentes dicendi sunt in adorabili Persona Divini Redemptoris, sed etiam inter se naturali nexu coniuncti, quatenus divino humanus sensibilisque subiciuntur, atque illius analogicam similitudinem referunt. Non autem contendimus Cor Iesu ita esse intellegendum ut in eo habeatur et adoretur imago formalis, quae dicitur, seu signum perfectum et absolutum eius amoris divini, cum intima huius essentia nullo modo adaequari possit quavis creata imagine; sed christifidelis, Cor Iesu excolens, una cum Ecclesia signum adorat et quasi vestigium Caritatis divinae, quae eo progressa est ut etiam Corde Verbi Incarnati hominum genus adamaret tot flagitiis contaminatum

Necesse est ergo ut in hoc doctrinae capite tanti momenti tantaeque prudentiae unusquisque animo semper teneat veritatem naturalis symboli, quo physicum Cor Iesu ad Personam Verbi refertur, totam niti in veritate primaria hypostaticae unionis; si quis autem verum esse hoc negaverit, falsas opiniones, ab Ecclesia non semel reiectas, instauret, utpote quae uni Personae in Christo, utraque tamen natura distincta manente et integra, adversentur.

Qua praecipua veritate constituta, mente percipimus Cor Iesu esse cor personae divinae, hoc est Verbi Incarnati, atque adeo eo repraesentari et quasi sub oculos subici totum amorem, quo nosmet est complexus et etiamnum complectitur. Quam ipsam ob causam tantum est cultui Sacratissimi Cordis tribuendum ut existimetur absolutissima, si usum et exercitationem spectes, professio christianae religionis. Haec enim est religio Iesu, quae tota posita est in Mediatore homine ac Deo; ita ut ad Cor Dei perveniri nequeat nisi per Cor Christi, quemadmodum ipse ait: « Ego sum via, et veritas, et vita. Nemo venit ad Pá-

trem, nisi per me ».[107] Quae cum ita sint, facile colligimus cultum Sacratissimi Cordis Iesu, ad ipsam rei naturam quod attinet, esse cultum amoris, quo Deus per Iesum nos dilexit, ac simul nostri exercitationem amoris, quo in Deum et in ceteros ferimur homines; vel, ut aliis utamur verbis, huiusmodi cultus in amorem Dei erga nos intenditur , in eum nempe qui adoretur, cui gratiae agantur, cuius ad imitationem vivatur : eoque spectat, tamquam ad finem assequendum, ut amorem, quo Deo ceterisque devincimur hominibus, ad perfectionem absolutionemque perducamus, alacrius in dies exsequendo mandatum *novum,* quod Divinus Magister Apostolis quasi sacram hereditatem dedit, cum diceret : « Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. ... Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos ».[108] Quod mandatum reapse *novum* est et Christi *proprium,* nam, ut ait Aquinas : « Brevis differentia Novi et Veteris Testamenti; ut enim dicit Ieremias: " Feriam domui Israel foedus novum ".[109] Quod autem mandatum istud in Veteri Testamento ex timore et amore sancto erat, pertinebat ad Novum Testamentum: unde hoc mandatum erat in veteri lege, non tamquam proprium eius, sed ut praeparativum novae legis »[110]

V

Antequam scribendi finem facimus de germana huiusmodi cultus ratione eiusque christiana praestantia, quas hactenus vobis considerandas proposuimus — pulcherrimas sane ac solacii plenas — Nos, Apostolici muneris conscientia ducti, quod quidem primum Beato Petro concreditum est post triplicem in Christum Dominum amoris professionem peractam, opportu-

[107] IOAN. XIV, 6.

[108] IOAN. XIII, 34; XV, 12.

[109] IER. XXXI, 31.

[110] *Comment. in Evang. S. Ioann.,* c. XIII, lect. VII, 3, ed. Parmae, 1860, tom. X, p. 541.

num ducimus vos iterum, Venerabiles Fratres, ac per vos universos quotquot in Christo habemus dilectissimos filios adhortari, ut contentiore usque studio suavissimam hanc religionis formam promovere studeatis; hinc enim nostris etiam temporibus utilitates plurimas orituras esse confidimus.

Re quidem vera, si allata argumenta, quibus transfixi Cordis Iesu cultus innititur, rite perpenduntur, omnibus profecto perspicuum est, heic non de communi pietatis forma agi, quam cuilibet ad arbitrium liceat ceteris posthabere aut parvipendere, sed de religionis obsequio, quod ad christianam adipiscendam perfectionem quam maxime conducat. Nam si « devotio — secundum ipsam theologicam eamque communem notionem, quam Doctor Angelicus tradit — nihil aliud esse videtur quam voluntas quaedam prompte tradendi se ad ea quae pertinent ad Dei famulatum » , [m] num Dei famulatus magis debitus ac necessarius esse potest, itemque nobilior ac suavior, quam qui amori valeat inserviret Quid vero Deo gratius acceptiusque famulatu illo, qui divinae caritati obsequatur, quique amoris causa ipsi praestetur, quandoquidem quodlibet servitium ultro exhibitum quodammodo donum est, atque amor « habet rationem primi doni, per quod omnia dona gratuita donantur».?[112] Summo igitur in honore habenda est ea religionis forma, cuius ope homo magis Deum colit ac diligit, seseque facilius atque expeditius divinae devovet caritati; et quam ipse Redemptor noster proponere christianoque populo commendare dignatus est, itemque Summi Pontifices memorandis editis documentis tutati sunt magnisque laudibus exornarunt. Quamobrem temerariam ac detrimentosam rem egerit Deumque ipsum offenderit quisquis insigne hoc a Iesu Christo Ecclesiae datum beneficium parvi existimaverit.

Quae cum ita sint, haud dubium est quin christifideles, sacratissimo Redemptoris Cordi obsequium tribuentes, officio

. [111] *Sum. Theol,* **II-II, q. 82, a. 1: ed. Leon., tom. IX, 1897, p. 187.**
[112] *Ibid.* **I, q. 38, a. 2: ed. Leon., tom. IV, 1888, p. 393.**

obtempèrent; sane gravissimo, quo Deo servire tenentur^ ac simul Creatori Redemptorique se suaque omnia addicant, sive quae intime sentiunt, sive quae in vitae actione operantur, pareantque hoc modo divino illi mandato : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et ex tota virtute tua ».[113] Iisdem praeterea firma certitudo est, se ad Deum colendum non ob privatum commodum praecipue permoveri, quod corpus vel animum, praesentem vel aeternam vitam respiciat, sed ob ipsius Dei bonitatem, cui obsequium praestare contendunt, eum redamando, adorando, eidemque debitas persolvendo grates. Nisi ita sit* cultus Sacratissimi Cordis Iesu germanae christianae religionis indoli minime congruat, cum homo huiusmodi obsequio non divinum amorem praesertim colat; atque adeo haud immerito uti aliquando fieri solet, de nimio sui ipsius amore ac sollicitudine arguuntur, qui nobilissimum hoc pietatis genus perperam intellegunt aut minus recte in usum deducunt. Quamobrem firmiter omnes persuasum habeant, in cultu augustissimo Cordi Iesu exhibendo, non externa pietatis opera primas potioresque habere partes, nec causam potissimum ex beneficiis esse petendam, quae Christus Dominus idcirco privatis pollicitationibus spopondit, ut homines praecipua catholicae religionis officia, amoris nempe atque expiationis, ferventiore studio persolverent, atque ita suo etiam ipsorum spirituali emolumento quam maxime consulerent.

Itaque, ad istiusmodi devotionis formam alacriter amplectendam, universos Nostros compellimus in Christo filios, sive qui defluentes ex Redemptoris Corde salutares aquas haurire iam assuescunt, sive praesertim qui spectatorum more curioso dubi tan tique animo eminus adspiciunt. Sedulo iidem considerent de cultu agi, ut iam diximus, qui in Ecclesia iam diu invaluit, ipsisque Evangelicis Litteris solide innititur; cui doctrina

t» MAKC. XII, 30; MATTH. XXII, 37.

a maioribus tradita sacraque Liturgia aperte favent, et quem Romani ipsi Pontifices innumeris amplissimasque laudibus extulerunt; qui quidem non satis habuerunt festum in honorem augustissimi Redemptoris Cordis instituere et ad universam Ecclesiam pertinere, verum etiam auctores fuerunt qui eidem Sacratissimo Cordi universum humanum genus sollemni ritu dicarent ac devoverent.[114] Accedunt denique uberes laetissimique fructus exinde in Ecclesiam derivati, hoc est innumeri ad christianam religionem reditus, multorum fides vividius excitata, arctior christifidelium cum amantissimo Redemptore nostro coniunctio: quae omnia hisce potissimum novissimis decenniis crebrioribus luculentioribusque significationibus ante oculos prodiere.

Dum mirandum huiusmodi circumspicimus spectaculum, pietatem scilicet erga Sacratissimum Cor Iesu tam late apud omnes christifidelium ordines propagatam atque incensam, grato sane iucundoque perfundimur consolationis sensu; ac postquam debitas persolvimus Redemptori nostro grates, qui bonitatis infìnitus est thesaurus, facere non possumus quin iis omnibus paterno animo gratulemur qui sive e clero, sive ex laicorum ordine in hunc promovendum cultum actuosam suam contulerunt operam.

Quamquam vero, Venerabiles Fratres, pietas in Sanctissimum Cor Iesu salutares ubique peperit christianae vitae fructus, neminem tamen fugit, militantem in terris Ecclesiam, ac praesertim civilem hominum consortionem, nondum plenam illam attigisse absolutamque perfectionis formam, quae Iesu Christi, Mystici Ecclesiae Sponsi humanique generis Redemptoris, votis optatisque respondeat. Haud pauci enim Ecclesiae filii huius matris vultum, quem in se ipsi referunt, nimiis maculis, nimiis rugis deturpant; non omnes christifideles ea morum

[114] **Cfr. LEO XIII, Enc. *Annum Sacrum: Acta Leonis,* vol. XIX, 1900, p. 71 sq.; *Decr. S. O. Rituum,* 28 Iun. 1899, in *Decr. Auth.* III, n. 3712; Pius XI, Enc. *Miserentissimus Redemptor: A. A. S.* 1928, p. 177 sq.; *Decr. S. G. Rit.,* 29 Ian. 1929: *A. A. S.* XXT, 1929, p. 77.**

sanctitudine nitent, ad quam divinitus vocantur; peccatores in male relictam Patris domum non omnes sunt reversi, ut inibi denuo *stolam primam*[115] induant atque anulum, fidei erga animi sui sponsum insigne, digito recipiant; non omnes ethnici homines inter membra Mystici Corporis Christi adhuc sunt cooptati. Nec satis. Nam si acerbo Nos afficit dolore languescens bonorum fides, quorum in animis, fallaci terrestrium rerum cupiditate deceptis, divinae caritatis ardor defervet, ac pedetemptim restinguitur, multo vehementius excruciant impiorum hominum molimina, qui, veluti ab inferno hoste excitati, nunc cum maxime, implacabili apertoque odio flagrant in Deum, in Ecclesiam, ac praesertim in Eum qui in terris Divini Redemptoris personam gerit, eiusque erga homines caritatem repraesentat, secundum vulgatissimam illam Mediolanensis Doctoris sententiam « is enim interrogata de quo dubitatur, sed Dominus non dubitat qui [Petrum] interrogat, non ut disceret, sed ut doceret quem elevandus in caelum, *amoris sui nobis vicarium relinquebat* ».[116]

Re quidem vera odium in Deum in eosque qui Dei vice legitime funguntur, eiusmodi delictum est, quo maius numquam patrare possit homo, ad Dei imaginem et similitudinem creatus, necnon ad eius perfruendam amicitiam perfectam perpetuoque in caelo mansuram destinatus; siquidem odio in Deum quam maxime a Summo Bono homo disiungitur, eodemque impellitur ad respuendum a seipso a suisque proximis quidquid a Deo proficiscitur, quidquid cum Deo coniungit, quidquid ad Deum perfruendum perducit, hoc est veritatem, virtutem, pacem, iustitiam.[117]

Cum igitur, pro dolor, cernere sit, eorum numerum, qui aeterni Numinis hostes se iactant, alicubi crebrescere, itemque commenticia *materialismi* placita re et opinione propagari,

i" Luc. XV, 22.

"' *Exposit. in Evang. sec. Lucam,* 1. X, n. 175: P. *L.* XV, 1942.

117 Cfr. S. THOM., *Sum. Theol.,* II-II, q. 34, a. 2: ed. Leon., tom. VIII, 1895, p. 274.

efirenamque cupiditatum licentiam passim: extolli, quid mirum *si* multorum in animis deferveat caritas, quae christianae religionis suprema lex est, quae *verae perfeetaeque iustitiae fundamentum exstat firmissimum et quae pacis castarumque deliciarum fons est praecipuus? Etenim, ut Servator noster admonuit: «Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum ».[118]

Tot maiorum oblato conspectu, quae, si alias umquam, hodie potissimum singulos homines, domesticos convictus, nationes, universumque terrarum orbem tam acriter perturbant, undenam est, Venerabiles Fratres, medicina quaerenda? Num pietatis forma inveniri potest, quae augustissimo Cordis Iesu cultu praestantior sit, quae congruentius respondeat propriae catholicae fidei indoli, quae aptius hodiernis Ecclesiae atque humani generis necessitatibus succurrat? Quodnam religionis obsequium hoc nobilius, suavius, salubrius, quandoquidem cultus, de quo agitur, totus in ipsam Dei caritatem[119] dirigitur? Denique quid eûîcacius caritate Christi — quam pietas erga Sacratissimum Cor Iesu cotidie magis auget et fovet — christifideles permovere potest ad evangelicam legem in vitae actionem reapse deducendam, qua quidem posthabita, ut praeclare monent Spiritus Sancti verba: « Opus iustitiae pax »,[120] haudquaquam veri nominis pacem inter homines haberi licet?

Quapropter, proximi Decessoris Nostri exemplum secuti, universis Nostris in Christo filiis perplacet iterum illa monitoria adhibere verba, quibus Leo XIII, imm. mem., ad exitum vergente superiore saeculo, christifideles omnes allocutus est, itemque quotquot de sua ipsorum deque civilis societatis salute sincero animo sunt solliciti: « En alterum hodie oblatum oculis auspicatissimum divinissimumque signum: videlicet Cor Iesu •sacratissimum ... splendidissimo candore inter flammas elucens.

us MATTH. XXIV, 12.

[119] Cfr. Enc. *Miserentissimus Redemptor: A. A. S.,* XX, 1928, p. 166.

[120] Is. XXXII, 17.

In eo omnes collocandae spes: ex eo hominum petenda atque exspectanda salus ».[12]-

Flagrantissimis quoque Nostris in optatis est, ut devotionis obsequium erga Cor Iesu tamquam unitatis, salutis, pacis vexillum sibi habeant et fontem omnes qui christiano gloriantur nomine, quique ad Regnum Christi in orbe stabiliendum operose decertant. Attamen ne quis putet, huiusmodi obsequio aliquid, ex ceteris detrahi religionis formis, quibus populus christianus, Ecclesia duce, divinum prosequitur Redemptorem. Sed contra incensa erga Cor Iesu pietas cultum praesertim sacratissimae Crucis, necnon amorem erga augustissimum altaris Sacramentum procul dubio, fovebit et provehet. Enimvero asserere possumus ***-r-*** quod quidem ea, quae S. Gertrudi ac S. Margaritae Mariae a Iesu Christo revelata sunt, mirabili modo illustrant — neminem umquam de Iesu Christo cruci affixo apta prorsus ratione sentire, nisi cui mystica ipsius Cordis penetralia patuerint. Nec facile percipere erit vim amoris, quo Christus compulsus nobis se ipse exhibuit spirituale alimentum, nisi peculiari modo Eucharistici Cordis Iesu cultum fovendo, cuius est recolere, ut verbis utamur Decessoris Nostri fel. rec. Leonis XIII, « supremae dilectionis actum quo Redemptor Noster omnes Cordis sui divitias offundens, ut nobiscum ad exitum usque saeculorum moram ageret, adorabile instituit Eucharistiae Sacramentum ».[122] Etenim « non minima eius Cordis particula est Eucharistia, quam nobis ex tanta Cordis sui dedit caritate ».[323]

Denique, desiderio vehementer permoti firma opponendi repagula impiis osorum Dei et Ecclesiae machinationibus, itemque domesticam et civilem societatem ad Dei proximorumque amo-

[121] Enc. *Annum Sacrum: Acta Leonis,* vol. XIX, 1900, p. 79; Enc. *Miserentissimus Redemptor: A. A. S.,* XX, 1928, p. 167.

[122] *Litt. Apost, quibus Archisodalitas a Corde Eucharistico Iesu ad S. Ioachim de Urbe erigitur,* 17 Febr. 1903: *Acta Leonis,* vol. XXII, 1903, p. 307 sq.; cfr. Enc. *Mirae caritatis,* 22 Maii 1902: *Acta Leonis,* vol. XXII, 1903, p. 116.

[123] S. ALBERTUS M., *De Eucharistia,* dist. VI, tr. 1, c. 1: *Opera Omnia,* ed. Borgnet, vol. XXXVIII, Parisiis, 1890, p. 358.

rem iterum adducendi, asseverare non dubitamus, cultum Sacratissimi Cordis Iesu efficacissimam divinae caritatis disciplinam esse; divinam caritatem dicimus^ qua nitatur oportet Regnum Dei in singulorum animis, in domestico convictu, in nationibus stabiliendum, quemadmodum idem Decessor Noster piae mem. sapientissime monet: « Iesu Christi regnum a divina caritate vim et formam sumit : diligere sancte atque ordine, eius est fundamentum et summa. Ex quo illa necessario fluunt, officia inviolate servare : nihil alteri de iure detrahere : humana caelestibus inferiora ducere: amorem Dei rebus omnibus anteponere ».[124]

Quo vero ex cultu erga augustissimum Cor Iesu in christianam familiam, imo et in omne genus hominum copiosior a emolumenta fluant, curent christifideles, ut eidem cultus etiam erga Immaculatum Dei Genetricis Cor arcte copuletur. Cum enim ex Dei voluntate in humanae Redemptionis peragendo opere Beatissima Virgo Maria cum Christo fuerit indivulse coniuncta, adeo ut ex Iesu Christi caritate eiusque cruciatibus cum amore doloribusque ipsius Matris intime consociatis sit nostra salus profecta, congruit omnino ut a christiano populo, quippe qui a Christo per Mariam divinam vitam sit adeptus, post debita erga Sacratissimum Cor Iesu exhibita obsequia, etiam Cordi amantissimo caelestis Matris adiuncta pietatis, amoris, grati expiantisque animi studia praestentur. Cui quidem sapientissimo suavissimoque Dei Providentis consilio omnino concinit memorandus ille consecrationis ritus, quo Ipsimet Ecclesiam sanctam itemque universum terrarum orbem Intaminato Cordi Beatae Mariae Virginis sollemniter dicavimus ac devovimus.[125]

Cum autem hoc volvente anno, ut supra attigimus, feliciter primum expleatur saeculum ex quo iussu Decessoris Nostri fel. rec. Pii IX festum Sacratissimi Cordis Iesu in universa celebratur Ecclesia, vehementer cupimus, Venerabiles Fratres, ut

[124] Enc. *Tametsi: Acta Leonis,* vol. XX, 1900, p. 303.
[125] Cfr. *A. A. S.* XXXIV, 1942, p. 345 sq.

saecularis huiusmodi memoria a christiano populo publicis adorationis, gratiarum actionis, expiationisque obsequiis divino Cordi Iesu exhibendis ubique sollemniter agatur. Quae quidem christianae laetitiae christianaeque pietatis sollemnia peculiarissimo religionis ardore profecto celebrabuntur — coniunctis quidem cum christifidelium omnium caritatis vinculis communibusque precibus — in Natione illa, ex qua, non sine Dei nutu, sancta virgo huius cultus fautrix ac praeco indefatigabilis ortum duxit.

Interea suavissima recreati spe, atque animo iam illos praecipientes spirituales fructus, quos ex cultu sacratissimi Cordis Iesu — si quidem recta, quam proposuimus, ratione intellegatur, atque ad rem actuosa opera deducatur — affluenter in Ecclesia orituros confidimus, supplices admovemus Deo preces, ut hisce flagrantissimis votis Nostris valido gratiarum suarum praesidio benignus obsecundet; idque, divino adspirante Numine, auspicato contingat, ut ex statis huius anni celebrationibus pia christifidelium erga Sacratissimum Cor Iesu voluntas maiora in dies incrementa capiat, latiusque in terrarum orbe universo pateat omnibus suavissimum eius imperium et regnum: regnum nempe « veritatis et vitae; regnum sanctitatis et gratiae; regnum iustitiae, amoris et pacis ».[126]

Horum autem munerum in auspicium, cum vobis singulis, Venerabiles Fratres, tum clero populoque curis vestris concreditis, iis nominatim qui dedita opera Sacratissimi Cordis Iesu cultum fovent ac provehunt, Apostolicam Benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xv mensis Maii, anno MDCCCCLVI, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

[126] **Ex Miss. Rom.,** ***Praef. Iesu Christi Regis.***

CONSTITUTIO APOSTOLICA

PRINCIPIA DANTUR ET STATUTA GENERALIA PROBANTUR, QUIBUS INFORMARI REGIQUE DEBENT II QUI VOCATI SUNT AD STATUM ACQUIRENDAE RELIGIOSAE PERFECTIONIS AMPLECTENDUM EORUMQUE EDUCATORES.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sedes sapientiae, Dei scientiarum Domini[1] Genetrix Apostolorumque Regina,[2] sanctissima Virgo Maria, cuius venerationi integrum annum sacrum dicavimus, haud perperam Mater et Magistra peculiari ratione eorum omnium habetur, qui acquirendae perfectionis status amplectentes, apostolicam simul Christi summi Sacerdotis militiam agere contendunt. Huic enim tantae tamque excelsae vocationi religiosae scilicet simulque sacerdotali et apostolicae, instituendae et conformandae ut efficaciter incumbant, illius ductu et auxilio summopere egent, quae gratiarum omnium ad sanctificationem spectantium Mediatrix constituta est et catholici sacerdotii atque apostolatus Mater et Regina merito appellatur; cuius proinde favorem enixe imploramus, ut quae Nobis in hisce normis statuendis superni luminis Conciliatrix affuit, ipsa illis, quibus easdem ad effectum deducendi munus incumbet, patrocinio suo, Auxiliatrix adsistat.

I

Maximo enim Dei Providentis beneficio factum est, ut iugiter decursu saeculorum Christus Eedemptor animis a se praedilectis, interiore ac quasi mystico sermone, invitamentum illud inspiraverit, quod iam voce viva adolescenti de vita aeterna interroganti porrexerat : *veni, sequere me.*[3] Continuo pariter non paucos ex his qui verbum istud, Deo dante, exceperint, atque non secus ac sancti Apostoli illud professi sunt: *ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te*[4] Dominus'noster

[1] Cfr. i Reg. 2, 3.
[2] Ex Litan. Lauret.
[3] MT, 19, 21.
[4] MT. 19, 27.

hominum fecit *piscatores f* et *operarios* [6] sibi delegit *in messem suam* mittendo;

Quod non minus hodie contingit atque olim, cum in dies frequentior ac penitior evaserit coniunctio statuum acquirendae perfectionis cum dignitate sacerdotali et munere apostolico. Etenim, dum antiquitus Monachi plerumque sacerdotio carebant et pauci inter eos ad illud suscipiendum quasi necessitate compulsi, ut populi scilicet ad christianam religionem converterentur, a propria Eegula fere distrahebantur, dumque postea Mendicantes, etsi mirabili spiritu apostolico imbuti ad Sacerdotium non omnes Regula adigebantur, ipso sancto Patre Assisiensi eo minime aucto ; Canonici Regulares e contrario et praecipue Clerici item Regulares, ex speciali divinitus accepta vocatione sacros Ordines recipiebant atque exercebant. Quod deinde innumerae imitatae sunt Congregationes et Societates vitae communis eodem titulo clericales. Quibus nunc accedunt, Deo semper singularum aetatum necessitatibus providente, nonnulla Instituta saecularia eademque clericalia.

Praeterea, in praesens apud ipsos quoque antiquiores Ecclesiae Latinae Ordines, non formaliter laicos nuncupatos,[7] sodales omnes, iis exceptis qui coadiutores dicuntur seu conversi, sacerdotio destinantur, quod ceterum omnino requiritur in eis qui eorumdem Ordinum regimen assumunt.

Quapropter temporibus nostris turba magna fruitur Ecclesia ministrorum, qui simul et perfectioni ope evangelicorum consiliorum acquirendae et sacerdotalibus muneribus adimplendis incumbunt. Quorum virorum multitudo clerum constituit qui religiosus dicitur, iuxta quidem eum qui saecularis seu dioecesanus appellatur, utrisque autem fraterna vigentibus ac florentibus aemulatione mutuoque fecundo auxilio, sub una eademque suprema Romani Pontificis auctoritate, incolumi sane Episcoporum potestate.

Iam vero omnibus compertum est clerum illum religiosum, ut duplicem proprium finem rite et secure assequatur, sapientissimis normis indigere, quibus eiusdem institutio ac conformatio sive religiosa sive clericalis et apostolica regatur et promoveatur.

Cui quidem necessitati hucusque magnopere satisfaciunt singularum sodalitatum constitutiones seu statuta de iuvenibus instituendis aut de studiorum ratione moderanda; nec certe desunt hac de re S. Sedis

* MT. 4, 19.
* MT. 9, 38.
[7] Cfr. *C. I. C.* can. 488 4°.

praescripta et commendationes. Nihilo tamen minus iamdiu desiderantur ordinationes generales, rite coordinatae et magis completae, Auctoritate Apostolica fultae, ab omnibus et ubique servandae, ut tantum negotium, quod animarum boni summopere interest, in tuto collocetur ac perpetuo et congruo conatu feliciter evolvatur ac perficiatur.

Opus enim tam praecellens constantem ipsius Apostolicae Sedis vigilantiam requirit; quandoquidem, non secus ac scholae clericales dioecesanae, utpote publica in Ecclesia instituta, sub huius actuosa cura et iugi moderatione, per Sacram Congregationem Seminariis Studiorumque Universitatibus praepositum, exstant,[8] eodem modo eodemque titulo propriae statum perfectionis scholae ab Ecclesia recognitae atque sancitae, publicae sunt, ac subsunt auctoritati Sacrae Congregationis Religiosorum Sodalium negotiis praepositae.[9]

Quas ob plures rationes iam anno **MCMXXXXIV** in Sacrae huius Congregationis sinu Auctoritate Nostra Apostolica ratam habuimus « erectionem atque constitutionem... specialis Coetus seu Commissionis virorum idoneorum, quae omnes quaestiones ac negotia quavis ratione ad adspirantium et novitiorum iuniorumque sodalium cuiuslibet religionis ac societatis vitam communem viventium sine votis, religiosam et clericalem educationem atque in litteris scientiisque et ministeriis institutionem spectantia pertractet ».[10]

Qui coetus ex diversarum quidem Religionum nationumque viris peritis constans, inspectis cunctis quae iam exstabant documentis ad rem pertinentibus, collectisque undique notitiis ad normam Litterarum Circularium ad omnes Supremos Moderatores datarum,[11] opus ingens iam extruxerat, cum indictus est Congressus generalis statuum perfectionis anni **MCML.** Variis postea opportunis propositionibus in eodem prolatis usus, schemata iam parata ad trutinam revocavit et expolivit, quae denique Nostrae submissa sunt adprobationi.

Nunc igitur non pauca edicimus Statuta, praemissis tamen quibusdam fundamentalibus principiis et normis de religiosa, clericali atque apostolica alumnorum institutione et formatione, semper et ab omnibus prae oculis habendis.

[8] **Cfr. C. /. C. can. 256.**

[9] **Cfr. *C. I. C.* can. 251 ; Pius XII, Const. Ap. *Provida Mater,* art. IV § 1, 2 febr. 1947, *A. A. S.* 39 (1947), 121 *(Enchiridion de statibus perfectionis,* Romae, 1949, n. 387, p. 584).**

[10] **S. C. de Religiosis, Decr. *Quo efficacius,* 24 ian. 1944, *A. A. S.* 36 (1944), 213 *(Enchiridion,* n. 381, pag. 560).**

[11] **S. C. de Religiosis, Litt. circ. *Quantum conferat,* 10 iun. 1944 *(Enchiridion,* n. 382, p. 561-564).**

II

Et primo quidem totius vitae sive religiosae, sive sacerdotalis et apostolicae fundamentum, quod divina vocatio appellatur, duplici veluti essentiali elemento constitui neminem ignorare volumus, divino scilicet altero, altero autem ecclesiastico. Ad primum vero quod attinet, Dei vocatio ad statum sive religiosum sive sacerdotalem ineundum tam necessaria dicenda est, ut si deficiat, ipsum fundamentum, quo totum nitatur aedificium, deficere dici debeat.

Quem enim Deus non vocat, gratia eius non movet nec adiuvat. Ceteroquin, si vera ad quemlibet statum vocatio eatenus divina quodammodo dicenda est, quatenus omnium statuum omniumque sive naturalium sive supernaturalium dispositionum donorumque principalis auctor ipse est Deus; quanto magis dici et esse debet religiosa et sacerdotalis vocatio, quippe quae tam sublimi fulgeat celsitudine, tot tantisque naturalibus et supernaturalibus ornamentis cumuletur, ut nonnisi a *Patre luminum,* a quo *omne datum optimum et omne donum perfectum,* descendere possint? [12]

Nunc vero, ut ad alterum vocationis religiosae et sacerdotalis elementum gressus fiat, docente Catechismo Romano, *vocari a Deo dicuntur, qui a legitimis Ecclesiae ministris vocantur.* [13]

Quod nedum iis quae de divina vocatione diximus, contradicat, arctissime potius cohaeret. Divina enim ad religiosum et clericalem statum vocatio, utpote qua quis in Ecclesia, societate scilicet visibili atque hierarchica, ad vitam sanctificationis publice ducendam et ad ministerium hierarchicum exercendum destinetur, a moderatoribus quoque hierarchicis, quibus Ecclesiae regimen divinitus commissum est, ex auctoritate comprobari, admitti atque regi debet.

Quod quidem omnes attendant oportet, quotquot huius generis vocationibus colligendis et probandis incumbunt. Neminem proinde umquam quovis modo ad statum sacerdotalem vel religiosum cogant,[14] neve ullum alliciant vel admittant, qui vera divinae vocationis signa reapse non praebeat ; item ad ministerium clericale neminem promoveant, qui se religiosam solummodo vocationem divinitus recepisse demonstret; neve eos qui hoc quoque donum a Deo habuerint, ad saecularem clerum coar-

[12] Cfr. IAC. 1, 17.

[13] *Catech. Rom. ad Parochos,* cura Pii V editus, pars. II, cap. 7.

[14] Cfr. *C. I. O.* can. 971.

tent aut distrahant; neminemque tandem a sacerdotali statu avertant, qui divinitus ad illum vocari certis signis dignoscatur.[15]

Manifestum est enim in iis, qui ad clericalem militiam in perfectionis statu agendam adspirant et pro quibus hae normae statuuntur, una simul omnia convenire debere quae multiplicem huiusmodi vocationem religiosam, sacerdotalem et apostolicam constituendam requiruntur, omnesque proinde dotes et qualitates, quae ad haec Dei munera adeo excelsa adimplenda necessariae aestimantur, in iisdem inveniri oportere.

III

Porro vocationis divinae germina qualitatesque ad eandem requisitas, ubi adsint, educatione atque formatione indigere, qua evolvantur et maturescant, omnibus compertum est. Mhil enim ubi primum nascitur, statim perfectum apparet, sed gradatim proflciendo perfectionem acquirit. Qua in evolutione moderanda, omnium sive eius qui divinitus vocatus est, sive locorum et temporum conditionum ratio habenda est, ut finis praestitutus efficaciter attingatur. Iuniorum itaque sodalium educatio et efformatio omnino secura, illuminata, solida, integra, sapienter et audacter hodiernis sive internis sive externis necessitatibus accommodata, adsidue exculta vigilanterque probata sit oportet, non ad religiosae solummodo, sed ad sacerdotalis quoque et apostolicae vitae perfectionem quod attinet.

Quae omnia, ut experiendo novimus, nonnisi probati ac selecti viri prae se ferre possunt qui, non modo doctrina, prudentia, discretione spirituum, variaque rerum et hominum experientia aliisque humanis dotibus emineant, verum etiam Spiritu Sancto sint pieni atque sanctitate omniumque virtutum exemplo iuvenibus praefulgeant, quippe quos iii toto institutionis negotio magis virtute et recte factis[16] quam dictis trahi compertum sit.

Hoc vero in gravissimo munere explendo educatoribus prima regula, sit, quam Dominus enuntiavit in Evangelio dicens : « *Ego sum pastor bonus, bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis... Ego sum pastor bonus et cognosco meas et cognoscunt me meae* »,[17] quamque divus Bernardus hisce verbis expressit : « *discite subditorum matres vos esse de-*

[15] **Cfr. *C. I. C.* can. 971.**
[16] **Cfr. *C. I. C.* can. 124.**
[17] **Io. 10, 11-12, 14.**

bere, non dominos; studete magis amari, quam metui » ; [18] atque ipsum Tridentinum Concilium Ecclesiasticos Moderatores saepissime adhortans, « *illud primum eos admonendos censet, ut se pastores, non percussores esse meminerint, atque ita praeesse sibi subditis ut non eis dominentur, sed illos tamquam* Filios et Fratres *natu minores diligant : elaborentque ut, hortando et monendo, ab illicitis deterreant, ne ubi deliquerint, debitis eos poenis coercere cogantur. Quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ah iis servanda praeceptio, ut illos arguant, obsecrent, increpent, in omni bonitate et patientia : cum plus erga corrigendos agat benevolentia quam austeritas, plus exhortatio quam comminatio, plus caritas quam potestas. Sin autem ob delicti gravitatem, virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate severitas adhibenda est : ut sine asperitate disciplina populis salutaris ac necessaria conservetur, et qui correcti fuerint emendentur, aut, si resipiscere noluerint, caeteri, salubri in eos animadversionis exemplo, a vitiis deterreantur* ».[19]

Meminerint insuper omnes, quotquot sodalibus instituendis quavis ratione praesunt, huiusmodi educationem et formationem organica progressione et omnibus pro opportunitate aptis opibus et rationibus adhibitis impertiendam esse, totumque hominem sub omnibus suae vocationis aspectibus amplecti debere, ut reapse eum omni ex parte efiingat « *hominem perfectum in Christo Iesu* ».[20] Ad opes autem rationesque institutionis quod attinet, manifestum est ea quae ab ipsa natura et humana huius quoque temporis inquisitione suppeditantur, si bona sint, minime spernenda esse, immo magni facienda et sapienter admittenda ; nullus tamen error eo peior est, quo quis in tam lectis alumnis confirmandis, rationibus huiusmodi naturalibus solum vel nimis innixus, supernaturalis ordinis instrumenta opesque postponit aut quacumque ratione neglegit, quandoquidem ad religiosam et clericalem perfectionem apostolicis cumulatam fructibus assequendam, supernaturales opes, ut sacramenta, oratio, mortificatio, aliaque id genus, non necessaria solummodo, sed primaria et essentialia omnino sunt.

Quo tamen rationum atque operum ordine servato, nihil prorsus neglegatur, quod ad corpus animumque perficiendum, ad omnes naturales virtutes excolendas, et ad integram humanitatem viriliter conformandam quolibet modo conferat, ita ut supernaturalis deinde sive religiosa

[18] ***In Cantica, Sermo 23,* Migne, *P. L.* 183, 885 B.**

[19] **Cfr. *C. I. C.* can. 2214 § 2; Conc. Trid., sess. XIII, *de ref.*, cap. 1.**

[20] **Col. 1, 28.**

sive sacerdotalis institutio huic solidissimo inhaereat naturalis honestatis excultaeque humanitatis fundamento,[21] siquidem hominibus eo facilior securiorque ad Christum via patet, quo in sacerdotis persona evidentior ipsis appareat « *benignitas ei humanitas Salvatoris nostri Dei)).*[22]

Verum, quamquam magni ab omnibus facienda est religiosi cleri humana naturalisque institutio, primum tamen procul dubio locum in toto formationis curriculo obtinet supernaturalis animae sanctificatio. Nam si de omni christiano monitum Apostoli valet testantis : « *Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra* »,[23] quanto magis ad id tenetur, qui, non modo sacerdotio est auctus, sed ipsam perfectionem evangelicam sibi acquirendam publice professus est, immo suo ipsius munere adeo ceterorum sanctificationis instrumentum constituitur, ut ab eius sanctitate ipsa animarum salus et regni Dei incrementum non parum pendeat?

Meminerint igitur omnes statuum perfectionis evangelicae acquirendae sodales, atque frequenter coram Deo recogitent, sibi non sufficere ad officium suae professionis implendum peccata sive gravia, sive etiam, Deo auxiliante, venialia vitare, neque materialiter solummodo exsequi Moderatorum praecepta, aut etiam vota seu vincula quibus conscientia adstringatur, vel proprias quoque constitutiones, secundum quas, ipsa Ecclesia in sacris canonibus praecipiente, « *omnes et singuli religiosi, Superiores aeque ac subditi, debent... vitam componere atque ita ad perfectionem sui status contendere* ».[24] Haec enim omnia pleno animo flagrantique amore agant oportet, non tantum ex necessitate, *sed etiam propter conscientiam,*[25] quandoquidem, ut in sanctimoniae culmina ascendere, utque vivos christianae caritatis fontes sese omnibus praebere valeant, incensissima erga Deum et proximos caritate flagrare atque omni virtute ornati esse debent.

IV

Ubi autem huic animae sanctificationi provisum sit, accuratissima quoque religiosi cleri sive intellectualis sive pastoralis institutio cu-

[21] **Cfr. *Phil.* 4, 8.**
[22] **Tit. 3, 4.**
[23] ***1 Thess.* 4, 3.**
[24] **Cfr. *C. I. C.* can. 593.**
[25] ***Rom.* 13, 5.**

randa erit, de qua pro rei momento et supremi Nostri officii conscientia paulo fusiora principia proponere et commendare volumus.

Quanta enim sit istis religiosis sodalibus necessitas solidae eiusdemque numeris omnibus absolutae institutionis et formationis intellectualis, ex triplici praesertim qua in Dei Ecclesia dignitate praefulgent, scilicet religiosa, sacerdotali et apostolica, aperte colligitur.

Religiosi enim viri, quibus hoc praecipuum officium incumbit, ut nempe Deum unice requirentes eique adhaerentes divina contemplentur, aliisque tradant, meminerint se nullatenus hoc sanctissimo munere rite ac fructuose fungi posse et ad sublimem cum Christo coniuctionem efferri, si copiosa illa destituantur, quae e sacris doctrinis hauritur, Dei eiusque mysteriorum profunda et indesinenter perficienda cognitione.[26]

Sacerdotalis vero dignitas, qua qui fulget Domini scientiarum[27] legatus constituitur atque *sal terrae* et *lux mundi* peculiari ratione appellatur,[28] plenissimam ac solidam exigit in ecclesiasticis praesertim disciplinis institutionem, eiusdem scilicet quae ipsius sacerdotis spiritualem vitam nutrire atque fulcire valeat eumque a quovis errore aberrantique novitate immunem servare; quae insuper eum reddat fidelem *mysteriorum Dei* dispensatorem[29] et perfectum hominem Dei *ad omne opus bonum instructum.*[30]

Apostolicum denique munus, quod pro sua quisque vocatione, statuum perfectionis sodales in Ecclesia exercent, sive sacris ad populum contionibus, sive puerorum et iuvenum christiana institutione, sive sacramentorum praesertim paenitentiae administratione, sive sacris ad infideles expeditionibus, sive animarum in vita spirituali moderatione, sive tandem in ipsa cum populo cotidianae vitae consuetudine, uberiores eosque perpetuo mansuros fructus producere minime poterit nisi ipsi sacram doctrinam plane cognitam et studio numquam intermitiendo penitus perspectam habeant.

Ad quam solidam et absolutissimam intellectus institutionem et formationem, pro naturali iuvenum progressione studiorumque distributione, assequendam, curent imprimis religionum Moderatores omni adhibita industria ut litterarum doctrinarumque cognitione religiosi aluin-

[26] Cfr. Pius XI, Ep. ap. *Unigenitus Dei Filius,* 19 mart. 1924. *A. A. S.* 16 (1924), 137-138 *(Enchiridion,* n. 348, p. 403-404).

[27] Cfr. 1 Reg. 2, 3.

[28] Cfr. MT. 5, 13-14.

[29] Cfr. *1 Cor.* 4, 1-2.

[30] Cfr. *2 Tim.* 3, 17.

ni « *iis nihil saltem cedant qui e laicis iuvenibus pari sint disciplinae auditores. Soc namque si cautum fuerit, et ut discipulorum mentes severius exponantur, et ut facilius eorum habeatur suo cuiusque tempore dilectus*)),[31] et etiam ut iidem alumni ad ecclesiasticas disciplinas altius addiscendas praeparentur aptisque instruantur subsidiis cautum sane erit.

In disciplinis autem sive philosophicis sive theologicis per idoneos solummodo accurateque selectos magistros tradendis sanctissime ea omnia serventur quae a sacris canonibus et a Nostris Decessoribus aeque ac a Nobis ipsis praescripta sunt, de debita praesertim Magisterio Ecclesiastico reverentia atque omnimoda fidelitate semper et ubique profitenda et discipulorum mentibus animisque instillanda, de prudentia et cautela quae semper socianda est cum diligentissima eaque maximopere commendanda pervestigatione novarum, quae progrediente aetate exsurgunt, quaestionum, deque Angelici Doctoris ratione, doctrina et principiis sancte tenendis atque in philosophica et theologica alumnorum institutione omnino sequendis.[32]

Aquinate autem duce et magistro, theologia methodo positiva simul et scholastica, quae dicitur, tradatur, ita nempe ut, praelucente authentico Magisterio, Divinae Revelationis fontes accuratissime congruisque subsidiis adhibitis perscrutentur indeque hausti veritatis thesauri clare exponantur et efficaciter vindicentur. Cum enim Revelationis depositum soli Ecclesiae Magisterio authentice interpretandum commissum sit, non ratione mere humana et privato iudicio, sed iuxta sensum et ad mentem ipsius Ecclesiae fidelissime explicandum est. Sciant igitur christianae philosophiae et theologiae magistri se non proprio iure ac nomine, sed nonnisi supremi Magisterii nomine et auctoritate ac proinde sub eius vigilantia et moderatione, a quo canonicum veluti munus acceperunt, suo ministerio fungi; quapropter, salva quidem de iis quae disputationi adhuc subsunt iusta opinandi libertate, « *probe meminisse debent non idcirco sibi factam esse potestatem docendi, ut sua opinionum placita cum alumnis disciplinae suae communicent, sed ut iis doctrinas Ecclesiae probatissimus impertiant* ».[33]

Omnes praeterea, tum magistri tum discipuli, prae oculis semper

[31] **Pius XII, Adhort. ap. *Menti nostrae,* 23 sept. 1950, *A. A. S.* 42 (1950), 687.**

[32] **Pius XII, Litt. enc. *Humani generis,* 12 aug. 1950, *A.* A. S. 42 (1950) 573, 577-578; *C. I. C.* can. 1366.**

[33] **S. Pius X, Motu pr. *Doctoris Angelici,* 29 iun. 1914, *A. A. S.* 6 (1914), 338 *(Enchiridion,* n. 284, p. 336).**

habeant studia ecclesiastica non ad intellectualem solummodo institutionem, sed ad integram et solidam sive religiosam, sive sacerdotalem et apostolicam formationem spectare ; ideoque non ad scholarum tantummodo periculum superandum dirigenda esse, sed ad quamdam quasi formam alumnorum animis imprimendam, quae nunquam dabatur, et ex qua, cum usus postulabit, lumen atque robur pro suis aliorumque necessitatibus semper hauriant.[34]

Ad quod assequendum, sit imprimis intellectualis instructio arcte cum precationis studio divinarumque rerum contemplatione coniuncta; sit deinde plena, nulla ex praescriptis disciplinis parte praetermissa, cohaerens insuper sit omnique ex parte ita composita et integra, ut disciplinae omnes in unum dumtaxat systema idque solidum et apte temperatum conspirent; sit quoque nostrorum temporum erroribus refeliendis ac necessitatibus iuvandis sapientissime aptata; itemque sit recenter inventis instructa ac simul venerandae traditioni apprime consonans; sit denique ad pastoralia cuiusvis generis munera fructuose obeunda efficaciter ordinata, ita quidem ut qui futuri sunt sacerdotes, ea instructi, expedite et accurate valeant sanam doctrinam cum rudibus tum doctis in concionibus et catechesibus proponere ac tueri, rite sacramenta administrare, animarum bonum actuose promovere omnibusque verbo et opere prodesse.

Quamvis autem ea omnia quae de spirituali et intellectuali alumnorum institutione hucusque diximus ad viros vere apostolicos effingendos maximopere conferant et plane requirantur, ita ut si debita sanctitas et scientia sacerdoti desint, omnia ei deesse compertum sit; gravissimo tamen officio Nostro ut obsequamur, addere hic debemus, praeter sanctitatem et scientiam congruentem, ad apostolicum ministerium rite implendum omnino postulari in sacerdote accuratissimam et omni ex parte perfectam pastoralem praeparationem, eam scilicet, qua vera peritia et dexteritas in multiplicibus christiani apostolatus muneribus rite obeundis gignatur et efformetur.

Si enim suae cuique arti exercendae diligens praehaberi solet sive theoretica, quae dicitur, sive technica, sive practica eaque diuturno tirocinio firmata praeparatio, parem immo multo accuratiorem et altiorem formationem quis praehabendam esse neget illi, quae non immerito ars artium appellatur?

[34] **Cfr. Pius XII, Sermo ad alumnos, 24 iun. 1939, *A. A. S.* 31 (1939), 246 *(Enchiridion*, n. 373, p. 531).**

Haec vero pastoralis alumnorum conformatio, ab ineunte studiorum curriculo inchoanda, progrediente vero aetate gradatim perficienda, absoluto tandem theologico curriculo per peculiare tirocinium consummanda, pro suo cuiusque religiosi instituti finem, ad hoc imprimis contendere debet, ut ii qui Christi futuri sint ministri et apostoli, ad ipsius Christi formam spiritu et virtutibus apostolicis solide et penitus imbuantur et exerceantur, ardenti scilicet et purissimo provehendae Dei gloriae studio, actuosa et flagranti in Ecclesiam eiusque iura tuenda et doctrinam retinendam provehendamque caritate, incensissimo animarum salutis procurandae zelo, supernaturali in loquendo et operando prudentia cum evangelica simplicitate coniuncta, humili sui abnegatione et obsequentissima Moderatoribus subiectione, firmissima Dei fiducia et acuta sui officii conscientia, virili in negotiis suscipiendis sollertia atque in coeptis prosequendis constantia, sedula in ofiiciis obeundis fidelitate, atque magno ad fortissima quaeque patienda et faciendo animo, christiana denique, quae omnes alliciat, amabilitate atque humanitate.

Ad aliud praeterea in pastorali institutione tradenda contendendum est, ut scilicet, pro studiorum gradu atque progressione, iis omnibus disciplinis alumni instituantur, quae ad « *donum militem Christi Iesu* »[35] omni ex parte efformandum aptisque apostolicis armis locupletandum omni ope conferre possint. Praeter igitur philosophica et theologica studia ad pastoralem quoque actionem opportune, ut diximus, ordinanda, necesse omnino est ut futuris dominici gregis pastoribus per peritos magistros et ad huius Apostolicae Sedis normas tradatur ea de rebus psychologicis et paedagogicis, didacticis et catecheticis, socialibus et pastoralibus aliisque id genus eruditio, quae harum disciplinarum hodierno progressui respondeat, quaque illos multiplicibus nostrorum temporum apostolatus necessitatibus idoneos paratosque efficiat.

Quam doctrinalem de re apostolica institutionem et formationem, ut usu et experientia firmetur, practica quoque, quae dicitur, per gradus sapienter progrediens prudenterque moderanda exercitatio comitetur oportet, quam peculiari deinde post adeptum sacerdotium tirocinio peritissimus viris sive doctrina sive consilio et exemplo moderantibus, exercendam et perficiendam esse volumus, et studiis sacris numquam intermissis, continuo solidandam.

Postquam haec praemisimus summa principia, quibus sive institutio-

[35] ***2 Tim.* 2, 3.**

Iiis opus, sive educatores et educandi informari regique debent, iam generales normas circa singula gravissimi negotii capita, omnibus mature perpensis, certa scientia ac de Apostolicae potestatis plenitudine decernimus atque statuimus ab omnibus, ad quos pertinent, servari. Sacrae Congregationis de Religiosis potestatem insuper facimus Nostra Auctoritate per ordinationes, instructiones, declarationes, interpretationes aliaque id genus documenta, Statuta Generalia, iam a Nobis probata, ad effectum adducere omniaque illa peragere, quae ad Constitutionem atque Statuta Ordinationesque fideliter observanda spectant.

Contrariis quibuslibet non obstantibus, peculiari etiam mentione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die trigesimo primo mensis Maii anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, B. T. Mariae mundi Reginae sacro, Pontificatus Nostri decimo octavo.

PIUS PP. XII

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA VIRGO MARIA ((A BONO IESU)), VULGO ((MADONNA DEL BUON GESÙ)) APPELLATA,UNA CUM S. IOANNE BAPTISTA, PRAECURSORE DOMINI ET MARTYRE, PATRONA CAELESTIS CIVITATIS ET DIOECESIS FABRIANENSIS CONSTITUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Magno afficimur gaudio cum fere quotidie Nobis compertum sit vota, quae in indicendo Anno Mariano primo exeunte saeculo a definito dogmate Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis Nos protulimus, studiosa voluntate Venerabilium Fratrum Episcoporum Ecclesiae universae et Christifidelium omnium feliciter expleri. Sacrorum enim Antistites, Religiosarum Sodalitatum Moderatores, ipsi quoque publicae rei praepositi et christiana plebs quasi nobili certamine inter se contendunt ut in unaquaque non solum Natione et Regione sed in singulis etiam dioecesibus et paroeciis, pietas in Sanctissimam Deiparam magis magisque incrementum capiat et constantiam consequatur. Quos inter animarum Pastores adnumerandus nunc est Venerabilis Frater Lucius Crescenzi, Episcopus Pabrianensis et Mathelicensis, qui, universi Cleri et populi civitatis et dioecesis Fabrianensis

studiosa vota expromens, Nos humiliter sed enixe rogavit ut Beatissima Virgo Maria « a Bono Iesu », seu vulgari titulo « Madonna del Buon Gesù » eiusdem civitatis et dioecesis praecipuam caelestem Patronam una cum Sancto Ioanne Baptista, Domini Praecursore et Martyre, constituere et declarare dignaremur. Ipsa enim Beatissima Virgo, cuius pictam imaginem S. Iacobum Picenum, praeclarum S. Francisci Assisiensis alumnum et concionatorem celeberrimum, civibus Fabrianensibus dono dedisse tradunt, hoc suavissimo et singulari titulo a pluribus saeculis in suo parvo sed ornatissimo sacello iugiter invocata, numquam defuit devotorum civium necessitatibus materna sollecitudine subvenire, preces benigna exaudiré, lacrimas etiam, praesentissima solatrix, tergere. Adeo tamen eadem Sacra Imago inclaruit inde prodigiis ut Capitulum Vaticanum, precibus sibi oblatis libenter obsecundans, aureis coronis tam Divini Infantis quam eius Sanctissimae Matris capita redimiri sua auctoritate decreverit : quod die VIII Septembris, anno MDCCCXCVIII feliciter factum est. Quae cum ita sint, praelaudati Episcopi, eiusque Cleri et fidelis populi vota explere volentes, certa spe freti Fabrianensium amorem erga dulcissimam Dei parentem intentiorem fieri, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatissimam Virginem Mariam « a Bono Iesu », seu vulgo « Madonna del Buon Gesù », Fabrianensis civitatis et dioecesis una cum Sancto Ioanne Baptista, Praecursore Domini et Martyre, caelestem apud Deum *Patronam* constituimus et declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras, firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere : suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari : sicque rite iudicandum esse ac definiendum : irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Septembris, Nativitati Beatae Mariae Virginis sacro, anno MCMLIV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GELDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

TI

BEATA MARIA V. IN CAELUM ASSUMPTA PRAECIPUA CAELESTIS PATRONA DIOECESIS UMTATANAE DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Recens constitutas ab hac Apostolica Sede dioeceses expedit Caelitum praesidio obtegi, quo vigeant magis felicioribusque augeantur incrementis. Cum igitur Venerabilis Frater Iosephus Grueter, Episcopus Umtatanus, in Africa australi, a Nobis petiisset, ut Beatam Mariam Virginem sideribus receptam suae Dioecesis, anno MDCCCCLI a Nobis erectae, Caelestem Patronam renuntiaremus, Nos vota huiusmodi libenti animo statuimus explere eo consilio •ducti, ut, eiusdem Deiparae deprecatione, res Catholica ea in regione magis proveheretur, atque Christifideles ibi degentes religionis institutis penitus haererent. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto •omnibusque diligenter perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem in Caelum Assumptam totius dioecesis Umtatanae praecipuam apud Deum caelestem *Patronam* constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Novembris, anno MDCCCCLIIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

III

BEATA MARIA V.,((A GIBILM ANNA)) APPELLATA, PRAECIPUA PATRONA TOTIUS DIOECESIS CEPHALUDENSIS EADEMQUE SUB TITULO IMMACULATAE CONCEPTIONIS VENERATA, PRIMARIA PATRONA URBIS CEPHALUDII CONSTITUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quasi arx imminens turbidis saeculi fluctibus firmumque religionis propugnaculum habenda est Aedes Deiparae sacra, quae, in clivo montis Sancti Angeli, subter quem caeruleum sternitur maris aequor, haud procul ab urbe Cephaludio constituta, e loci nomine Templum Beatae Mariae Virginis a Gibilmanna nuncupatur. Eo solent ascendere perfrequentes Christifideles ut tamquam filii Caelestem Matrem omni prosequantur genere honoris, eius deprecatione munera accipiant superna, eius fruantur rebus in adversis praesenti auxilió. Hoc etiam prae Nobis ferendum est Augustae Virginis Imaginem, ibi tantopere excultam, Mariano hoc vertente Anno, in singulas perlatam esse dioecesis curias magno cum fidelium concursu piaque alacritate. Exinde, ut accepimus, amplissimi sunt, Deiparae beneficio, percepti fructus, quandoquidem multi a prava consuetudine ad vitam frugi, a minus diligenti religionis exercitatione ad crebrum Sacramentorum usum sunt traducti. His omnibus una voluntas fuit et unum votum, ut Alma Dei Genetrix a Gibilmanna totius dioecesis Cephaludensis renuntiaretur praecipua Patrona. Quibus optatis lectissimum principis Templi Canonicorum Collegium suffragatum est, has adiungens preces, ut eidem Deiparae,qua Virgini sine originis labe conceptae, committeretur tamquam singulari tutrici ipsa urbs, dioecesis caput et mater. Quas pias supplicationes depromens, Venerabilis Frater Aemilianus Cagnoni, Cephaludensis Episcopus, Nos rogavit, ut Beatam Mariam Virginem a Gibilmanna appellatam totius, cui praeesset, dioecesis, eandemque, ab origine omnis noxae immunem, urbis Cephaludii diceremus Caelestem Patronam. Hisce precibus pro Nostro Marianae religionis provehendae studio libenti animo concedentes, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, nomine Mariae

Sanctissimae de Gibilmanna veneratam, totius dioecesis Cephaludensis, eandemque, mysterio Immaculatae Conceptionis insignem, urbis Cephaludii primariam apud Deum *Caelestem Patronam* eligimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium vel locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis Decembris, anno MDCCCCLIIII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO PRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

IT

BEATA MARIA V., NOMINE « AUXILIUM CHRISTIANORUM » INVOCATA, PRIMARIA PATRONA, ET S. PATRICIUS, PONT. ET CONF., SECUNDARIUS PATRONUS, DIOECESIS BUMBURIENSIS DECLARANTUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Amica lucet stella hominibus, in huiusce saeculi mari fluctibus exaspera to, quam si respiciant, a recto non aberrant itinere, quam si sequantur, ad portum salutis feliciter perveniunt. Hanc enim dicimus Beatam Mariam Virginem, quam Deus clementissimus dedit opiferam Matrem iis, qui in huius vitae peregrinatione essent constituti. Non perperam igitur Venerabilis Frater Lancillottus Goody, Episcopus dioecesis Bumburiensis, anno praeterito per Nos conditae, petiit ut hanc eiusdem Deiparae, quae ut « Auxilium Christianorum » solet invocari, tutelae committeremus, et ut alterum eidem tribueremus Patronum, Sanctum Patricium, qui ex Anglis oriun-

dus, Hiberniae gentem ad veram Christi religionem traduxit. Quibus supplicationibus libenti animo concedentes, Nos ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, nomine « Auxilium Christianorum » invocatam, primariam dioecesis Bumburiensis *Patronam,* et Sanctum Patricium, Pontificem et Confessorem, secundarium eiusdem *Patronum* constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae huiusmodi Patronis dioecesium rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Martii, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

V

CONSTITUTIONES APPROBANTUR CONGREGATIONIS SORORUM SERVULARUM BEATISSIMAE VIRGINIS MARIAE IMMACULATAE.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Sacra in claustra ab antiquissimis temporibus secedere consueverant, divinae cuidam impulsioni obsecuti, viri ac feminae, ubi saeculi contagia fugerent, vitae melioris insistèrent viam atque Deo hominumque societati, ad Evangelii rationem, deservirent. Quodsi Ecclesiae Latinae huiusmodi instituto eximium additur decus, non minorem laudem eodem sibi peperit Ecclesia Orientalis, quae Antonium genuit, Paulum, Basilium aliosque insignes huiusce vitae generis auctores sectatoresque. Divino igitur afflante Numine, die festo

Beatae Mariae Virginis sideribus receptae, anno MDCCCLXXXXII, in provincia Haliciensi condita est sacrarum virginum Sodalitas, quam propter religionem Augustae Deiparae, primae labis exsortis, appellaverunt Congregationem Sororum Servularum Beatissimae Virginis Mariae Immaculatae. Ad quam constituendam uterque Clerus potissimum vero Ieremias Loninickyj, Ordinis Basiliani alumnus, et Cyrillus Seleckyi, oppidi curio, quod Zuzel vulgo audit, opus atque studium egregium contulerunt. Sollemni ergo die, quem diximus, novem piae mulieres, praeeunte Michaela Hordaszevska, religiosam vestem rite sumpserunt, scilicet Ecclesia ornata est novello germine florum. Dei Optimi Maximi Eiusque purissimae Matris beneficio, sacer hic coetus miris auctus est incrementis, quandoquidem permultae puellae, a vanis fluxisque saeculi rebus aversae, eidem sese aggregabant atque plura coenobia, virtutis caritatisque domicilia, Christifidelibus stipem largientibus, sunt constituta. Neque praetermittendum huiusmodi vim ac vigorem praesertim, tamquam e capite, manasse a no viciar um domo Christinopolitana, ubi puellae Deo dicanda e Basilianis Sodalibus utebantur magistris ad ineundam altioris sanctiorisque vitae rationem. Temporis autem successu haec Servularum Beatissimae Virginis Mariae Immaculatae consociatio non solum in Slavicas gentes, plagas meridianas incolentes, sed etiam in longinquas Americae regiones est propagata, ubi populares patria extorres ac Byzantini ritus sectatores, habitarent. Nec modici ex eiusdem ministerio et opere percepti sunt fructus : parvuli christianae fidei praeceptis eruditi, puellae ad virtutem et humanitatem informatae, senio graves quovis levamento refecti, liturgiae decor servatus et auctus, aliaque patrata plurima, quae Christifidelium saluti et utilitati conducerent. Pulcherrima vero hae Deiparae famulae tulerunt tropaea, cum earum nonnullae, in patria per vulnera fuso sanguine Divinum Sponsum testatae, purpurea corona sint insignitae. Quae Sodalitas ut recte constitueretur, anno MDCCCCVII leges promulgatae sunt, eius aptae institutis; neque, ut in dies magis firmaretur, Sedis Apostolicae defuit peculiaris cura et opera adiutrix. Eius auctoritate Capitulum Generale coactum est, quod novas proponeret Constitutiones ad aetatem nostram accommodatas. Quas diligenter cognitas Sacrum Consilium Ecclesiae Orientali praepositum in septem annos, experimenti causa, approbavit. Nunc vero, exanclati a sacris hisce virginibus labores, atque egregia opera confecta suadent, ut leges huiusmodi e Nostra auctoritate certae habeantur atque ratae. Fore autem confidimus ut hac propensae voluntatis Nostrae significatione religiosae hae mulieres impensius usque vitae sanctimoniam assectentur,

pii laboris praeclariora usque edant specimina, et, quae premantur angustiis, releventur et ad virtutem et constantiam confirmentur. Precibus igitur de hisce legibus modo certo probandis benigne concedentes, Nos, e Sacrae Congregationis Ecclesiae Orientali praepositae consulto, omnibus perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Constitutiones Congregationis Sororum Servularum Beatissimae Virginis Mariae Immaculatae, ab eodem Sacro Consilio iterum recognitas et ad Litteras Apostolicas motu proprio expeditas, quarum prima verba sunt : «Postquam Apostolicis Litteris» accommodatas, approbamus et confirmamus iisque Apostolicae sanctionis robur adicimus, dummodo conveniant cum exemplo, quod in Tabulario Sacrae Congregationis memoratae asservatur et cuius hoc est initium : « Finis generalis Congregationis est quaerere gloriam Dei », exitus vero : « Perfectius Deo servire valeant ». Hisce simul Litteris Nostraque auctoritate abrogamus et abrogata esse declaramus ea omnia, quae hisce Constitutionibus, per Nos approbatis, non continentur. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVIII mensis Ianuarii, anno MDCCCCLVI, Pontificatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

An. et voIJXXXXVIII IO Iunii 1956 (Ser. II, v. XXIII) - N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

INSULARUM BERMUDARUM.

APOSTOLICA PRAEFECTURA INSULARUM BERMUDARUM AD GRADUM ET DIGNITATEM VICARIATUS APOSTOLICI EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Etsi curae gubernandae Ecclesiae, gliscente hostium numero, fere in immensum creverint, Nosque, quibus sunt universae christianorum familiae sortes concreditae, sollicitent, haud tamen minima laetitia gaudioque fruimur progressus catholicae fidei ubique considerantes, cum et christianae religionis veritas populis illucescat, et sancta Dei Ecclesia aliarum gentium fiat parens et mater, et Deo denique moltiplicati hominum coetus obsequantur et inserviant. Quod cum alibi tum quoque in Insulis Bermudis evenerit, venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Fidei Propagandae praepositi, audito venerabili Fratre Geraldo Patricio O'Hara, Archiepiscopo-Episcopo Savannensi-Atlantensi et Apostolico in Britannia Delegato, censuerunt optime fieri, si Praefectura Apostolica earundem Insularum ad Vicariatus Apostolici gradum evehere tur. Quam ob rem Nos, post debitam rerum considerationem, eorum consensum supplentes quorum negotium intersit vel sua interesse arbitrentur, de Nostra apostolica potestate ea quae sequuntur decernimus et iubemus. Apostolicam Praefecturam Insularum Bermudarum, quae est curis Congregationis a Resurrectione D. N. I. C. concredita, ad dignitatem Vicariatus Apostolici evehimus : cui, ut aequum

est, omnia inra et honores concedimus quae ad tales Ecclesias spectare solent. Dilectos autem Sodales a Resurrectione D. N. I. O. vehementer hortamur ut, qui alto animo magnoque labore ad hunc diem in id incubuerunt ut has insulas ad Christi praecepta excolerent, nihil omittant ut et christianos fide confirment, et alios caritate, sapientia, doctrina Ecclesiae sanctae pariant. Ad ea denique, quae praecepimus, efficienda venerabilem Fratrem Geraldum Patricium CVHara, quem memoravimus, deligimus, vel illum qui eo tempore quo fieri debeant, Delegationi Apostolicae in Britannia praesit. Qui vero negotium perfecerit, eidem omnes potestates agendae rei tribuimus quas poterit cuivis delegare, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Postquam vero id egerit, idem venerabilis Frater documenta exaranda curabit, eademque ad S. Congregationem Fidei Propagandae cito mittenda. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum eflficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Sanctorum mater, sancta Ecclesia, ad hoc unum a Christo Iesu condi^-ta est, ad hoc unum firmata, ut scilicet cunctorum ordinum homines per Evangelii doctrinam perque sacerdotum labores summo Deo pareret eosque ad incommutabilis vitae portum perduceret. Cum igitur in apostolico vicariatu Iamaicae sive christianorum numerus sive sacrarum rerum operumque vigor, progredientibus annis, ita creverint, ut laeta affulgeat spes, si idem ad dioecesis gradum perducatur, fore ut ea vel uberius multiplicentur ; re attente considerata ; audito consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Fidei Propagandae praepositorum; eorumque suppleto consensu, qui in hac re aliquid iuris habeant, de Nostra summa potestate sequentia

statuimus. Vicariatum apostolicum Iamaicae ad gradum et dignitatem dioecesis perducimus atque elevamus, quae *Kingstoniensis*, a principis urbis nomine, posthac appellabitur. Qua in urbe Episcopus sedem habebit ac domicilium, cathedramque suae auctoritatis ac magisterii in templo Ss. Trinitatis collocabit, quod ad hunc diem pro cathedrali, ut dicitur, habitum est. Qua de re, sive dioecesi, sive templo, sive Episcopo ea cedent iura et privilegia, quae omnibus per terrarum orbem debentur cathedralibus Sedibus, templis eorumque Praesulibus; Episcopus vero et officiis et obligationibus onerabitur, quae sunt omnium pari dignitate virorum propria. Volumus ut nova Kingstonensis dioecesis directo huic Romanae Sedi subiciatur, utque pariter iuri S. Consilii Christiano Nomini Propagando pergat esse obnoxia. Cuius regimen atque curationem dilecti Filii habebunt e Societate Iesu, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, qui ut adhuc in apostolico vicariatu Iamaicae quaerendis servandisque animis magno cum fructu desudaverunt, ita et in posterum, erecta dioecesi, industriam suam duplicato studio in hanc impendent. Episcopalis mensa, quae audit, componetur sive bonis quae hactenus apostolico vicariatui Iamaicae fuerunt, sive Curiae fructibus, sive denique pecunia a fidelibus christianis oblata atque a S. Congregatione Fidei Propagandae missa. Quod autem ad Canonicorum Collegium attinet, quod in unaquaque dioecesi iure fundari debet, volumus ut quam primum et ibi condatur, hac tamen licentia permissa ut, quoadusque huiusmodi Collegium constitui nequeat, Canonicorum loco dioecesani eligantur Consultores. Cum praeterea maxime sint ii pueri accurandi, quos suavissimo Christi vox ad sacerdotium traxerit, volumus ut Kingstonensis Episcopus, ubi primum poterit, seminarium saltem elementarium excitet, ad iuris normam et iuxta leges a S. Consilio seminariis studiorumque universitatibus praeposito latas. Quae pariter iussa ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem respiciunt, ad fidelium sacerdotumque iura et onera, ad aliaque huiusmodi, ea serventur, quae Codex I. C. describit. Volumus denique ut haec Nostra decreta efficiat venerabilis Frater Aloisius Raimondi, Archiepiscopus titulo Tarsensis et in Haitiana Republica Apostolicus Nuntius, vel ille qui eo tempore, quo haec erunt facienda, eidem praeerit Nuntiaturae, facta potestate quemlibet virum ad hoc agendum negotium delegandi, dummodo sit ecclesiastica dignitate praeditus. Qui vero rem perfecerit, onus habebit et acta ad unguem exigendi et eadem ad S. Consilium Christianae Fidei Propagandae quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono et vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. B. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Begens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Silvius Serica.no, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXII, n. 1,8.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DITATUR TEMPLUM SANCTI FRANCISCI ASISINATIS IN URBE AC DIOECESI ARRETINA.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Pauperis civis Asisinatis, Sancti Francisci, honori augusta artificiosisque operibus referta Templa hic illic sunt excitata, ut paene hoc etiam modo innotescat christianam hii-

militatem vitaeque voluntariam inopiam in terris quoque esse quasi segetem atque materiam gloriae. Hoc sane cadit in Aedem eidem Caeliti Arretii sacram, quae anno MCCLXXX exstrui coepta, eidem urbi praeclarum decus addit neque modicam solet movere admirationem. Eam enim Ioannes Pistoriensis, « magister caementarius », ad artis « Romanicae-Gothicae » rationem tam luculenter tamque egregie aedificavit, ut credas paene pii animi sensus eum lapide expressisse. Ipsa moles — Templum enim patet in longitudinem xxxvi fere passus, in latitudinem vero circiter xn — dignitatem quandam eximiam praefert; maxime autem laudantur, propter generis « Gothici » venustatem, tria sacella aedificio adiuncta. Varia etiam species tabularum imaginumque udo illius coloribus depictarum, quas non obscuri nominis artifices subtiliter unxerunt, Templum satius commendat ; qua in re omnium consensu praedicatur manus viri ingeniosi, cui vulgo nomen « Piero della Francesca ». Non est ergo qui miretur Aedem tam illustrem ad publicorum Italiae monumentorum numerum esse ascriptam. Praesertim vero iuvat memorare eam esse religionis sedem praecipuam, cum alacre ibi vigeat studium rerum divinarum eademque domus Dei magnis celebretur populi concursibus. Neque praetermittendum Sanctum Bernardinum Sensensem, Servatoris praeconem assiduum, sacras contiones in ea diu habuisse atque viros ex Ordine Franciscalium Conventualium, quibus est Templum creditum, pia ibidem munia exercentes, specimina virtutum edidisse. Cupiens autem huic Aedi, anno MDVI consecratae atque in praesenti ad pristinum revocatae splendorem, ampliorem adiungere honorem, dilectus filius Minister Provinciae Tusciae, ad Ordinem, quem diximus, pertinentis, submisse Nos rogavit, ut eam Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus supplicationibus, Venerabilis Fratris Emmanuelis Mignone, Episcopi Arretini, commendatione suffultis, benigne concedentes, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Templum Sancto Francisco Asisinati in urbe ac dioecesi Arretina sacrum ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae eidem titulo rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quid-

quam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Februarii, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri sexto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

ECCLESIA CATHEDRALIS APRUTINA PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — In amoena regione, ubi montes considunt et flumina in unum confluunt, tamquam id habeant laboris ac muneris, ut efficiant sedem ad urbem condendam, sita est Interamnia Prae- tutior um. Cor vero civitatis, re quidem et loco, Cathedralis Ecclesia aequo iure existimanda videtur, Beatae Mariae Virgini in caelum assumptae sacra, antiquae artis monumentum, religionis ac pietatis deversorium. Coeptam enim aedificari a Guittone II Episcopo anno MCLVIII, triennio postquam hostili incendio tota urbs conflagraverat, Nicolaus de Arcionibus item episcopus amplificavit et absolvit xiv saeculo. Cum autem deformata esset saeculo xvin ornamentis, quae tunc maxime placerent, novissimis annis istis in pristinum est restituta. Rediit tandem Longobardicae artis maiestas et gravitas, liquidiorem aera complectuntur arcus, columnaeque sublimiores assurgunt. Adde tot Sanctorum gloriosas reliquias, in primis Beati Berardi, Aprutini Episcopi, civitatis Patroni, caerimoniarum decorem, et sacrae supellectilis artem ac pretium. Hisce omnibus fretus, cupiensque pietatis studia adaugere in populo sibi credito, Venerabilis Frater Stanislaus H. Battistelli, Episcopus Aprutinus et Hatriensis, Nos rogavit, ut hoc Templum Basilicae Minoris nomine atque iure donaremus. Quibus precibus libenter annuentes, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum litterarum vi, perpetuumque in modum Ecclesiam Cathedralem Aprutinam ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, om-

nibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXX** mensis Maii, anno **MCMLV**, Pontificatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

III

BASILICAE MINORIS HONORIBUS AC PRIVILEGIIS CUMULATUR ECCLESIA PAROECIALIS ET COLLEGIALIS B. MARIAE V. IMMACULATAE IN OPPIDO ((SEMINARA)), MILETENSIS DIOECESIS.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quamquam labentibus annis multa cadunt in ruinas pietatis civilisque cultus monumenta, attamen constans est christiana traditio unaque fides. Haud aliter accidisse videtur, prout Nobis allatum est, in parva urbe vulgo « Seminara » nuncupata, quae, intra Miletensis dioecesis fines nunc posita, postquam vetusta urbs Episcopalis Taurianum temporum iniquitate deleta est, in eius honorem successit. Quam ornat atque illustrat paroeciale et collegiale Templum, in prioris locum suffectum, quod, alterius Cathedralis olim dignitate honéstatum, terrae motu ac fremitu, anno **MCMVIII**, omnino est deletum. Nec immerito habetur populi religionis quasi quoddam monumentum, cum fideles, qui multis a saeculis frequentes ac devoti eo conveniunt, memoratum Templum, Deiparae Virgini Immaculatae dicatum, ornamentis et pretiosa supellectile affabre confecta, Parocho comitante et cohortante, auctum voluerint. At verus ipsius civitatis thesaurus est pervetusta miraculisque celebris Tabula ab Oriente translata, et Beatae Mariae

Virginis, cui nomen « Mater Pauperum » inditum est et quae « Seminarae » antiquitus Patrona habetur, Effigiem prae se ferens. Quae quidem, ante quinquaginta annos auctoritate Petriani Canonicorum Collegii aureo diademate redimita, tam religiosa est, ut non solum ex omni Bruttiorum regione permulti precaturi accedant fideles, sed etiam lucis supernae pacisque liquida sit veluti scaturigo. Quae cum ita sint, dilectus Filius hodiernus Archidiaconus Curio nec non Sanctuarii Rector, proprio nomine atque cleri, confraternitatum Actionisque, quam dicunt, Catholicae, nec non Optimatum totiusque « Seminarae » populi, enixis Nos adiit precibus ut Ecclesia paroecialis et collegialis, quam supra laudavimus, benigne a Nobis Basilica Minor declararetur. Nos autem, eiusdem civitatis cleri fideliumque pietati congruens tribuere volentes praemium, quod insimul in Beatam Immaculatam Virginem « Matrem Pauperum » pietatem valeat augere, huiusmodi vota, Venerabilis Fratris Vincentii De Chiara, Episcopi Miletensis, amplissimis suffulta suffragiis, perlibenter censuimus excipienda. Quapropter, ex consulto Sacrae Rituum Congregationis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, memoratam Ecclesiam paroecialem et collegialem, Deo in honorem Beatae Mariae ab origine Immaculatae consecratam et in parva Bruttiorum urbe « *Seminara* » exstantem, ad dignitatem *Basilicae Minoris,* cum omnibus honoribus ac privilegiis quae eidem titulo rite conveniunt, evehimus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, n,unc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Maii, anno **MCMLV**, Pontificatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULAE

I

AD REVMUM P. MEAD FRANCISCUM, C. M., STUDIORUM UNIVERSITATIS NIAGARA-ORMENSIS MODERATOREM, SAECULO EXEUNTE AB ORTU IPSIUS UNIVERSITATIS.

PIUS PP. XII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Laetabile scitu, ' quod nuper Nobis perlatum est, scilicet Magara-Ormensem Studiorum Universitatem primum ab ortu suo fauste revolutum saeculum celebraturam esse, efficit sane, ut ad te, dilecte fili, ad ceterosque moderatores et doctores et alumnos magni istius Lycei, paternae caritatis motus affectu, Noster animus provolet.

Cum Nos minime lateant praeclari istius doctrinarum domicilii primordia, ac felicia eius noverimus incrementa et praesentis temporis decora, quae tum apud cives, tum apud alienígenas meritam vobis pariunt laudem, singulari divino muneri ac beneficio deferendum esse putamus, quod in maiorem Ecclesiae et civitatis utilitatem istic per hunc temporis decursum salutarium fructuum bona seges succreverit. Iure autem in statis celebrationibus et coetibus debito cum honoris praeconio instauranda est memoria Ioannis Lyne, Vincentiani sodalis, qui magni consilii et sollertis industriae vir, apud urbem Niagara-Ormensem provida cura et vigili prospicentia Seminarium instituit, Deiparae Virgini Angelorum Reginae sacrum. Huic autem postea, magisteriis ordine et varietate distinctis, aliae accesserunt aedes, mira sane operum moles, quae splendide aperteque testatur, quam magna valeat virtus hominum, Dei gratia roborata, incepta perficere. Enimvero spem exitus non fefellit. Catholica fide eruditi, doctrinae elegantia et integris moribus istic diligenter instituti, ex umbratili vita multi in solem et pulverem processerunt, qui sive sacerdotio sive episcopali dignitate aucti sive civilibus functi muneribus egregiis animi dotibus floruerunt et raris praestiterunt exemplis.

Quam fortium spectantes progeniem, id vehementer optamus ut parta adhuc laus, nedum intercidat, vigentior polleat, tum Ecclesiae, tum rei publicae emolumenta prolatura; quae, cum gentem vestram valde adamemus, ut ex sententia contingant, laboris et curarum partem eorum,

quorum res interest, conferri maximam volumus. Quid enim salutarius et optabilius civilis humanitatis culti servando et provehendo est, quam si verae religionis lumini doctrinae et artium studia adiciantur, si catholica sapientia summo in honore habeatur, si rectae voluntatis conscientia, divinae legis retinentissima, cum agendi iungatur sollertia?

Novum cum inchoetur saeculum istius magni Lycei, quod ab eximiis Congregationis Missionis S. Vincentii a Paulo sodalibus sapienter regitur ac ad uberiora incrementa provehitur, enixe cupimus, ut legitima sollemnique erectione, quae ex canone 1376 C. J. C. praescribitur a Sede Apostolica conferenda, id omni ex parte perfectum absolutumque evadat.

Augustissimae Dei Matri, caelitum hominumque Reginae, supplices preces adhibemus, ut votorum, quae pro tam dilectae iuventutis bono concepimus, vos fieri compotes liceat. Gratias autem ex animo agimus pro mysticorum Horum serto, quod, filiorum pietate moti, adulescentes isti Nobis nuper contexuerunt, iisdemque Dei adprecamur opem, ut ipsi spei bonae et exspectationi in se positae pares sint. Hac fiducia freti, tibi, dilecte fili, et universis in Niagara-Ormensi Studiorum Universitate docentibus et discentibus, atque iis, qui utcumque necessitates ipsius amica certatione allevant, itemque universis saecularia eiusdem sollemnia vobiscum celebraturis, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xn mensis Aprilis, anno **MDCCCCLVi,** Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

n

AD EMUM P. D. MARCELLUM TIT. SANCTI CALLISTI S. R. E. PRESB. CARDINALEM MIMMI, ARCHIEPISCOPUM NEAPOLITANUM, QUEM LEGATUM MITTIT AD XV CONVENTUM EUCHARISTICUM EX TOTA ITALIA, LYCIAE CELEBRANDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Iam pridem indictus in exitum huius mensis quintus ac decimus Congressus e tota Italia Eucharisticus propediem habebitur Lyciae, in venusta Apuliae urbe, quae non minus suorum civium litteris, artibus scientiisque, quam avitae religionis pietatisque cultu exstat insignis. In apparandis

autem proximis studiorum coetibus sollemnibusque ritibus actuosa profecto adhibita est cura, ita ut cum laetissima salutarium fructuum copia magnificus quidem prospiciatur Augusti Sacramenti triumphus. Inter suscepta consilia valde placuit Nobis propositum illud argumentum, quod a doctis viris erit illustrandum in coetibus atque enucleate explicandum : hoc est « Eucharistia sacramentum unitatis, vinculum caritatis ». Etenim quodnam firmius validiusque fraternitatis vinculum concipi potest, quam caeleste Eucharistiae convivium, quod a Christo institutum est potissimum ad excitandam in Deum dilectionem, ad mutuam inter homines benevolentiam alendam fovendamque? Nonne unius Magistri discipuli, eodem pane fortium enutriti eodemque salutari potu recreati, suavissimo fraterno amore coniuncti, haud fallenti spe ad superna constanter erecti, unam efformant amplissimam in terris familiam, simillimam profecto « multitudinis credentium », quae in Ecclesiae primordiis « erat cor unum et anima una »?[1] Nos igitur, qui nihil magis habemus, quam ut fidelium animi, in Italia tam Nobis dilecta, sicut in ceteris nationibus, per intimam cum Christo coniunctionem, fraterna inter se necessitudine colligantur, civiumque concordiae et prosperitati maximum conferant incrementum, proximam Eucharisticam Congressionem non modo ex animo probamus ac dilaudamus, verum adesse quoque ac praeesse eidem exoptamus. Te itaque, Dilecte Fili Noster, qui, Romana purpura praefulgens, nobili isti sedi metropolitanae pastorali cura moderaris, Legatum Nostrum, ut iam antea ediximus, deligimus ac renuntiamus, ut, Nostram gerens personam, Congressui Eucharistico ex tota Italia Lyciae ineundo nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Certam autem spem fovemus, te, pro incensa tua in augustum Sacramentum pietate, pro diuturna tua vitae consuetudine in Apulia, ubi pastorali officio per quattuor fere lustra, tamquam Barensis Archiepiscopus, es studiosissime perfunctus, per honorificum huiusmodi legationis munus feliciter utiliterque esse peractorum. Revocato etiam in memoriam conventuris verba illa Concilii Tridentini, miram quandam caritatem pietatemque redolentia : « Paterno affectu admonet Sancta Synodus, hortatur, rogat et obsecrat per viscera misericordiae Dei nostri, ut omnes et singuli, qui christiano nomine censentur, in hoc unitatis signo, in hoc vinculo caritatis, in hoc concordiae symbolo iam tandem aliquando conveniant et concordent ».[2]

[1] **Act. 4, 32.**

[2] **Sess. XIII, c. VIII.**

Caelestium interea luminum auxiliorumque conciliatrix et nuntia, peculiarisque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, cunctisque iis, qui sacris sollemnibus interfuerunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die xvin mensis Aprilis, anno **MDCCCCLVi,** Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Ducibus atque militibus Helveticis, custodiae Domus Summi Pontificis addictis, quadringentesimo et quinquagesimo vertente anno ab ipsorum Cohorte instituta. *

Unseren Gruss und Willkomm euch allen, geliebte Söhne und Töchter !

Unseren Gruss den Gardisten, den aktiv unter ihrem Kommandanten, dem Gardekaplan und dem Offizierskorps im Dienst stehenden, wie den Alt-Gardisten, die sich mit ihnen zum 450. Jahresgedächtnis der Gründung der Päpstlichen Schweizergarde eingefunden haben. Wir entbieten ihnen herzliche väterliche Wünsche zu ihrer Feier.

Unseren Willkomm sodann allen Angehörigen und Landsleuten der Gardisten, die sich ihnen angeschlossen haben. Wo Wir sie hier vor Uns sehen, sind sie Uns wie lebendig gewordene Erinnerung an das fleissige und ordnungsliebende Volk, das Wir gelegentlich Unseres Aufenthalts in der Schweiz, diesem an Naturpracht unübertroffenen, an Kulturwerten überreichen Herzstück Europas, kennen und hochschätzen lernten.

Wir freuen Uns der Gelegenheit, welche die heutige Feier Uns bietet, zu euch, Unserer Schweizergarde, und über euch zu sprechen.

Die Wurzeln eurer Truppe liegen in der Heldenzeit der Schweizer Kriegsmannen, in der Zeit, da die Söldnerheere der Eidgenossen als unbesiegbar galten, da mit dem Siege rechnen konnte, wer sie auf seiner Seite hatte. Der Papst, der die Schweizer in seinen Dienst nahm, um

*** Habita die 6 Maii mensis a. 1956.**

die Freiheit und Unabhängigkeit des Oberhauptes der Kirche zu sichern, war Unser Vorgänger Julius IL, jene hochragende Gestalt, deren körperlich wie seelisch fast übermenschliche Kraft, deren unbeugsamen, vor keiner Aufgabe, keiner Sclnvierigkeit zurückschreckenden Willen der Moses von Michelangelo meisterhaft zum Ausdruck bringt. Der Mann, der Julius II. die Schweizer zuführte, war der damalige Bischof von Sitten, Kardinal Matthäus Schiner, einer der grossen Staatsmäner in der Geschichte der Eidgenossenschaft. Gegenüber der nationalen Idee und Politik, die damals das Feld schon stark beherrschte, gehörte er noch zu den überzeugten Anhängern jenes Universalismus, nach dem die Christenheit nicht nur religiös, sondern auch sozial und politisch eine grosse, die Völker umfassende Familie bildete unter dem Papst als dem Haupt der Kirche und dem Kaiser als deren Schutzherr.

Auch den Schweizer Söldnertruppen, die im Dienst des Papstes standen, hatte jene religiöse Auffassung etwas zu bedeuten. Kein anderer als Ulrich Zwingli, damals noch auf dem Boden des katholischen Glaubens stehend, hat dies ausgesprochen in einem Brief an seinen Freund Vadian : « Die Schweizer », so schreibt er, ((sehen den traurigen Zustand der Kirche Gottes, der Mutter der Christenheit, und halten es für schlimm und gefährlich, wenn jeder Tyrann ungestraft nach seiner Raubgier die gemeinsame Mutter der Christenheit anfallen dürfte».[1] Die Schweizer haben den Ehrentitel verdient, den Papst Julius II. ihnen nach dem siegreichen Feldzug im Sommer 1512 gab : « *defensores ecclesiasticae libertatis* - Verteidiger der kirchlichen Freiheit ».[2]

Unabhängig von Soldtruppen für den Kriegsdient hat Julius II. aus der Jungmannschaft der Eidgenossen eine Wache zu seinem persönlichen Schutz bestellt. Am 22. Januar 1506 zogen 150 Schweizer durch die Porta del Popolo in die Ewige Stadt ein, marschierten über den Campo de' Fiori zum Vatikan, empfingen dort den Segen des Papstes und bezogen darauf ihre Quartiere, deren Gelände ungefähr wie heute zur Rechten des Petersplatzes lag. Dies war der Beginn der Päpstlichen Schweizer gar de. Caspar von Silenen aus Uri, der sie aus der Heimat hergeführt hatte, war ihr erster Kommandant.[3]

[1] *Zwingiii Opera, ed. Schuler et Schulthess,* IV, Turici 1841, 169, hier zitiert nach PASTOR, *Geschichte der Päpste,* III, 2, 8-9. Aufl. 1926, S. 853, Anm. 2.

[2] *Bulle « Etsi Romani Pontifices » vom* 5. *Juli* 1512 - *Die Eidgenössischen Abschiede* III, 2, Luzera 1869, S. 633.

[3] cfr. *Robert Durrer, Die Schweizer g arde in Rom und die Schweizer in päpstlichen Diensten,* I, Lüzern, 1927, S. 21, Anm. 29.

Die Päpstliche Schweizergarde war nicht gedacht als Kampf truppe. Aber auch sie sollte ihr Blutopfer bringen. Am Morgen des 6. Mai 1527, dem Tag, der unter dem Namen des grauenvollen Sacco di Roma in die Geschichte eingegangen ist, haben von 189 Schweizern mit Ausnahme der 42, die gerade Palastdienst hatten und Papst Clemens VII. im letzten Augenblick durch den gedeckten Gang in der Stadtmauer zur Engelsburg brachten, alle auf dem Platz im Nahkampf mit den hereingebrochenen Sturmscharen ihr Leben geopfert. Ihr Kommandant Kaspar Röist aus Zürich wurde schwerverwundet noch ins Quartier gebracht, wo ihn die nachdrängenden Angreifer, nichtachtend seiner Frau, die sich schützend über ihn warf, niedermetzelten. Obgleich bereits in die Heimat abberufen, war er auf eigene Verantwortung geblieben, weil er es für unvereinbar mit seiner Ehre hielt, gerade jetzt, wo Gefahr drohte, den Papst im Stich zu lassen. Diese Treue und der Umstand, dass damals die Glaubensspaltung bereits durch seine Heimat und seine eigene Familie hindurchging, gestaltet seinen und seiner Gefährten Tod besonders erschütternd.[4]

Jenen Schweizern soll ihr blutiger Tod nie vergessen sein, so wenig wie der Schweizergarde, die am 10. August 1792 an den Tuilerien sich opferte. Unser hochseliger Vorgänger Pins XI. hat recht und edel gedacht, als er das Ehrenmal Kaspar Röists und seiner Gefährten im Hof eures Quartiers persönlich enthüllen und weihen wollte. Ihr selbst konntet zum Tag der Eidesleistung keinen besseren wählen als den Jahrestag des Sacco di Roma, und ihr habt sinnvoll auch eure Jubiläumsfeier auf den heutigen 6. Mai verlegt.

Unsere Vorgänger haben später in gefährlichen Augenblicken, wenn der Kampf mit der Waffe drohte, die Schweizergarde in das Innere des Palastes zurückgezogen. So 1798, als Pius VI. genötigt wurde, den Quirinal und Rom zu verlassen, so 1809, als Pius VII. von dort abgeführt wurde, so 1848, als die aufgehetzte Menge an die Fenster jenes Palastes heranstürmte und die Garde keine Miene machte, als ob sie sich kampflos ergeben wollte. Die Päpste beabsichtigten, sinnloses Blutvergiessen zu vermeiden.

Aber etwas von dem Ehrgefühl Kaspar Röists und seiner Gefährten muss euch, geliebte Söhne von der Schweizergarde, immer bleiben und euch immer beseelen. Ihr leistet nicht einen beliebigen Söldnerdienst, der sich rein geschäftsmässig, ohne höhere sittliche Idee, verstehen und

[4] **vgl. *Durrer,* S, 405-407.**

abwägen liesse ; ihr liestet euren Treueid dem Nachfolger Petri und Stellvertreter Christi, und ihr seid durch die Art eures Dienstes mitberufen, die Würde des Apostolischen Stuhles zu vertreten und darzustellen. Wo Besucher an den Toren des Vatikans um Einlass bitten, werden sie von euch empfangen. Wo grosse Kundgebungen stattfinden, gehört ihr zu denen, die den Ordnungsdienst versehen. Wo der Papst erscheint, seid auch ihr in seinem Gefolge. Es kann nicht anders sein, als dass eure gute Haltung, Gewissenhaftigkeit, Ordnungsliebe und Beherrschtheit, Freundlichkeit - dass dies alles anziehend wirkt, dass es Vertrauen und Achtung weckt. Das « *fortiter et fideliter* - tapfer und treu » am Löwen von Luzern gilt also auch für euch.

Wir benützen die Gelegenheit, um euch, geliebte Söhne, ein Wort des Dankes zu sagen für die guten Dienste, die ihr dem Heiligen Stuhl, Unseren Vorgängern und Uns selbst erwiesen habt. Wir dürfen dem Dank ein Wort väterlicher Ermahnung beifügen : Wenn eure Pfichterfüllung echt und durchhaltend sein soll, so muss der äusseren Verrichtung die innere Gesinnung entsprechen, dass ihr auch wirklich um der Kirche, um Christi, um Gottes willen dient. Solche Gesinnung kann aber nur erwachsen aus dem Boden eines gottesfürchtigen Lebens und aus gläubiger Opferbereitschaft. Ihr habt in euren Reihen immer Kameraden gehabt, die euch mit dem guten Beispiel vorangingen, auch und gerade durch ihre religiöse Haltung .Ihr achtet sie. Ahmt sie nach und wandelt auf ihren Wegen !

L'un des hommes d'Etat catholiques de la Confédération, dont tous les Suisses connaissent le nom et apprécient l'œuvre, a écrit en 1935 : « Je considère comme un grand honneur pour mon pays qu'il continue à fournir au Chef de la Catholicité sa garde personnelle. Le Saint Siège témoigne ainsi à la Confédération Suisse son amitié efficace ». [5]

Ces mots signifient au fond que la Garde Suisse apparaît en quelque sorte comme le symbole des bonnes relations entre le Saint Siège et la Confédération et contribue à les renforcer quand elles existent ; cela vaut du passé, ne serait-ce que parce que plusieurs de ses commandants ont rendu à l'une ou l'autre des parties intéressées aes services diplomatiques appréciés ; qu'il suffise de rappeler pour le 1(5" siècle Jost Segesser von Baldegg. Les relations s'établirent d'une manière particulièrement étroite entre le Saint Siège et le Canton catholique de Lucerne. De la fa-

[5] **Dans *Gaston Castella, La Garde fidèle du Saint Père,* Préface, p. 16.**

mille Lucernoise des Pfyffer von Altishofen sont sortis jusqu'à dix de vos commandants. Pour ces cent dernières années, un nom au moins mérite d'être relevé dans la série remarquable des Chefs de votre Corps : Le Comte Louis de Courten dont Nous-mêmes pouvions écrire, lorsque déjà avancé en âge il mourut en 1937 : « Le Comte de Courten a bien mérité du Saint Siège, et son nom occupera une place d'honneur dans l'histoire glorieuse de la Garde Suisse ».[6]

Mais Nous appliquons aussi volontiers les paroles de Joseph Motta au présent et à l'avenir. Il est surtout une question de première importance, au sujet de laquelle le Saint Siège et les hommes responsables de la Suisse savent toujours se rencontrer et se comprendre : l'action en faveur de la paix et de la collaboration des peuples. Nous ne pouvons que confirmer les catholiques Suisses dans la persuasion que c'est leur devoir de mettre en œuvre les valeurs intellectuelles et spirituelles qui leur sont propres, pour résoudre les problèmes de la vie publique.

Il Ministro di Svizzera in Roma Pietro Falk annunziava il 18 febbraio 1513, vale a dire due giorni prima della morte del grande Pontefice Giulio II, che questi si era ricordato con elogio e fiducia anche degli Svizzeri e aveva detto : ((*Ipsi servabunt nobis et ecclesiae Romanae Fidem, prout hactenus fecerunt* ».[7]

Probabilmente il morente Pontefice pensava anche alle difficili circostanze politiche di quel momento in Italia. Ma la Guardia Svizzera può ben prendere quelle parole nel significato religioso e morale e applicarle a sè stessa, poiché la sua storia di 450 anni ne conferma la verità. Esse inoltre sono al tempo stesso un impulso alla disciplina e al valore ed un segno del vostro profondo senso di responsabilità. Studiatevi dunque di essere sempre pari al vostro ufficio nel servizio di Dio, perchè allora sarete anche fedeli alla Chiesa e al suo Capo visibile.

Con tale voto e in pegno della Nostra paterna benevolenza, impartiamo dí cuore a voi e a tutti gli altri qui presenti, non meno che alle vostre famiglie, l'Apostolica Benedizione.

[6] *Paul Krieg u. Leonard Von Matt, Die Päpstliche Schweizer garde,* **Zürich, 1948, P 30.**

[7] *Collect. Girard,* **in der Kantonsbibliothek Freiburg, VIII n. 99; qui citato da** *Durrer,* **S. 169.**

II

Iis qui interfuerunt Conventui medicorum, in oppido .« San Giovanni Rotondo » habito, quique « Symposium » de morbis « arterias coronarias » afficientibus celebrarunt. *

Les circonstances qui motivent votre présence ici, Messieurs, sont pour Nous un motif de grande joie et, pour tant d'hommes qui souffrent, les prémices d'un grand espoir. C'est en effet pour marquer d'un éclat exceptionnel l'inauguration de l'Hôpital de San Giovanni Rotondo que vous avez voulu tenir un Symposium sur les maladies des coronaires, et souligner ainsi la signification de cette nouvelle institution, appelée à introduire dans le soin des malades une conception à la fois plus prof ondémente humaine et plus surnaturelle. Nous vous accueillons donc avec empressement et vous disons toute Notre estime pour la noble profession, que vous exercez, et pour les fins élevées qu'elle poursuit.

L'Hôpital de San Giovanni Rotondo, qui ouvre maintenant ses portes, est le fruit d'une intuition des plus hautes, d'un idéal mûri longuement et affiné au contact des formes les plus diverses et les plus cruelles de la souffrance morale et physique de l'humanité. Celui, qui par fonction est appelé à soigner les âmes ou les corps, ne tarde pas à mesurer à quel point la douleur corporelle sous tous ses aspects met en cause l'homme entier et jusqu'aux couches les plus profondes de son être moral ; elle l'oblige à se poser à nouveau les questions fondamentales de sa destinée, de son attitude envers Dieu et les autres hommes, de sa responsabilité individuelle et collective, du sens de son pèlerinage terrestre. Aussi la médecine qui veut être vraiment humaine, doit aborder la personne intégralement, corps et âme. Mais d'autre part, elle en est incapable par elle-même, puisqu'elle ne détient aucune autorité ni aucun mandat l'habilitant à intervenir dans le domaine de la conscience. Elle appelle donc des collaborations qui prolongeront son oeuvre, la conduiront à son véri table aboutissement. Placé dans les conditions idéales au point de vue matériel et moral, le malade aura moins de peine à reconnaître en ceux qui travaillent à le guérir, des auxiliaires de Dieu, soucieux de préparer la voie à l'intervention de la grâce, et c'est l'âme elle-même qui sera ainsi rétablie dans la pleine et lumineuse intelligence de ses

*** Die 8 Maii mensis a. 1956.**

prérogatives et de sa vocation surnaturelle. A cette condition seulement on pourra parler en toute vérité d'un soulagement efficace de la souffrance; c'est pourquoi le refuge de charité, de dévouement, de compréhension, qui vient de s'inaugurer à San Giovanni Rotondo, a voulu s'intituler « *Gasa Sollievo della Sofferenza* ».

On sait les fatigues, les soucis, les difficultés qui ont jalonné les progrès de cette œuvre, sans freiner l'élan qui l'a inspirée. De 1947 à 1956, elle s'est édifiée patiemment, tenacement, et se présente maintenant comme une réussite magnifique, un des hôpitaux les mieux outillés de l'Italie grâce aux perfectionnements de la technique moderne, et l'un des meilleurs des régions méridionales ; les services de radiologie et cardiologie en particulier y ont été pourvus d'installations aussi parfaites que possible.

Le symposium qui vous rassemble à l'occasion de sa mise en service aborde une matière importante et difficile, dans laquelle vous avez acquis, Messieurs, une maîtrisé que consacre le renom de vos travaux. Matière importante, car les maladies des artères coronaires sont aujourd'hui largement répandues et portent la responsabilité de nombreux décès. Matière difficile à cause de sa complexité: on y rencontre encore bien des points incertains, ainsi par exemple dans la distribution anatomique et la structure des coronaires, et dans la régulation de la vaso-constriction ou de la vaso-dilatation coronarienne. Votre Symposium envisage assez amplement le domaine de ces maladies : l'histoire des travaux qui les ont fait connaître, l'anatomie pathologique des artères coronaires, les syndromes de leurs insuffisances, les moyens actuels de diagnostic et d'étude, les remèdes prévus par la pharmacologie et la chirurgie.

On connaît depuis longtemps des syndromes cliniques en relation avec les troubles de la nutrition du myocarde, qu'ils soient dus à des altérations anatomiques ou à des vices fonctionnels du système de la circulation coronaire. Les coronarites auxquelles, à la fin du siècle dernier, on attribuait la responsabilité principale des douleurs de l'angine de poitrine, furent reléguées au second plan au profit de la théorie aortique, mais reprirent toute leur importance après la guerre de 1914 dès que les progrès de l'électrocardiographie permirent de l'utiliser pour l'étude des anomalies morphologiques du cœur. En même temps, l'histopathologie se livrait à un examen minutieux des lésions artérielles et des syndromes ischémiques du muscle cardiaque, tandis que des observations et des discussions nombreuse venaient sans cesse enrichir la documentation du sujet. Depuis une vingtaine d'années surtout, la technique de l'é-

lectrocardiographie, grâce aux travaux des écoles américaines et de Wilson en particulier, a conquis une position de premier plan parmi les méthodes d'investigation cardiologique. Les diagnostics deviennent plus •sûrs, la thérapeuthique dispose d'orientations solides. Il reste toutefois que la synthèse de données si complexes se heurte encore à bien des résistances : si la commodité de l'exposé autorise des distinctions tranchées, la réalité des faits présente des variétés de forme, qui s'échelonnent suivant une progression continue. Ainsi dans l'enologie de l'angine de poitrine et de l'infarctus, bien qu'on puisse accuser généralement des lésions anatomiques caractérisées, celles-ci manqueront parfois et l'on sera contraint de recourir à l'élément fonctionnel, plus incertain et plus déroutant. L'insuffisance de la circulation coronarienne à nourrir le myocarde peut être due à la sclérose vasculaire, mais aussi aux conditions dynamiques de la circulation du sang, par exemple aux variations de la pression, qui règne dans la portion initiale de l'aorte, et à la qualité même de son apport nutritif ; tous ces éléments dépendent eux-même de l'action du système nerveux végétatif et se rencontrent dans les proportions les plus variables à l'origine d'un même syndrome.

En ce qui concerne la douleur dans les syndromes coronariens, on tend à accorder toujours plus d'importance au rôle que joue le système d'innervation. Il n'est pas toujours possible de trouver pour justifier la douleur angineuse, une lésion organique des coronaires. Dans ce cas, le patient est considéré simplement comme un nerveux et cependant il peut arriver qu'une grave attaque douloureuse aboutisse à la mort. Il y a des cas dans lesquels, à la suite d'une douleur thoracique, on porta un diagnostic de thrombose coronaire, confirmé par le tracé electrocardiographique. Pour l'un iou l'autre de ces patients, décédé par mort violente, l'autopsie montra que les coronaires et le myocarde étaient parfaitement sains, et l'électrocardiogramme, examiné à nouveau, fut trouvé normal. Il faut par conséquent procéder très prudemment quand on formule un diagnostic.

Non moins importants, du point de vue clinique, sont les syndromes coronariens réflexes. On connaît depuis quelques dizaines d'années les rapports étroits qui existent entre les appareils digestif et cardiovasculaire, et la possibilité pour certaines affections de l'un de se répercuter différemment sur l'autre, déterminant ainsi un complexe de symptômes qu'il n'est pas facile d'interpréter. Ainsi en cas de pneumatose gastrique, de cholécystite, d'ulcère gastrique ou duodenal, de diverticule de l'œsophage, on peut voir se manifester des crises d'angine typiques. Qui ne

voit donc l'importance du chapitre de la pathologie réflexe de la circulation coronaire? Il ne faut d'ailleurs pas, dans ces cas, négliger l'intervention de facteurs prédisposants, qui déterminent le réflexe vago-cor onarien.

Parmi les causes de la sclérose coronarienne elle-même, qui constitue la base anatomique fondamentale des interprétations de la **Symptoma**tologie, l'âge vient en premier lieu ; le vieillissement artériel se manifeste ici d'une manière particulièrement grave, et la fréquence de l'infarctus traduit peut-être une conséquence du rythme trépidant de la vie moderne et de l'usure qu'elle entraîne pour l'organisme. N'est-il pas typique que, selon certaines statistiques du moins, les classes aisées de la société et les professions libérales en subissent particulièrement les atteintes? Le sexe, le type morphologique, l'hérédité se rangent aussi parmi les facteurs importants dans l'étiologie des coronarites, où la dystonie neuro-•circulatoire revendique, comme Nous le rappelions plus haut, une large place.

Les manifestations de l'insuffisance coronaire sont bien connues ; l'infarctus et l'angine de poitrine traduisent de façon aiguë la détresse d'un organe soudainement privé de ressources nutritives indispensables à son fonctionnement et qui tente dramatiquement de surmonter la crise. L'évolution de la maladie est d'abord lente et quasi silencieuse, puis l'on assiste à un accident brutal ou à une série de crises, coupées parfois de répits inattendus, et que clôture la mort subite ou précédée d'une longue et pénible infirmité.

Les recherches, auxquelles se livre la science médicale pour détailler les modalités des maladies coronariennes, tendent naturellement à instaurer une thérapeuthique plus précise et plus efficace. On a étudié méthodiquement toutes les substances vasomotrices et l'on s'efforce d'en déterminer l'action sur le système vasculaire et en particulier sur les coronaires ; on trouve des médicaments nouveaux qui viennent enrichir l'arsenal du médecin ; on tente même des interventions chirurgicales sur le sympathique et les voies nerveuses, afin de supprimer la douleur et d'obtenir une vaso-dilatation temporaire ou permanente. On a essayé aussi de renforcer le régime artériel au moyen d'une revascularisation directe, entre autres par des greffes musculaires ou pulmonaires.

Il reste que le médecin placé devant un cas précis de sclérose coronarienne doit faire appel à toute son intuition pour interpréter correctement les symptômes qu'il a sous les yeux et les résultats de l'électrocardiographie : il importe non seulement d'avoir présentes à l'esprit toutes

les possibilités d'interprétation prévues par les théories pathogéniques, mais surtout de savoir choisir par une sorte de divination, appuyée d'ailleurs sur ces théories, et encore sur la pratique clinique, la seule solution vraiment salutaire pour le malade. Les sciences de la vie, plus que d'autres, laissent place à des lacunes, à des éléments imprévisibles, et imposent au praticien une intervention prompte et avisée, sachant parfois s'affranchir des règles les mieux établies.

Le rôle étendu des causes fonctionnelles dans les insuffisances du myocarde et l'impuissance relative du traitement médicamenteux invitent à souligner l'importance des mesures prophylactiques, surtout en matière d'hygiène et de diététique, qu'il s'agisse d'équilibrer les temps de travail et ceux de repos, l'activité intellectuelle et la détente physique, de régler le régime de table ou la mise en jeu des réactions émotives. Et sans doute est-il opportun de ne pas oublier la part de l'équilibre psychologique profond, de l'aisance et de la sécurité, que confère à l'action humaine la paix intime de l'âme, lorsqu'elle est accordée aux exigences morales et spirituelles de son être.

Ainsi, dans le champ restreint de votre spécialité, c'est le comportement de l'homme tout entier qui vient se refléter. Quelle preuve plus éloquinte de l'harmonie merveilleuse, qui devrait gouverner l'être humain, si celui-ci n'y avait par sa faute introduit le désordre ! La fragilité irrémédiable de la nature s'accuse dans l'impuissance des remèdes à enrayer une déchéance progressive, comme à prévenir l'apparition de la mort subite.

La modération du genre de vie, la maîtrise de soi qui suppose l'observation des règles de l'hygiène, dictées par la structure même du corps et son fonctionnement, ne suggèrent-elles pas l'idée d'une discipline supérieure de l'esprit, faite avant tout de loyauté, de soumission humble au réel, au monde tel que Dieu l'a fait, à la société humaine et aux ordonnances qui la régissent. Le respect fondamental des lois de la vie, physique, morale et spirituelle, la reconnaissance de la souveraineté de Dieu et de son intervention miséricordieuse dans l'histoire de l'humanité pour la sauveur, doivent aller jusqu'à l'acceptation de la souffrance et de la mort. « *Estote parati, quia qua nescitis hora, Filius hominis venturus est* ». « Soyez prêts, car c'est à l'heure que vous ne pensez pas que le Fils de l'homme viendra » : cette parole du Seigneur prend ici valeur d'avertissement et révèle en même temps l'épilogue du drame: la rencontre de l'homme avec le Seigneur, vers qui il a marché. Alors seulement s'éclaire tout l'itinéraire ; c'est dans cette lumière, née de la foi, que

devient acceptable à ceux qui peinent le poids de leur douleur, sincère la compréhension et efficace le soutien de ceux qui les assistent.

Nous voudrions, Messieurs, qu'en remplissant votre noble tâche scientifique au service des hommes souffrants, vous appuyiez vos raisons de vivre et d'agir sur les certitudes les plus hautes, qué Nous venons d'évoquer, et que vous en éclairiez vos collaborateurs, vos malades et votre entourage. En appelant sur vous et sur les vôtres d'abondantes grâces divines, en les invoquant aussi sur les promoteurs de la oc *Gasa Sollievo della Sofferenza* », sur son personnel, sur ses malades et tous ses bienfaiteurs, de tout cœur Nous vous en donnons pour gage Notre bénédiction Apostolique.

III

Dirigentibus ac Sociis Sodalitatis Italicae oblatorum « corneae » et Unionis Italicae caecorum necnon praeclaris medicis mentem Summi Pontificis quaerentibus circa quosdam medentium interventus in auxilium caecorum. *

Vous Nous avez demandé, Messieurs, un mot d'orientation, d'approbation et d'encouragement pour votre Association qui veut aider les aveugles, et ceux dont la fonction visuelle est atteinte, au moyen des ressources techniques et scientifiques de la chirurgie moderne. C'est bien volontiers que Nous traitons dans cette brève allocution du but que vous vous proposez.

La documentation abondante, que vous Nous avez procurée, dépasse de loin le thème précis, que Nous avons l'intention de développer. Elle concerne l'ensemble du problème, de jour en jour plus aigu, de la transplantation de tissus d'une personne à l'autre, selon ses divers aspects biologique et médical, technique et chirurgical, juridique, moral et religieux. Nous nous limitons aux aspects religieux et moraux de la transplantation de la cornée, non entre des hommes vivants (de celle-ci Nous ne parlerons pas aujourd'hui), mais du corps mort sur le vivant. Nous serons toutefois obligé de déborder ce cadre étroit pour parler de quelques opinions, que Nous avons rencontrées à cette occasion.

Nous avons examiné les divers rapports que vous Nous avez communiqués ; par leur objectivité, leur sobriété, leur précision scientifique, les explications qu'ils, donnent sur les présupposés nécessaires d'une

*** Habita die 14 Maii mensis a. 1956.**

transplantation de la cornée, sur son diagnostic et son pronostic, ont fait sur Nous une profonde impression.

Avant d'aborder le thème proprement dit, qu'il Nous soit permis de faire deux remarques plus générales. La ((terminologie », que nous avons trouvée dans les rapports et dans les textes imprimés, distingue « autoinnesto », ou autogreffe, transferts de tissus d'une partie à l'autre du corps d'un seul et même individu ; « omoinnesto », ou homogreffe, transferts de tissus d'un individu à un autre de la même espèce (c'est-à-dire ici d'homme à homme) ; « eteroinnesto », ou hétérogreffe, transferts de tissus entre deux individus d'espèces différentes (c'est-à-dire ici entre un animal et un organisme humain). Ce dernier cas appelle quelques précisions du point de vue religieux et moral. On ne peut pas dire que toute transplantation de tissus (biologiquement possible) entre individus d'espèces différentes soit moralement condamnable; mais il est encore moins vrai qu'aucune transplantation hétérogène biologiquement possible ne soit interdite ou ne puisse soulever d'objection. Il faut distinguer d'après les cas et voir quel tissu ou quel organe il s'agit de transplanter. La transplantation de glandes sexuelles animales sur l'homme est à rejeter comme immorale; par contre la transplantation de la cornée d'un organisme non-humain à un organisme humain ne soulèverait aucune difficulté morale, si elle était biologiquement possible et indiquée. Si l'on voulait fonder sur la diversité des espèces l'interdiction morale absolue de la transplantation, il faudrait en bonne logique déclarer immorale la thérapie cellulaire, qui se pratique actuellement avec une fréquence croissante ; on emprunte souvent des cellules vivantes à un organisme non-humain pour les transplanter dans un organisme humain, où elles exercent leur action.

O Gesù Eucaristico, centro e meta di tutti i cuori, ascolta benigno la umile Nostra preghiera, che con accento commosso Ti presentiamo per questo popolo di predilezione, che in fanti modi Ti sta dimostrando la sua devozione e il suo filiale affetto; esaudisci le sue suppliche e concedigli soprattutto il dono prezioso della tua carità e del tuo amore, attraendolo, — con quel divino incanto, che già irradiavi sulla terra, allorché passavi per le città e i castelli beneficando e sanando tutti, — a ricorrere continuamente alla fonte di acque vive, al mistico banchetto, ove Tu sei

non solo il Padre che invita, ma anche la vittima che si offre in alimento. Fa che, mediante questa costante partecipazione, tutti siano una cosa sola con Te, perchè così saranno anche tutti una cosa sola, secondo la Tua ardente brama <(*ut omnes unum sint* », che hai lasciato agli uomini sulla terra come supremo Tuo testamento. E allora in questo popolo, eh'è Tuo, sarà una felice realtà l'attuazione di quel promesso Regno, che è regno di verità e di vita, di santità e di grazia, di amore e di pace.

Con questi sentimenti e con questo augurio benediciamo di cuore tutti : il Nostro amatissimo e degnissimo Legato, che con tanto decoro Ci ha rappresentati ; i Nostri Fratelli nell'Episcopato ; quanti sono costì presenti o ascoltano la Nostra voce, e tutta la dilettissima Nazione italiana,, oggetto sempre delle divine predilezioni.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

ANGBENSIS

DECRETUM

DE CAPITULI CATHEDRALIS INNOVATIONE

Cum Exc. P. D. Emmanuel Alphonsus de Carvalho, Episcopus titularis Rhaedestenus et Coadiutor cum iure successionis Exc. P. D. Gulielmi Augusti de Cunha Guimarâes, Episcopi Angrensis, ab Apostolica Sede expostulavisset ut vetustum Capitulum Cathedrale Angrense, quibusdam adductis immutationibus, nova ratione constitueretur, Sacra Congregatio Consistorialis, praehabito favorabili voto Exc. P. D. Fernandi Cento, Archiepiscopi titularis Seleuciensis pierii et in Republica Lusitana Nuntii Apostolici, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Pio Divina Providentia PP. XII tributarum, rata huiusmodi innovationem in spirituale fidelium bonum cessuram, oblatis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae forent, statuit ut exinde Angrense Capitulum Cathedrale, ceteris abrogatis, constet tribus dignitatibus, Decano nempe, Archidiacono et Cantore, atque novem canonicatibus, quorum unus canonico Theologo alius vero canonico Paenitentiario conferetur.

Collatio dignitatum et canonicatuum fiet ad normam iuris communis. Sacra Congregatio tamen indulget ut, quousque congruae praebendae constitutae non fuerint, dignitates et canonicatus iis sacerdotibus, qui alio beneficio etiam cum cura animarum sint praediti, conferri possint. Concedit insuper ut divinum officium peragatur saltem hisce qui sequun-

tur festis diebus : Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Paschatis, Pentecostes, Ssmi Corporis Christi, Assumptionis et Conceptionis Immaculatae Beatae Mariae Virginis necnon in festo Transfigurationis D.N. J.C., cui Ecclesia cathedralis dicata est.

In reliquis vero quae sacri canones de Capitulis Cathedralibus atque Capitulares Constitutiones statuunt adamussim serventur.

Ad haec omnia perficienda eadem S. Congregatio Consistorialis memoratum Exc. P. D. Fernandum Cento deputat, necessarias et opportunas ei tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem S. Congregationem Consistorialem, quam primum, remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 9 Decembris 1955.

Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 13 Novembris 1955. — Titulari episcopali Ecclesiae Burcensi, praefecit Exc. P. D. Matthiam Zvekanovic, ex Administratione Apostolica Baciensi in Jugoslavia, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ludovici Budanovié, Episcopi titularis Cisamensis et Administratoris Apostolici Baciensis in Jugoslavia.

die 15 Februarii 1956. —- Titulari episcopali Ecclesiae Cynopolitanae in Arcadia Exc. P. D. Ioannem Marcellum Rodié, hactenus Episcopum Agennensem.

die 6 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Larensi R. P. Richardum Ackerman C. S. Sp., directorem nationalem Pontificii Operis a Sancta Infantia in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis,.

quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Caroli Francisci Buddy, Episcopi S. Didaci.

die 8 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Lambaesitanae R. D. Thomam Eduardum Gill, parochum ecclesiae cathedralis Seattlensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Thomae A. Connolly, Archiepiscopi Seattlensis.

die 11 Aprilis — Titulari episcopail Ecclesiae Rhodopolitanae R. D. Alden Ioannem Bell, parochum ecclesiae cathedralis Angelorum in California, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Iacobi Francisci S. R. E. Card. Mclntyre, Archiepiscopi Angelorum in California.

die X3 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Agennensi, R. D. Rogerium Johan, canonicum Capituli cathedralis Sagiensis.

die 17 Aprilis. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Cyrrhensi Exc. P. D. Aloisium Ferrand, hactenus Episcopum Maurianensem, quem constituit Coadiutorem cum jure successionis Exc. P. D. Ludovici Gaillard, Archiepiscopi Turonensis.

die 2 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Maurianensi R. D. Joëlem Bellec, canonicum Capituli Cathedralis et Vicarium Generalem dioecesis Cori - sopitensis.

die 3 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Ravennatensi et Ecclesiae Cathedrali unitae Cerviensi R. P. D. Salvatorem Baldassarri, Antistitem Urbanum, canonicum theologum Capituli Cathedralis Faventini et professorem in Pontificio Seminario Regionali Flaminio a Benedicto Pp. XV Bononiae constituto.

— Titulari episcopali Ecclesiae Elidensi R. D. Ioannem I. Carberry, ex dioecesi Bruklyniensi, quem constituit Coadiutorem cum jure successionis Exc. P. D. Ioannis I. Bennett, Episcopi Lafayettensis in Indiana.

die 8 Maii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Tyanensi Exc. P. D. Primum Principi, Canonicum Patriarchalis Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, Oeconomum ac Secretarium S. Congregationis Fabricae S. Petri et Consultorem Supremae S. Congregationis S. Officii, quem constituit Administratorem Pontificium Patriarchalis Basilicae S. Pauli et Lauretanum necnon Delegatum Pontificium Basilicae divo Antonio Patavii dicatae.

die 10 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Vindobonensi Exc. P. D. Franciscum König, hactenus Episcopum titularem Liviensem atque Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Michaelis Memelauer, Episcopi S. Hippolyti.

die 15 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Prienensi Revmum P. D.

Iacobum Le Cordier, Antistitem Urbanum, Vicarium Generalem archidioecesis Parisiensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Mauritii S. E. E. Cardinalis Feltin, Archiepiscopi Parisiensis.

die 21 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Osnabrugensi R. D. Franciscum Demann, canonicum cathedralis Osnabrugensis atque theologiae dogmaticae professorem in Seminario Osnabrugensi.

de 22 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Chersonesitanae in Europa Revmum P. D. Carolum Cafferata, Antistitem Urbanum, directorem spiritus in seminario Rosariensi, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Antonii S. R. E. Cardinalis Caggiano, Episcopi Rosariensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Abitinensi Revmum P. D. Franciscum Vennera, Antistitem Urbanum, Vicarium Generalem et archidiaconum Capituli Cathedralis Rosariensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Antonii S. R. E. Cardinalis Caggiano, Episcopi Rosariensis.

die 25 Maii. .— Titulari episcopali Ecclesiae Assavensi Revmum D. Raymundum Lizardi, e dioecesi Civitatis Bolivarensis, Vicarium Generalem archidioecesis Caracensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Raphaelis Ignatii Arias Blanco, Archiepiscopi Caracensis.

die 28 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Mexicanae Exc. P. D. Michaelem Darium Miranda y Gómez, hactenus Archiepiscopum titularem Selymbrianum.

— Cathedrali Ecclesiae Tulancingensi Revmum D. Adalbertum Almeida Merino, e dioecesi Chihuahuensi, directorem spiritus in seminario dioecesano.

III

NOMINATIO

Decreto die quarto Februarii mensis a. 1956 dato, Sacra Congregatio Consistorialis nominavit Elmum P. D. Josephum S. R. E. Cardinalem Wendel, Archiepiscopum Monacensem et Frisingensem, *Vicarium Castrensem Reipublicae Foederalis Germanicae.*

An. et vol. XXXXTIII 23 Iulii 1956 (Ser. II, v. XXIII) - N. IO

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

IACAREZINHOENSIS

(LONDRINENSIS-MARINGAËNSIS)

A DIOECESI IACAREZINHOENSI QUAEDAM SEPARANTUR REGIONES, EX IISQUE DUAE FORMANTUR DIOECESES, LONDRINENSIS ET MARINGAËNSIS APPELLANDAE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Latissimas partire Ecclesias easdemque aptioribus circumscribere finibus Nostrum esse in primis arbitramur, quibus nil anxius, nil antiquius -est quam omnibus hominibus, qui christiano decorantur nomine, supernae salutis viam tutiorem reddere, eosque cunctis catholicae religionis commodis atque utilitatibus providere. Cum ergo acceperimus venerabilem Eratrem Armandum Lombardi, Archiepiscopum titulo Caesariensem Philippi et in Brasiliana Republica Apostolicum Nuntium, ab hac Romana Sede petivisse ut, distracta Iacarezinhoensi Ecclesia, duae conderentur dioeceses, ne optimi incolae septemtrionalis regionis Civitatis Paranensis, in Brasilia, congrua carerent curatione ; atque in id consentire Gerardum de Proença Sigaud, Iacarezinhoensem Episcopum, simulque Emmanuelem da Silveira d'Elboux, Archiepiscopum Curitibensem,

ceterosque Ordinarios locorum ex ecclesiastica Provincia Curitibensi; adhibitis precibus libenti concedimus animo. Quam ob rem, consilio audito venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis consistorialibus praepositorum, re attente considerata et consensu eorum suppleto, qui in hac regionum rerumque partitione aliquid iuris habeant vel se habere putent, summa Nostra usi potestate sequentia statuimus. A Iacarezinhoensi dioecesi id territorii separamus, quod municipia complectitur vulgato nomine : Londrina, Alvorada, Apucarana, Arapongas, Araruva, Astorga, Bela Vista, Cambé, Catugí, Centenario, Faxinal, Florestópolis, Ibiporâo, Jaguapitäo, Lupionópolis, Porecatú, I° de Maio, Rolândia, Sabaudia, Santo Inacio, Sertanópolis ; ex quibus in unum coniunctis dioecesim creamus *Londrinensem* appellandam, quae iisdem terminabitur limitibus atque municipia, quae numeravimus, cuiusque episcopalis Sedes urbs Londrina erit, cathedra pontificalis auctoritatis collocata in templo Ss. Cordis Iesu, inibi exstante, quod idcirco dignitate cathedralis aedis decorabitur. Item ab eadem Iacarezinhoensi dioecesi regionem distrahimus, quae municipiis vulgo Maringá, Alto Paraná, Jandaia, Mandaguacú, Mandaguarí, Marialva, Nova Esperança, Paranavai componitur, eamque in novae formam redigimus dioecesis, *Maringaënsis* nuncupandae atque iisdem terminis definiendae quibus ista oppida concluduntur ; urbs caput, ut patet, erit Maringá, in qua suum Episcopus habebit domicilium, in cuiusque templo B. M. V. caelo receptae pontificalem cathedram ponet; quod idcirco cathedralium aedium decore fruetur. Sacri igitur dioecesium Londrinensis ac Maringaënsis Pastores omnia habebunt iura, potestates, honores et insignia quae omnibus pari dignitate debentur Episcopis; attamen iisdem tenebuntur oneribus et officiis. Quod ad metropolim attinet, cui novae dioeceses ut suffraganeae posthac subicientur, decernimus ut ea sit Curitibensis Ecclesia, cuius Archiepiscopo quos diximus Praesules obnoxii erunt. Cum autem secundi uniuscuiusque Ecclesiae cursus ac fecunditatis ratio magnam partem pendeat e puerorum delectu atque institutione, qui uberrimam animorum messem considerantes ad Evangelii operariorum numerum ascribi cupiunt, volumus ut in unaquaque harum dioecesium seminarium saltem elementarium, ad Iuris normam et iuxta leges a S. Congregatione seminariis studiorumque universitatibus praeposita latas, cito excitetur, ex quo adulescentes ad tempus eligantur et in hanc almam Urbem, in aedes Pontificii Ephebei Piani Brasiliani mittantur, philosophia ac theologia rite excolendi. Nobis est pariter voluntas ut

Canonicorum Collegium in unaquaque nuper erecta dioecesi habeatur, Episcopis consilio, opere, sollertia iuvandis in gravioribus Ecclesiarum negotiis ; quoadusque tamen id constitui nequeat per translaticias Apostolicas Litteras, sinimus ut Canonicorum loco dioecesani Consultores renuntientur, ad normam canonis 423 C. I. C. Mensam episcopalem, quam vocant, novarum dioecesium sive fructus singularum Curiarum constituent, sive a fidelibus ultro datae res ac pecuniae, sive dos a Brasiliana Republica tribuenda, sive denique portio opum bonorumque quae, peracta mensae Iacarezinhoensis divisione, iuxta canonem 1500 C. I. C, hisce dioecesibus pro rata parte obveniet. Iussis pariter Canonici Iuris omnia regantur, quae ad Ecclesiarum regimen et administrationem respiciunt, ad Capitularis Vicarii, Sede vacante, electionem aliaque istius generis. Volumus denique ut, simul atque hae Litterae Nostrae ad exsecutionem fuerint deductae, clerici dioecesi illi habeantur annumerati, in cuius territorio, his Litteris descripto, legitime degunt ; utque pariter omnia documenta et acta, ad novas quovis modo spectantia Sedes, ad ipsarum Curias e Iacarezinhoensi dioecesi mittantur, diligenter in tabulario asservanda. Quae hisce Litteris statuimus venerabilis Frater Armandus Lombardi, quem supra diximus, ad rem adducet, vel ille qui, eo tempore quo ad effectum operis venturum sit, Apostolicae Brasilianae Nuntiaturae praeerit, facta potestate et alium virum ad hoc delegandi, dummodo ecclesiastica dignitate pollentem. Qui vero rem egerit, huic onus imponimus factae dioecesium ordinationis documenta exarandi, horumque exempla ad S. Consistoriale Consilium quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat, quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit

vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

© Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXII, n. 52.

Il

PORTUS HISPANIAE

(CASTRIESENSIS - S. GEORGII IN INSULA GRENADA)

AB ARCHIDIOECESI PORTUS HISPANIAE QUAEDAM SEPARANTUR INSULAE, E QUIBUS DUAE CREANTUR DIOECESES, ((CASTRIESENSIS)) AC ((S. GEORGII IN INSULA GRENADA)) NUNCUP AND AE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Crescit Ecclesia sancta, sicut arbor illa e grano sinapis orta, atque frequentiores populos in dies complectitur eosque Deo parit, quae cunctorum hominum salus, magistra ac mater ab ipso rerum Domino creata est. Quam ob rem, cum preces venerabilis Frater Aloisius Raimondi, Archiepiscopus titulo Tarsensis et in Haitiana Republica Apostolicus Nuntius, huic Apostolicae Sedi adhibuerit ut latissimum archidioecesis Portus Hispaniae territorium pararetur, ex eoque duae efficerentur dioeceses, ad sanctissima quaeque christianae religionis dona optimis istis gentibus aptius comparanda, ideo Nos, quibus superna voluntate universae regimen Ecclesiae commendatur, haec plane accipienda esse postulata censemus. Ratum igitur habentes quid venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Consilio Christiano Nomini Propagando praepositi esse faciendum decreverint, quibus peculiares ad

huiusmodi gerenda negotia fecimus potestates ; re attente considerata, et consensu eorum suppleto, qui in hac re aliquid iuris habeant, de summa Nostra potestate sequentia decernimus atque statuimus. Ab archidioecesis Portus Hispaniae territorio eam separamus insulam, cui nomen est S. Lucia, eandemque in novae dioecesis formam redigimus, *Gastriesensis* a principe Castries urbe appellandae ; in qua urbe sedes erit. ac domicilium Episcopi, cathedra pontificalis magisterii in templo collocata, quod est Intaminato B. Mariae Virginis Conceptui sacrum; quam dioecesim curis atque sollertiae committimus Sodalium Congregationis Lucanensis Filiorum B. M. V. ab origine Immaculatae. Item ex eadem metropoli Portus Hispaniae insulas distrahimus vulgo Grenada, Ronde, Carriacou, Little Martinique, Union, Mayreau, Canouan, Mustique, Bequia et St. Vincent, ipsisque insulam Barbados adiungimus, quam ab apostolico vicariatu Guyanae Anglicae separamus, ex iisque in unum redactis novam dioecesim condimus, quam *8. Georgii in' insula Grenada* volumus appellari, ab insulae atque urbis principis nomine, quae dioecesis caput erit atque Episcopi sedes ; qua de re volumus ut cathedra in templo S. Georgii, in eadem insula, exstet, utque dioecesis regimen ac gubernatio Ordini Fratrum Praedicatorum committatur. Sive igitur Castriesensis atque S. Georgii in insula Grenada dioecesibus, sive cathedralibus templis, nunc constitutis, sive earum pro tempore Praesulibus omnia privilegia et honores concedimus, quae ad ceteras pari dignitate Ecclesias, ad cathedrales aedes atque ad earum Episcopos iure spectant. Praesules tamen propriis officiis atque obligationibus volumus oneratos, quibus omnes per terrarum orbem Episcopi similiter astringuntur. Volumus autem ut hae novae dioeceses iuri S. Congregationis Fidei Propagandae subici pergant; utque metropoli Portus Hispaniae, a qua principium ducunt, ceu suffraganeae subdantur, earumque Praesules auctoritati Archiepiscopi Portus Hispaniae sint obnoxii. Decernimus praeterea ut, quoadusque Canonicorum Collegium nequeat constitui, Consultores dioecesani in unaquaque Ecclesia renuntientur, quorum consilio et opere Episcopi iuventur. Item, quo diligentius adulescentuli instituantur, qui Evangelii praedicandi cupidi ad sacerdotium aspirent, curent iidem Praesules ut, ubi primum poterunt, seminarium saltem elementarium in sua quodque dioecesi erigatur. Episcopalis mensa, quae dicitur, iis constabit bonis, si qua sint, quae insulis ab archidioecesi Portus Hispaniae distractis, pro rata parte, accedunt, sive emolumentis quae constitutis Curiis obvenient, sive pecunia a S. Consilio Fidei Propagandae atque a fidelibus offerenda. Quod autem attinet ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad fidelium et sacerdotum iura

et onera aliaque huiusmodi, ea serventur quae Iure Canonico iubentur. Quod denique ad clerum spectat, decernimus ut simul atque hae Litterae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici illi Ecclesiae habeantur ascripti, in cuius finibus optimo iure degunt. Quae Nostris Litteris praecipimus venerabilis Frater Aloisius Raimondi eflìcienda curabit, vel is qui eo tempore, quo haec mandata ad rem adducentur, Apostolicae in Haitiana Republica Nuntiaturae praeerit; cui vero contigerit exsequendum negotium, illi omnes necessarias ad id facimus potestates, cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro ecclesiastica dignitate pollenti. Idem pariter venerabilis Frater effectam rem in acta referat eorumque exempla, ad unguem exacta, ad **S.** Consilium Fidei Propagandae quam primum mittat.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corruinpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSTJS Card. COSTANTINI
/S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafinij *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXII, n. 35.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ECCLESIA B. MARIAE V. « DE GUADALUPE », INTRA FINES TOLETANAE ARCHIDIOECESIS EXSTANS, TITULO BASILICAE MINORIS EXORNATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Augusta Virgo Deipara, quam « de Guadalupe » vulgo appellant, religiosissima est, ut omnes norunt, apud Hispaniae gentes ceterosque populos, qui illius utuntur sermone : hanc habent peculiarem tutricem suam, hanc volunt rebus suis praeesse, et perpetuis venerantur obsequiis. Cuius cultus quasi caput est Templum eidem Dei Genetrici, nomine illo nuncupatae, sacrum et intra fines archidioecesis Toletanae situm ; quod, saeculo xiv a rege Alfonso xi excitatum, postquam Guadalupensis Virginis ope insignem victoriam reportavit a Saracenis, munificentissime auctum fuit et locupletatum. Exeunte vero saeculo, quod supra dictum est, prior Aedes a monachis Sancti Hieronymi, eius loci tum temporis custodibus, ingenti molitione producta est et amplificata atque in eam redacta formam, ut artis Gothicae speciem prae se ferret eximiam ; quam anno MCCCCII Archiepiscopus Toletanus sollemni ritu consecravit. Circum autem exstructa sunt peristylia, quibus Templo non modica additur venustas, atque condita Xenodochia, quo plurimi Christifideles pietatis causa accedentes recipi possent. Est enim memorandum eo loci Deiparae cultores turmatim se effundere consuevisse, eosque non solum ex tenuioribus ordinibus sed etiam illustri loco natos, sacrorum Antistites, imperia et potestates. Quam vero miserentem quamque benignam se praebuerit inclita Mater Dei, submisse exorata, testantur monumenta et munera amplissima. In gravissimis etiam negotiis Guadalupensis Virgo quasi praesens numen caeleste affuit, ut cum Ferdinandus rex urbem et regnum Granatense expugnavit, et Christophorus Columbus terras adhuc incógnitas exquisivit. Non est igitur mirandum si Apostolica haec Sedes istud Marianae religionis domicilium muneribus eximiis, praesertim indulgentiis, donaverit, si Beatam Mariam Vir-

ginem de Guadalupe caelestem praecipuam Patronam regionis « Extremadurae » renuntiaverit et anno MDCCCCXXVIII eius Imaginem aureo diademate, augusto Ecclesiae ritu, siverit redimiri. Postquam autem saeculo proxime elapso Monachi ex eo loco disturbati sunt, bona ablata et haec summa olim Hispaniae Mariana Aedes pessum data, religio Virginis Guadalupensis novis est aucta incrementis opera et studio Sodalium Franciscalium, quibus idem Templum rebus tandem compositis, est creditum. Quod inter visentes non est quin amplam admiretur molem, sacella a latere posita, opera artificiosa, velut scrinium a Philippo II rege dono datum, quo Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum asservantur, tabulas summa colorum venustate pietas, clatros e ferro procuso, sacri lavacri fontem, chori subsellia; non est cui egregie non probetur sacellum Divi Hieronymi propter insigne structurae genus, aptam partium cohaerentiam, ornamentorum exquisitam compositionem, imaginum pulchritudinem singularem; nec est denique cuius animum non permoveat ipsa effigies Beatae Mariae Virginis Guadalupensis, subnigro colore serenoque vultu. Ceterum domus Dei decori propterea etiam consultum est, quod plures ibi administri sacrorum ex Ordine Franciscali rebus divinis operam navant et affatim habentur vestes arte laboratae augustisque ritibus accommodae et supellex pretiosa vestita metallis. Quibus perpensis, dilectus filius Iulius Elorza, Minister Provincialis Baeticae Provinciae Ordinis, quem diximus, Nos submisse rogavit ut Templum, tot laudibus ornatum, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus, Dilecti Filii Nostri Henrici Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Pia y Deniel, Archiepiscopi Toletani, commendatione suffulti, Nos, pro Marianae religionis propagandae studio, libenti animo statuimus concedere. Quae cum ita sunt, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam Deo in honorem Beatae Mariae Virginis « de Guadalupe », intra Toletanae archidioecesis fines, consecratam, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae Templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri,

si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvn mensis Iunii, anno MCMLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

NOVA STATUTA DANTUR PONTIFICIAE ACADEMIAE THEOLOGICAE ROMANAE

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Magistra veritatis Ecclesia theologicam disciplinam, quippe quae in Deo versetur rebusque sacris, nullo non tempore impenso coluit studio, estque annisa ut clerici, in sortem Domini vocati, ea penitus erudirentur. Eos enim, qui caeleste quoddam munus in terra obeunt, quorumque est populos nutrire christianae doctrinae pabulo et hanc adversus falsar um opinionum commenta defendere, Theologiam decet caliere omnino. Ex huiusmodi consilio, ineunte saeculo **XVIII**, auspice Clemente PP. XI, Decessore Nostro rec. mem., condita est in Urbe Academia Theologica, scilicet divinarum disciplinarum sedes et nobilium ingeniorum altrix, unde, quasi e capite, utilitates maximae in rem Catholicam manarent. Hoc igitur studiorum domicilium Summus Pontifex, quem diximus, datis Apostolicis sub anulo Piscatoris Litteris die xxiii mensis Aprilis anno MDCCXVIII, legibus rite constituit et privilegiis locupletavit. Benedictus autem PP. XIII, item Decessor Noster, qui, cum Purpurati Patris frueretur honore, ((summa cum animi... iucunditate » (cf. Litt. Apost. d. **VI** m. Maii, a. MDCCXXVI) eiusdem Academiae coetibus et exercitationibus interfuerat, considerans, « quantum splendoris, atque ornamenti Almae Urbi praefatae, nec non utilitatis universae Reipublicae Christianae accederet, si eadem Academia novis, validioribusque praesidiis constabiliretur, quorum ope firmius subsisteret, maioresque in dies progressus faceret » (cf. ibid.), ea, quae Clemens PP. XI providenti animo salubrique consilio instituerat, non solum rata habuit sed etiam benevolentiae suae muneribus luculentis cumulavit. Sua-

vissimos deinde et nberrimos fructus, qui ex hac Theologica Academia sunt profecti, agnoscens, Clemens PP. XIV non dispari munificentia et benignitate eam est prosecutus. Haec igitur insignis famaque nobilis doctrinae quasi officina ((habuit inde ab origine breves quasdam Leges» — ut supra diximus — « quibus tamquam principiis positis ampliores deinde, prout res postularet, conderentur » (cfr. Constit, a Gregorio PP. XVI, approb.). Quod opus Gregorius PP. XVI, Decessor Noster fel. rec, perfecit, statuta sapientiae plena die xxvi mensis Octobris anno **MDCCCXxxvin** Apostolica auctoritate approbando. Nunc autem expedire visum est propter mutatas temporum ac rerum condiciones eas leges in novam redigi formam, quo magis ad ea, quae nostra postulet, aetas, sint accomodatae. Precibus igitur ad Nos admotis, ut novas eiusmodi leges probaremus, benigne obsecundantes volentesque, ut egregia haec studiorum sedes amplioribus augescat incrementis, Nos, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum *Statuta Pontificiae Academiae Theologicae Romanae,* rite concinnata et recognita, approbamus et confirmamus iisque Apostolicae sanctionis robur adicimus, dummodo conveniant cum germano exemplo primigenio, cuius prima verba sunt « Theologica Romana Academia », extrema autem « opportune emendata et confirmata sit », nempe sint tenoris qui sequitur : Art. I. Theologica Romana Academia, Apostolicis Litteris Clementis Pp. XI sub forma Brevi datis d. xxm m. Aprilis a. D. **MDCCXViii** constituta, a Romanis Pontificibus Benedicto XIII (Litt. *In excelsae* d. vi m. Maii a. D. **MDCCLXXVI**), Clementis XIV (Litt. *Ex commisso,* d. xxvn m. Aprilis a. D. **MDCCLXX**) rite probata multisque privilegiis aucta, proprias habuit leges a Gregorio XVI d. xxvi m. Octobris a. D. **MDCCCXxxvin** sapienter statutas, quae, nostrae aetatis conditionibus aptatae, praesentibus Constitutionibus confirmantur. — Art. II. Finis laudatae Academiae est fovere atque provehere theologica studia adeo ut velut « Centrum » quoddam sit uberioris institutionis et utilium hac in re novitatum cognitionis iis qui sacras disciplinas colunt. — Art. III. Academia semper sub tutela est S. R. E. Cardinalis Praefecti pro tempore Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Cardinalis hic Protector Praelatum a secretis nominat. — Art. IV. Academia a S. Congregatione de Seminariis atque Studiorum universitatibus dependet. — Art. V. Academia constat Sacerdotibus qui ob praeclara merita in sacris disciplinis excolendis a Cardinali Protectore socii nominantur, proponente Praelato a secretis, qui prae-

viiun sodalium Consilii assensum exquisiverit. — Art. VI. Praelatus a secretis nominatur prout in art. III cautum est. Ipsius est, adiuvante sex sociorum Consilio, Academiam sollicite moderari, tum ad rectum quod spectat rerum cursum, tum ad Statutorum fidelem observantiam. — Art. VII. ConsiliumAcademiae sex constat sodalibus qui, a sociis ordinariis electi, Cardinalis Protectoris, audito Praelato a secretis, confirmatione indigent. Iidem triennium in munere manent, quo elapso iterum iterumque eligi possunt. — Art. VIII. Consilio, cui praesidet Praelatus a secretis, deliberandum est de omnibus gravioribus Academiae negotiis. Quamobrem semel saltem in anno a Praelato a secretis convocabitur, atque insuper cum id Cardinali Protectori expedire visum fuerit, vel id tres Consilii sodales postulaverint. — Art-r IX. In Academia officia exstant Archivistae-Bibliothecarii et Camerarii seu pecuniariae rei Administratoris. Uterque Officialis, a Consilio designatus, a Cardinali Protectore nominatur. — Art. X. Socii Ordinarii Academiae sunt numero quadraginta, quorum viginti saltem Romae vel in Latio sedem habeant. Qui vero extra Latium sedem habent, vitae Academiae quae doctrinae indagationem spectat interesse tenentur, itemque coetibus saltem praecipuis eiusdem Academiae. — Art. XI. Praeter ordinarios socios, nominari possunt a Cardinali Protectore, proponente Consilio, etiam socii qui vulgo « corrispondenti » appellantur, quorum numerus clausus non est. — Art. XII. Praelatus a secretis coetus sociorum indicere debet, postquam cuiusvis coetus agenda dicendaque (seu quod quidem « ordo diei » vulgo appellatur) Consilii sodalibus Cardinalique Protectori probanda subiecerit. Exemplar programmatis cuiusvis coetus omnibus sociis mittendum curabit, addita invitatione, ut statis die et hora adsint. — Art. XIII. Academia, ad finem suum adsequendum, conventum theologicis studiis promovendis saltem singulis annis instituet, ephemerides theologicis novis documentis librisque illustrandis edendas curabit, Bibliothecam cuius libri sociis commodentur constituet. — Art. XIV. Praelatus a secretis, annuente Consilio, Cardinali Protectori adprobanda subiciet alia incepta, singula aut plura, semel tantum aut periodice peragenda, ut Academiae finis pleniorem effectum assequantur.

— Art. XV. Camerarius seu pecuniariae rei Administrator quotannis oeconomicam Academiae relationem Cardinali Protectori probandam subiciet, postquam huiusmodi relatio a Consilii sodalibus opportune emendata et confirmata sit. — Hisce simul Litteris et auctoritate Nostra abrogamus et abrogata esse declaramus ea omnia, quae hisce Statutis, per Nos approbatis, non continentur. Constituimus praeterea, ut Purpuratus

Pater, qui pro tempore Sacrum Consilium Seminariis studiorumque Universitatibus praepositum moderetur, eiusdem Pontificiae Academiae Theologicae Romanae, quemadmodum in ipsis legibus per Nos probatis scriptum est, Patronus seu Protector sit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Iunii, anno MDCCCCLVI, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULA

AD REVMUM P. D. LA GIER CAROLUM, PROTONOTARIUM APOSTOLICUM AD INSTAR PARTICIPANTIUM, CONSOCIATIONIS AB «OPERE ORIENTIS» MODERATOREM GENERALEM: SAECULO EXEUNTE AB IPSO OPERE CONDITO.

PIUS PP. XII

Dilecti filii, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Primo volvente saeculo ex quo consociatio ab « Opere Orientis », cui tu digne praees, feliciter condita est, tibi ceterisque sodalibus tuis admodum gratulari libet, cum e studio gloriae divinae, quo vobis animus ardet, nec pauca hauserimus nec ea communia laetitiae argumenta.

Siquidem Nobis probe compertum est, quantum in hoc Opere momenti insit ad rem catholicam in Orientis regionibus tuendam provehendamque, cui quidem vos, precando suppeditandoque opes, alacri studio favere contenditis. Ac multa non sine spe grate nostra vehitur cogitatio ad salutaria huius Instituti suscepta incrementa, quod, primum in

Gallia modicis initiis excitatum, mox tamquam granum sinapis in ingentem excrevit arborem suosque frondentes ramos per Ecclesiam late diffudit. Ostendit id et declarat sodalitatem vestram, quod quidem laudi solacioque est, carissimam christiano populo esse eiusque flagrantibus votis respondere. Ceterum quis ignorat maternam Ecclesiae caritatem, quamvis de singulis gentibus mirabiliter sit sollicita, ad Orientales tamen regiones, olim tantopere christiana luce collustratas, solitam esse peculiari misericordiae sensu respicere? Enimvero ibi salutis humani generis incunabula christianaeque sapientiae primordia, atque illinc profecta primum Evangelii praedicatio in omni terrarum orbe personuit.

Haec tamen studia et industriae a vobis, dilecti filii, tam egregie usque adhuc in Ecclesiae bonum collata, si alias umquam, hodie praesertim *oh* difficilia praesentis aetatis adiuncta commendationem Nostram omnino postulare videntur. Iamvero recentiores apud illos populos rerum eventus, itemque civilis cultus progressus novaeque illic nuper constitutae Nationes, efficiunt ut copiosiora in dies desidererentur omne genus subsidia, sive ad catholica opera et instituta, quae illic innumera florent, iuvanda, sive ad eadem, ubi opus est, tempestivo tempore excitanda ; quae profecto id quoque emolumenti habent, ut qui a catholica tam diu dissident unitate, ad eam, divina favente gratia, facilius revocentur.

Pergite igitur, dilecti filii, ut facitis, curas vestras in nobilissimum hanc causam sedulo conferre, vestraque actuosa opera, bona illa seges, quae uberes pollicetur fructus, altiores quotidie radices agat, beneque Deo adiuvante adolescat. Ac placet idcirco addere ex intimo animo votum, ut consociatio ista, quae tam insigni meritorum copia conspicua est, quaeque in Gallia praesertim, in Canadia, in Belgio atque in Mexico tam frequentissimum sodalium numerum est assecuta, ibidem potissimum maiora in dies incrementa capiat novisque amplificetur asseclis, rei in primis Episcoporum cura favente.

Dum haec vota benignissimo Servatori nostro in rem deducenda committimus, tibi, dilecte fili, atque universis qui in « Opus Orientis » socii sunt adlecti, itemque cunctis inceptis in quae vires insumitis, Apostolicam Benedictionem, superni auxilii auspicem, impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die **VII** mensis Maii, anno **MDCCCCLvi,** Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Docentibus atque alumnis ex Instituto Iuris canonici et Historiae iuris in Universitate Studiorum Vindobonensi. *

Wir heissen Sie willkommen, geehrte Herren, die Sie der Weg aus Wien nach Rom und zu Uns geführt hat.

Sie widmen sich dem Studium und der Erforschung des kanonischen Rechts und der Rechtsgeschichte. Beide Gebiete, das erste von Natur und notwendig, aber auch das zweite bringen Sie in Berührung mit dem Rechtsleben der katholischen Kirche.

Das Kirchenrecht ist nicht Selbstzweck. Es ist immer Mittel zu einem über ihm liegenden Ziel. Wie alles in der Kirche, steht es im Dienst der « salus animarum », und damit der Seelsorge. Es soll mithelfen, der Wahrheit und Gnade Jesu Christi die Wege in die Herzen der Menschen zu öffnen und zu ebnen.

Es ist aber deshalb nicht etwas zum inneren Gefüge, zum Wesen der Kirche nur von aussen Hinzutretendes und nur Menschen werk. Gewiss sind viele Canones nur Schutznormen, so etwa um den Glaubensbesitz vor Zersetzung, die Würde der Gnade und der Sakramente vor Entweihung zu hüten. Aber daneben gibt es Rechtsnormen, die in das kirchliche Gefüge selbst eingebaut sind, und zwar ihrer Substanz nach unmittelbar vom göttlichen Stifter der Kirche : Formen der Gliederung des mystischen Leibes Christi, wie im kirchlichen Verfassungsrecht, in den Bestimmungen über die Gewalt des Papstes und der Bischöfe. Christus hat seine Kirche gestiftet nicht als ungeformte Geistesbewegung, sondern als festgefügte Gemeinschaft.

Gewiss darf das Kirchenrecht die seelischen und übernatürlichen Werte, in deren Dienst es steht, nicht überwuchern. Man hat ihm wohl den Vorwurf gemacht, dass es das tue, und von « Verrechtlichung » der Kirche gesprochen. Aber einmal wird der Vorwurf zu oft erhoben gegen Unbeugsamkeit, mit der die Kirche an der Unauflöslichkeit der gültig geschlossenen und vollzogenen christlichen Ehe festhält. Und doch handelt sie gerade in diesem Falle nicht aus juristicher Gefühllosigkeit und Härte, als ob sie die Tragik, die jenen Fällen oft innewohnt, nicht

* **Habita die 3 Iunii mensis a. 1956.**

empfände, sondern einfach in treuer Handhabung des Eherechts, das ihr göttlicher Stifter selbst gesetzt hat und über das zu befinden die Kirche nicht zuständig ist.

Sodann brauchen Wir Ihnen, die Sie Juristen sind, nicht zu sagen, dass die spärlichen Gesetze der apostolischen Zeit nicht genügen vürden, um heute eine Weltkirche von über 400 Millionen Gläubigen zu leiten. Immer dann, wenn die Kirche sich geopraphisch ausbreitete oder das religiöse Leben erstarkte und neue Blüten trieb, setzte auch, fast spontan, der weitere Ausbau der kirchlichen Rechtspflege ein, um den Strom jenes religiösen Lebens zu regeln und zu schützen.

Auch in der Schöpfung des Codex Iuris Canonici, des heutigen Rechtsbuches der Kirche, dürfen wir das Walten der Vorsehung erblicken ; die Neuordnung des Kirchenrechts kam jedenfalls der räumlichen Ausbreitung und inneren Entfaltung der Kirche im 19. Jahrhundert, das hierin wohl keines seiner Vorgänger erreicht, sehr entgegen. Es ist dabei zu keiner « Verrechtlichung » der Kirche gekommen. Sie finden gerade heute ein religiöses Wollen, geistliche Kräfte und ein sakramentales Leben in der Welt der Gläubigen, wie sie mächtiger früher auch nicht, vielleicht überhaupt nie da waren.

Kirchenleben und Kichenrecht gehören zusammen. Sinnbild dessen sei Ihnen der hl. Papst Pius X. Er war der Schöpfer des neuen kirchlichen Rechtsbuches, wie er die Quellen und Schleusen jenes sakramentalen Lebens geöffnet hat.

Wir wünschen Ihnen, geehrte Herren, wissenschaftlichen Erfolg und innere Bereicherung aus Ihrem Rechtsstudium und erteilen Ihnen in väterlichem Wohlwollen den Apostolischen Segen.

II

*Ancillis mulieribusque domesticae curae in Urbe addictis.**

Con particolare sollecitudine abbiamo atteso questo incontro con voi, lavoratrici domestiche di Roma e d'Italia, ed ora godiamo di vedervi, perchè fra tanti Nostri figli e figlie, vicini e lontani, che vengono a visitarci, voi occupate certamente un posto speciale nel Nostro cuore di Padre. Rappresentando Gesù come suo Vicario in terra, sentiamo di nutrire precipuo amore verso i semplici e gli umili : e voi siete tra questi.

*** Habita die 3 Iunii mensis a. 1956.**

Vi accogliamo, dunque, con viva tenerezza, dilette figlie, e non vi nascondiamo il Nostro rincrescimento per l'impossibilità, in cui Ci troviamo, di intrattenerCi con ciascuna di voi, per parlarvi, per ascoltarvi, per rimandarvi tutte, in quanto è possibile, alle vostre case e al vostro lavoro con la mente più illuminata, col cuore più saldo, pieno di speranza e di fiducia in un migliore avvenire. Vogliamo dirvi che poche volte la Nostra casa ha aperto la sue porte così volentieri : benvenute, dilette figlie, anime generose e così ricche di entusiasmo pur nella vostra **mo*** desta attività. Grazie per la gioia che Ci procurate con la vostra presenza ; grazie per il conforto che Ci date, invitandoci a sperar bene per il vostro avvenire. Grazie per essere venute ad ascoltare i Nostri voti, le Nostre ansie, la Nostra esortazione.

1. Facciamo anzitutto voti per il vostro materiale benessere. Chi osserva la vostra presente condizione, vede facilmente quanto siamo ormai lontani da usi e costumi un giorno imperanti e ritenuti quasi normali. Grazie alla evoluzione sociale in atto e in continuo svolgimento, oggi, ogni prestatore di opera — compresa la lavoratrice domestica — vede tutelati e riconosciuti i suoi diritti individuali e familiari. Già il Codice civile [1] regola il vostro rapporto di lavoro, prescrive la durata del periodo di prova, stabilisce i diritti e i doveri di chi è ammesso alla convivenza familiare, fissa le norme per la retribuzione, l'alloggio,]a cura e l'assistenza medica nelle infermità, la previdenza, le assicurazioni generali nei casi e nei modi stabiliti dalla legge. Il Codice ordina anche il riposo settimanale, il riposo annuale e dà diritto al conveniente preavviso per la cessazione del contratto, alla indennità proporzionale agli anni di servizio, e al certificato di lavoro. La legge è intervenuta, inoltre, per la concessione della tredicesima mensilità e per estendere l'assistenza nelle malattie anche alle domestiche pensionate.

Questo è già molto; ma non pochi inoltre stimano ingiustificata la distanza fra le vostre condizioni e quelle di altri prestatori di opera, e per conseguenza legittimo il desiderio vostro e di quanti s'interessano alle vostre condizioni, perchè sia avviato a soluzione più equa e stabile il vostro rapporto di lavoro ; tanto più che una accentuata impopolarità persegue l'attività domestica con la conseguente crisi di questa particolare specie di mano d'opera tanto utile e anzi in alcuni casi tanto necessaria. Abbiamo quindi appreso che autorevoli vostri rappresentanti hanno studiato e proposto, nella competente sede, ciò che, a loro avviso,

[1] **Art. 2240-2246.**

bisognerebbe ancora fare per venire incontro ai giusti desideri della vostra categoria.

Ma un altro voto è nel Nostro cuore e non vogliamo tralasciare di esprimerlo. Certamente la legge potrà assicurarvi la giusta retribuzione, alcune opportune previdenze e condizioni di lavoro. Ma sarebbe ancora poco, se nella casa ove siete ospitate non trovaste il conforto e la comprensione umana, e più ancora il soffio caldo dell'amore cristiano. Noi vi auguriamo di cuore che i vostri datori di lavoro siano per voi meno padroni e più padri, sostituendosi, in quanto è possibile, ai vostri genitori, ai vostri fratelli e sorelle. Molti sono già tali e sarebbe ingiusto di non riconoscerlo ; per altri — che non lo sono ancora — invochiamo la luce di Dio, Padre nostro comune, affinchè veggano in voi i propri fratelli, anche se con diverse funzioni e di più umile condizione : veri fratelli, per i quali è prescritto l'amore che prevede, che comprende, che conforta, che soccorre; amore, che vede in voi i membri dell'unica grande famiglia umana e insieme della più piccola famiglia che ha richiesto i vosiri servizi.

2. Dopo i paterni voti, dilette figlie, vogliamo confidarvi anche le Nostre ansie, le tristezze dell'animo Nostro.

Le lavoratrici domestiche partono dalle loro case, non per cercare avventure, ma per trovare lavoro e procacciarsi così i mezzi necessari ad una vita serena ed onesta. Tutte, pensiamo, avete lasciato una mamma in lagrime, un padre trepidante e pensieroso, fratelli quasi umiliati di non poter impedire la vostra partenza per l'insufficienza dei loro modesti quadagni.

Il primo incontro con la città vi riempì già di stupore e di meraviglia ; forse non immaginavate neppure quante tenebre erano nascoste tra lo sfolgorare di certe luci; quanto fango era pronto a imbrattarvi, a inghiottirvi anche, mentre eravate attonite dinanzi all'offerta di certi fiori ; quanta malvagità si celava nell'animo di uomini dall'apparenza innocua e spesso anche piena di fascino. Ingenue, per lo più, non sospettavate che spesso il serpente era annidato dove pur sembrava lecito sperare di non incontrar agguati, di non rischiare la vita.

Grazie alla educazione ricevuta, alla previdenza di anime buone e alle provvidenze di movimenti ispirati dalla carità di Cristo, molte hanno saputo camminare senza cadere, senza infangarsi. Vi sono, infatti, nella vostra categoria schiere di anime veramente elette, pronte a qualsiasi eroismo, resistenti a qualsiasi assalto : capaci di vivere in umiltà e mo-

destia senza cedere al desiderio, peraltro spiegabile, di evadere da un lavoro non di rado senza soddisfazioni. Vi sono anime, che vivono serene pur nel martirio silenzioso della quotidiana fatica, spesso non abbastanza apprezzata nel suo non sostituibile valore, talvolta incompresa e perfino disprezzata. Anime, che rinunciano a tutto per aiutare i vecchi genitori o i parenti lontani. Anime — anche questo accade — che trovano nei loro piccoli risparmi perfino i mezzi atti a soccorrere le altrui miserie.

Ma non tutte, purtroppo, si diportano così. Vi sono anime che dimenticano la loro dignità di creature umane, e quella, anche più grande, di figlie di Dio. Anime incaute, trascinate nel vortice del male, divenute vittime di una misteriosa industria del peccato, che nessun codice umano giunge a colpire con le sue minacce e le sue sanzioni. Per quelle anime il Nostro cuore è in ansia e in lagrime; per esse scongiuriamo quanti possono essere strumenti di salvezza ; per esse invochiamo la potenza dell'intervento divino, affinchè non tardino a risollevarsi dal baratro. E quante fossero ancora in tempo, si fermino, Noi le supplichiamo, sull'orlo di un abisso che riesce ad incantarle col fascino spaventoso delle sue orride profondità.

Siano benedetti coloro che si prodigano con commovente zelo a proteggervi, dilette figlie, dai pericoli che vi circondano. Siano particolarmente benedetti i sacerdoti e i laici che nel provvido Movimento ((Tra noi» vi aiutano moralmente e materialmente a restare buone; siate, finalmente, benedette voi stesse, dilette figlie, quante vorrete essere apostole tra le vostre sorelle con la semplice parola, con la forza dell'esempio, con la generosità dell'azione, col fervore della preghiera, e con la gioiosa accettazione di ogni pena e di ogni sofferenza.

3. Questa Nostra ansia per la rovina di anime a Noi care Ci suggerisce un'ultima parola. Ascoltatela, fatela vostra, mettete ogni impegno nel porla in pratica a costo di qualsiasi sacrificio. Eccola, nella sua perenne scultorea semplicità : fuggite, dilette figlie, fuggite il male e operate il bene.

a) Fuggite il male guardandovi dai falsi profeti, dai lupi rapaci. Lo ha raccomandato Gesù stesso a tutti e Noi dobbiamo ripeterlo a voi. Falsi profeti sono coloro che incantano con false promesse o vi invitano ad usare mezzi illeciti per ottenere scopi anche buoni e legittimi. Falso profeta è chi avvelena il vostro animo, chi mette l'odio nel vostro cuore, chi vi esorta alla negligenza nell'adempimento del vostro quotidiano dovere.

Falso profeta e lupo rapace è chiunque col miraggio di un vero o presunto benessere materiale chiede la vostra adesione o almeno la vostra indiretta cooperazione ad opere che vogliono la sistematica distruzione di ogni valore umano e divino. Lupi rapaci, travestiti da agnelli, sono coloro che vi attirano in invisibili reti e vi stringono poi con orribili, anche se indorate catene. Vi scongiuriamo dal profondo del Nostro cuore, dilette figlie : non cedete al nemico, dovunque o sotto qualunque spoglia si presenti a voi ; resistete, forti, nella fede, quando vi gira intorno per farvi cadere nei suoi lacci.

b) Assicurata la resistenza al male, operate il bene, trasformando in servizio di Dio ogni vostro lavoro. Gli occhi del corpo vedono creature umane in coloro che vi hanno assunte in servizio; sperano una ricompensa umana per l'opera che ogni giorno prestate secondo gli ordini che vi vengono impartiti. Ma gli occhi della fede sanno andare oltre le apparenze : vedono Gesù Cristo in chiunque legittimamente vi comanda. Questa fede, lungi dall'umiliarvi, conferisce un carattere di santo orgoglio al vostro lavoro domestico. Voi non ubbidite agli uomini, che sono uguali a voi, che talvolta valgono meno di voi; voi ubbidite a Dio. Questa fede vi farà servire con amore i vostri superiori : con fervore, quindi, e con quella esattezza scrupolosa che solo l'amore sa generare. Questa fede alimenterà, infine, la vostra ferma speranza che, dopo il servizio terreno, vi sarà una ricompensa celeste degna di Dio che è padrone e padre, degna di voi che siete sue creature, fatte partecipi della sua vita ed eredi della sua gloria.

- Con tale augurio sul labbro e nel cuore, impartiamo a voi qui presenti, alle vostre compagne di lavoro, alle vostre famiglie, a tutte le persone e le cose che vi sono care, la Nostra paterna Apostolica Benedizione.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

CHRISTIFIDELIBUS GALLIAE IN CATHEDRALI ECCLESIA ROTHOMAGENSI, E RUINIS BELLI NUPER RESTITUTA, SACRA SOLEMNIA CELEBRANTIBUS, QUINTO VERTENTE SAECULO A RECOGNITA INNOCENTIA SANCTAE IOANNAE D'ARC. *

En cette heure solennelle, en laquelle toute une nation chrétienne, représentée par ses personnalités les plus eminentes, offre au Seigneur une messe d'action de grâces sous les voûtes d'une merveilleuse cathédrale, qui renaît à la vie, tel un malade qui a surmonté une crise grave à force d'énergie et d'endurance; en cette heure où vous célébrez le 5[e] Centenaire de la réhabilitation de sainte Jeanne d'Arc, comme une grande famille qui retrouve en l'un de ses enfants l'incarnation de ses valeurs les plus hautes et les plus représentatives, ce Nous est une grande consolation de manifester Nous aussi la joie qui remplit Notre âme et de vous féliciter, fils bien-aimés, pour cette fête d'une maison de Dieu et d'une héroïne de la sainteté, qui sont vos légitimes gloires.

Qui donc, en cette triste journée du printemps de 1431, regagnant sa demeure les yeux baissés et le cœur abattu, après avoir assisté à la tragédie de la place du Vieux Marché, s'il eût fixé les yeux sur l'édifice grandiose de votre cathédrale pour y chercher réconfort, aurait jamais pensé que la présente journée historique réunirait Jeanne et ce temple, comme si sur eux eût pesé un commun destin de vocation divine, de souffrance et de glorieuse résurrection, pour les dresser devant le monde comme symbole tangible des vertus d'une race, comme authentique expression de l'âme nationale?

Il faudrait remonter jusqu'aux siècles, où l'histoire se confond avec la légende, pour retracer les vicissitudes subies par votre cathédrale, en évoquant les noms des saints et des hommes illustres, qui en ont occupé le Siège, et pour la suivre à travers les âges comme une vivante image du peuple, de la cité et de la région, dont elle partagea les joies et les peines. C'est en elle, comme dans une bible de pierre, que vos aïeux lurent les vérités de la foi, suivirent avec admiration les hauts faits de leurs ancêtres, admirèrent les beautés les plus pures mises au service de l'idéal le plus élevé, apprirent à prier et, en même temps, se sentirent plus frères sous l'étreinte de ses grandes voûtes. Ses lignes élancées leur

*** Datus die 25 Iunii mensis a. 1956.**

montraient le chemin du ciel et la légèreté de ses masses leur enseignait le détachement du monde. Dans le ciel clair de Normandie allaient passer des lueurs d'incendie, les nuées de la guerre chargées de désolation et d'épouvante, et même les ténèbres que créent l'abandon des hommes et les excès sacrilèges de la Révolution. Mais la cathédrale restera toujours debout, elle trouvera toujours la main et le cœur, qui lui donneront une vie nouvelle, parce qu'elle exprime des réalités immortelles et que ses fondements s'appuient sur le rocher de la foi, d'une foi sentie et transformée en substance de vie jusqu'à former pour un peuple son caractère le plus essentiel.

Et voici que, onze ans à peine après la dernière tourmente, vous revenez l'admirer dans toute sa splendeur. Votre constance, votre générosité et votre enthousiasme méritent un éloge spécial, que Nous sommes heureux de vous accorder ; cet éloge s'adresse en particulier aux autorités publiques, grâce auxquelles la cathédrale a pu être relevée de ses ruines ; il va aussi à ceux qui ont soulevé ces pierres de leurs propres mains, et renouvelé ainsi les traditions vénérables des siècles passés. Aimez-la, fils bien-aimés, parce qu'elle est vôtre, parce qu'elle vous représente, parce qu'elle vous est un bienfait ou, comme dit une hymne :

((Elle est la barque qui nous porte sans péril,
Le bercail dont le toit nous abrite,
La colonne de la vérité et notre sûr appui ».

Quel contraste entre cette inaltérable stabilité et les frêles apparences de l'humble jeune fille, qui devait avoir une si grande part dans l'histoire de France ! Et pourtant, cette enfant à première vue si fragile devenait elle aussi un solide édifice ; telle une cathédrale enracinée dans le sol, elle creusait ses fondements dans l'amour de la patrie, dans un désir véhément de paix et une soif de justice, qui devaient l'arracher de l'ombre où elle semblait confinée pour la jeter dans le cours violent de l'histoire. Choisie par Dieu, une conscience inébranlable de sa mission, un désir ardent de sainteté alimenté par la volonté de mieux correspondre à sa très haute vocation, lui feront surmonter les obstacles, ignorer les périls, affronter les grands de la terre, se mêler aux problèmes internationaux du temps et même se transformer en capitaine habillé de fer, pour monter terrible à l'assaut. Plus d'une année de campagne, semée de combats et de victoires, la prise d'Orléans, le sacre de Reims, les chevauchées interminables, les blessures et les prisons, semblent les pages magnifiques d'une légende dorée. Mais en face de la simplicité

exemplaire, du parfait désintéressement, de l'idéal sans tache, se dressent la prudence du monde, la cupidité, l'incompréhension et la corruption, qui vont tisser leurs filets pour l'isoler, l'immobiliser et la faire périr comme un ennemi dangereux. Dans le ciel de Normandie ont repassé des ombres sinistres, l'obscurité revient couvrir pour un moment la Rouen lumineuse. Et voilà qu'une fois encore les flammes d'un bûcher ravivent l'incendie sur l'une de ses places; dans le silence résonnent les paroles d'une martyre fidèle à sa vocation, pleine de foi en l'Eglise, à laquelle elle en appellait, invoquant le très doux nom de Jésus, son unique consolation. A travers la fumée qui monte, elle fixe la Croix, certaine qu'un jour elle obtiendra justice. Plus tard sur les ruines de la cathédrale une Croix aussi serait l'espérance de la reconstruction future.

Vie longue ou brève ; triomphe ou déroute apparente ; solidité de la pierre ou fragilité d'une pauvre jeune fille mortelle : peu importe ! s'il existe une vérité immuable, une foi qui ne peut passer, l'amour d'une patrie immortelle, l'attente d'une paix qui est une exigence naturelle du cœur humain, la soif d'une justice qui nécessairement l'emportera à l'heure fixée par l'histoire, à l'heure de la reconstruction, de la réhabilitation, de la résurrection. Loi nécessaire, qui unit toujours le sacrifice au triomphe, l'humiliation à la gloire, le mystère du Calvaire à l'aube lumineuse du matin de la Résurrection. Heureux le peuple qui s'en souvient, même pour affronter, s'il le fallait, le jugement des hommes, comme Jeanne l'a su faire avec une admirable constance et une inaltérable sérénité; pour ne pas refuser le sacrifice, qu'elle vit venir sans craindre personne et avec une énergie merveilleuse; pour être toujours fidèle à sa vocation, spécialement aux moments les plus difficiles. Jeanne d'Arc se présente ainsi aux chrétiens de notre temps comme un modèle de foi solide et agissante, de docilité à une mission très haute, de force au milieu des épreuves. Mais son exemple doit être spécialement éloquent pour vous, fils bien-aimés, dont la patrie a mérité, en vertu d'un appel divin, de renaître en un moment si difficile; vous êtes les frères d'une héroïne, simple fille de votre peuple. Par sa vie exemplaire, sa consécration à un idéal et son parfait sacrifice, elle enseigne à tous le chemin sûr, en ce siècle de sensualité, de matérialisme, de laisser-aller, qui voudrait faire oublier le sentier tracé par les héros les meilleurs, et la voie qui mène au portail grandiose des vieilles cathédrales.

Il n'est pas rare qu'aux instants les plus critiques, ainsi qu'un coup de vent rompt les nuages et laisse voir l'étoile qui guidera le navigateur

au port, le Seigneur envoie l'inspiration surnaturelle qui doit faire d'une âme le salut de son peuple. Levez donc les yeux, fils bien-aimés, dignes représentants d'une nation qui se glorifie du titre de fille aînée de l'Eglise, et regardez les grands exemples qui vous ont précédés; levez les yeux et admirez ces splendides cathédrales qui demeurent parmi vous un vivant symbole de cette Eglise catholique au sein de laquelle vous avez grandi. Mieux encore, entrez d'un pas assuré dans la cathédrale de Dieu, vénérez les saints qui se trouvent sur ses autels, tombez à genoux devant le Dieu qui vous attend au tabernacle, renouvelez votre profession de foi, promettez-lui de nouveau votre fidélité la plus parfaite, et soyez sûrs que, ce faisant, vous répondrez à votre vocation d'hommes, de chrétiens, de Français. S'il arrive que souffle an dehors le vent mauvais, si le mensonge, la cupidité, l'incompréhension trament le mal, s'il vous semble même devenir victimes à votre tour, regardez vos héros réhabilités, vos cathédrales reconstruites et vous vous convaincrez une fois de plus que toujours la dernière victoire est celle de la Foi, de la sainte Foi, que rien ne peut abattre et dont l'Eglise catholique est l'unique dépositaire.

Catholiques français, dignes représentants d'une nation, qui dans son titre de catholique a toujours trouvé le stimulant le plus fort pour écrire les pages les plus glorieuses de son histoire ! Des tours de vos cathédrales tombent les notes graves ou joyeuses des cloches, comme la rosée qui descend sur la terre pour la rafraîchir et la féconder ; du sol généreux de ce jardin de l'Europe qu'est la France, germent les héros de la patrie et de la foi, qui par amour pour leur mère, si sa défense l'exige,, savent hatailler, souffrir et mourir, dans la certitude que les lauriers du triomphe ne sauraient jamais manquer à qui accepte de se sacrifier pour une cause grande et juste. Et s'il peut sembler un moment que triomphent l'iniquité, le mensonge et la corruption, il vous suffira de faire silence quelques instants et de lever les yeux au ciel, pour imaginer les légions de Jeanne d'Arc qui reviennent, bannières déployées, pour sauver la patrie et sauver la foi.

Par l'intercession de tant de saints qui ont occupé le Siège de Rouen, par l'intercession surtout de cette grandiose figure, dont vous commémorez aujourd'hui la réhabilitation, que la Bénédiction du Très-Haut •descende sur vous tous ici présents, sur Nos frères dans l'Episcopat, le clergé et les fidèles, sur les très dignes autorités qui par leur présence et leur appui ont tant contribué à l'éclat de ces solennités et, par-dessus tout, sur la France, qui Nous est si chère, et à laquelle Nous souhaitons la paix et le bonheur dans la plus parfaite adhésion à ses destinées de grande nation catholique.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

PROSCRIPTIO LIBRORUM

Feria IV, die 27 Iunii 1956

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Revmi Domini Cardinales, rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos mandarunt libros a Simone de Beauvoir conscriptos:

1. *Le deuxième sexe,* 2 voll., Gallimard, Paris, 1949;
2. *Les mandarins,* Gallimard, Paris, 1954.

In Audientia autem diei 30 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius, Divina Prov. Pp. XII, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 12 Iulii 1956.

Arcturus De Jorio, *Notarius*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

QUEBECENSIS

DECRETUM

DE TITULO ((AD HONOREM)) SEDIS PRIMATIALIS UNIVERSAE DITIONIS CANADENSIS

Sollicitae Romanis Pontificibus usque fuerunt curae ut celebratae dignitate urbes et egregii animarum studio ac obsequenti reverentia Yiri dignis decorarentur honoribus meritisque donarentur privilegiis : id autem benemerentibus non tantum tribuit praemium, sed Pastorem excitat, clerum ac populum ad meliora semper aemulanda carismata. Quas ergo Apostolicae Sedi iam pridem admoverant per tempora preces Archiepiscopi Quebecenses, praesertim vero cl. m. dum viveret Rodericus S. R. E. Cardinalis Villeneuve, has iterare studens Excmus P. D. Mauritius Roy, eiusdem Ecclesiae nunc temporis Praesul, enixe expostulavit ut vetusta ac perinsignis Metropolitana Quebecensis archidioecesis omnium Ecclesiarum universae Dicionis Canadensis Sedis Primatialis honestaretur titulo, eiusque pro tempore archiepiscopi « Primatis » appellatione exornarentur. Porro, ceteris omnibus in America Septentrionali exstantibus praestat antiquitate Quebecensis Ecclesia, cuius quidem tam lata, plurimos per annos patuit iurisdictio, ut non tantum integros Canadensis Dicionis fines complecteretur, sed etiam partem territorii ad Foederatos in America Septentrionali Status in praesentia spectantem, obtineret. Non est ideo ambigendum quin cunctae ecclesiasticae circumscriptiones in Canadensi Dicione, et plures in Foederatis Statibus Americae Septentrionalis hoc tempore constitutae, tamquam filiae a matre, a Quebecensi Ecclesia procedant. Recoluisse insuper placet septem Provincialia Canadensia Concilia in Quebecensi urbe superiore tempore celebrata, nec supervacaneum videtur memorasse eodem Patres amplissimos convenisse in « Primum Concilium Plenarium Canadense » congregandos : inde pietatis et gratulationis causa, solemnis, quem recensemus, coetus, Primum Concilium Plenarium Quebecense communi explorata sententia fuit appellatus. Tantae istius sedis amplitudini iuge convenit sedulum Pastorum studium : istorum laudi et gloriae ce-

dit quod prima hic extiterint egenis adiuvandis instituta, clero efformando seminarium et prima fuerit instaurata Catholica Studiorum Universitas, quae auctori suo, eidemque primo Quebecensi Episcopo, Venerabili Viro Francisco de Montmorency-Laval, iure meritoque inscribitur.

His omnibus mature perpensis, Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, instantibus in primis Emis ac Revmis PP. DD. Iacobo Carolo S. R. E. Card. Me Guigan, Archiepiscopo Torontino, et Paulo Aemilio S. R. E. Card. Léger, Archiepiscopo Marianopolitano, necnon compluribus Archiepiscopis et Episcopis Dicionis Canadensis, sive gallici sive anglici sermonis, habito favorabili voto Excmi P. D. Ioannis Panico, Archiepiscopi tit. Iustinianensis et in Canadensi eadem Dicione Delegati Apostolici, de consilio infrascripti Cardinalis S. Congregationis Consistorialis a Secretis, cupiens testimonium benevolentiae Suae hac ratione exhibere, ratusque id in animarum bonum cessurum et in Religionis incrementum, porrectis precibus annuendum censuit. Quapropter Sanctitas Sua, de Apostolicae potestatis plenitudine, praesenti Consistoriali Decreto Ecclesiam Quebecensem Metropolitanam titulo Sedis Primatialis, ad honorem dumtaxat, omnium Ecclesiarum universae Dicionis Canadensis eiusdem pro tempore exsistentes Praesules Primatis titulo, ad honorem dumtaxat, in perpetuum condecorare decernit, firmis tamen sarctisque iis omnibus quae can. 271 C. I. C. praescribit, ita ut posthac Excnius P. D. Mauritius Roy, eiusque legitimi successores titulo Primatis Dicionis Canadensis iure meritoque uti valebunt.

Ad haec omnia perficienda Ssmus Dominus Noster deputare dignatus est memoratum Excmum P. D. Ioannem Panico, ei tribuens facultates necessarias et opportunas, onere ipsi imposito ad hanc S. Congregationem Consistorialem quam primum mittendi exemplar authenticum actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus Eadem Sanctitas Sua praesens edi iussit Consistoria^ Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 24 Ianuarii 1956.

£3 Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

D £R S

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

II

BUSCODUCENSIS - BREDANAE

DECRETUM

SEPARATIONIS ET UNIONIS

Ad satius consulendum bono animarum, Excmus **P.** D. Gulielmus Petrus Adrianus Maria Mutsaerts, Episcopus Buscoducensis, et Excmus **P.** D. Iosephus Gulielmus Maria Baeten, Episcopus Bredanus, ab Apostolica Sede expostulaverant ut pars paroeciae *Sint Jan-Waalwijh* ad septentrionem *Bergsche Mass* sita et pars paroeciae *Heusden* ad septentrionem et occasum *Bergsche Mass* et *Heusdens Kanaal* sita, necnon integra paroecia *Woudrichem* in dioecesi Boscoducensi, seiungeretur a memorata dioecesi et Bredanae dioecesi aggregarentur.

Porro haec S. C. Consistorialis, vigore facultatum specialium sibi a Ssmo D. N. Pio Divina Providentia **PP.** XII concessarum, rei opportunitate perpensa, oblatis precibus benigne annuere dignata est.

Quapropter, vi praesentis Decreti, eadem S. C. Consistorialis statuit ut praefata territoria a dioecesi Boscoducensi separentur atque dioecesi Bredanae iuxta petita perpetuo adiungantur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, S. C. Consistorialis deputat Excmum **P.** D. Paulum Giobbe, Archiepiscopum Titularem Ptolemaidensem in Thebaide, Nuntium Internuntium Apostolicum in Hollandia, ipsi tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi, cum primum fas erit, ad hanc S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis die 13 mensis Aprilis 1956.

£g Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

INSTRUCTIO

CIRCA MONIALIUM CLAUSURAM

1. Inter cetera quae Pium PP. XII Dominum Nostrum ad Constitutionem Apostolicam ((Sponsa Christi » promulgandam induxerunt, non leves Ipse recensuit difficultates quibus in praesentiarum arctiores papalis clausurae leges facilem ansam praeberent *(A. A. S.* Vol XXXXIII, [1951], p. 11). Nec mirum, cum in toto Monialium Instituto clausura potissimum temporum rerumque varietates ac mutationes persenserit *(A. A. 8.* 1. c, p. 9). Cum vero renovationis ac adaptationis rationem adumbraret, hoc Apostolica Constitutio sapienter statuit : « Firmis prorsus omnibus nativis ac potissimis venerandi Monialium Instituti elementis, quoad elementa alia, quae externa et adventitia censentur, illas caute prudenterque ad hodierna adiuncta accommodationes inducere, quae Instituto eidem non modo maiorem decorem, sed pleniorem etiam efficacitatem tribuere poterunt » *(A. A. 8.* 1. c. p. 10). Sanctitas Sua, ideo, clausuram papalem Monialium dum in Statutis Generalibus (art. IV) aetatis nostrae conditionibus paterne aptavit, eamdem ceterum ubique confirmandam vel restituendam esse constituit.

Vitae canonicae contemplativae, enimvero, unum ex elementis propriis et potissimis stricta illa clausura est, quae, antiqua traditione innixa decursuque saeculorum ordinata atque defensa, cum praesidium est professionis solemnis castitatis tum ratio aptissima disponendi animam ad maiorem cum Deo unionem. Quo autem vehementius hisce diebus hominum mentes ad exteriora trahuntur, eo fortius clausurae institutum, quo Moniales plenius Dei adhaerere valent, servandum est.

2. Sacra Congregatio de Religiosis, pro munere sibi a Summo Pontifice commisso, quod est, « per instructiones, declarationes, responsa aliaque id genus documenta, illa omnia peragere... quae ad Constitutionem diligenter atque efficaciter inducendam atque ad Generalia Statuta fideliter prompteque servanda spectant » *(A. A. 8.*, 1. c, p. 15), iam die 23 Novembris 1950 Instructionem « *Inter praeclara* » vulgavit,

cuius prima pars circa Monialium clausuram maiorem et minorem tota versatur *(A. A. S.,* 1. c, p. 37).

3. Nunc vero aliquot fecundae experientiae elapsis annis, semel iterumque attentis ac serio ponderatis cunctis" quae Sanctae Sedi hac de re delata fuerunt, cumque ob introductam clausuram papalem minorem per Constitutionem Apostolicam « Sponsa Christi », diei 21 Novembris anni 1950, Instructio Sacrae Congregationis de Religiosis « Nuper edito» diei 6 Februarii 1924 *(A.A.S.* XVI [1924], p. 96, 192) vigenti disciplinae iam non respondeat, eadem Sacra Congregatio ulteriora definire et materiam ex integro ordinare (can. 22) iam possibile atque opportunum existimavit, quod hac Instructione peragere intendit.

I

De clausura papali generatim

4. Omnium Monasteriorum Moniales, quamvis actu ex temporaria exceptione adhuc vota tantum simplicia profiteantur (Const. *Sponsa Christi,* art. III, § 2), si velint Monialium nomen et conditionem iurL dicam retinere, clausuram pontificiam seu papalem saltem minorem necessario accipere et retinere debent (Art. IV, § 5, n. 2).

5. Sive agitur de novi Monasterii fundatione in quo primo clausura instauretur, sive de Monasterio iam condito in quo clausura restauranda sit, ad pontificiam seu papalem clausuram de facto observandam Moniales stricte tenebuntur, quae ad omnium ingressum et egressum quod attinet ab illo sígnate momento urgenda erit, quod ab Auctoritate Ecclesiastica competenti, id est ab Ordinario loci diligenter, scripto, figi ac definiri debet.

6. Lex clausurae, sive maioris, sive minoris, afficit omne Monasterium alterutri clausurae subiectum, quidquid est de numero etiam imminuto vel parvo ibi degentium Monialium (can. 597, § 2).

II

De clausura papali maiore

De ratione clausurae papalis maioris

7. Clausura pontificia seu papalis maior illa est quae in Codice can. 597, 600-602) prostat, quaeque Constitutione Apostolica « *Sponsa Christi* » plane ac solemniter confirmata et expolita, in Instructione vero « *Inter praeclara* » (VI-X) pressius definita est.

S. a) Clausura pontificia seu papalis maior in omnibus Monasteriis ex regula viget ac tenet in quibus actu vota solemnia emittuntur quaeque vitam unice contemplativam profitentur (Const. *Sponsa Christi,* art. IV, § % 2°).

b) In Monasteriis vero in quibus, etsi vitae unice contemplativae dedita sunt, ex indulto per exceptionem vota adhuc tantum simplicia nuncupantur (Const. *Sponsa Christi,* art. III, § 2), quamvis clausura, si fieri poterit, maior esse debeat (art. IV, § 2, 2), tamen minor, praecipue ad sanctionem a Sancta Sede quod attinet, concedi potest atque prudenter, iuxta casus, applicatur (Const. *Sponsa Christi,* art. IV, § 3, 3 - Instr. *Inter praeclara,* V).

9. Monasteria in quibus ex Regula et Constitutionibus nonnisi vita canonice contemplativa ducenda est, clausuram maiorem retinere poterunt etsi a Sede Apostolica, ob graves causas et quousque hae perdurant, quaedam opera apostolatus eis imponantur vel concedantur, dummodo aliquae tantum Moniales et solum Monasterii pars, ab illa accurate distincta ac separata in qua communitas commoratur vitamque exercet communem, iis operibus destinentur.

10. Clausurae praescriptis tenentur Moniales omnes (can. 601), Novitiae ac Postulantes (can. 540, •§ 3). Professae autem votorum temporariorum, expletis his votis, Novitiae ac Postulantes semper, clausuram egredi tunc tantum possunt cum definitive Monasterium relinquere intendunt.

11. *a)* Clausura necessario complectitur non modo aedificium Monasterii eiusque adnexa in quibus Moniales degunt, verum etiam hortos, viridaria et quaecumque loca ipsae frequentant.

b) Extra clausuram habentur : locutoria quoad partem extraneis destinatam ; ecclesia et oratorium *extra chorum Monialibus reservatum,* sacristia cum locis adiacentibus, clero et ministrantibus aperta, locus in quo sacerdos confessiones Monialium audit, aedes in quibus Sorores externae commorantur, et illae partes quae cappellanis et hospitibus destinantur.

12. *a)* Licet ecclesia, sacristia eiusque adnexa cultui destinata, clausura non contineantur, tamen si vere necessarium sit Moniales ipsas ibi aliquando operam praestare, Ordinarii locorum ex sese permittere poterunt ut, durantibus huiusmodi necessitate et opera, ad praedicta loca clausura de facto extendatur, dummodo circa eadem loca illa omnia tunc serventur quae ad tutandam clausuram infra praescribuntur.

b) In iisdem adiunctis et sub iisdem conditionibus, Ordinarii conce-

dere valent nt clausura ad actum item extendatur etiam ad locutoria aliaque loca Monasterio adnexa, quando, si desint Sorores externae, vel alia de causa, Moniales ibi quoque aliquod opus peragere vere necessarium censeatur.

13. *a)* Partes Monasterii clausurae obnoxiae, ut supra, ita defendi seu muniri debent ut non solum ingressus in eas omnino impediatur sed etiam prospectui introrsum ab extraneis et pariter extrorsum a Monialibus prospectui pro viribus efficaciter officiatur.

d) Hinc etiam horti et viridaria circumdari debent sive alto muro, sive alio efficaci modo, puta tabulis ligneis, ferreo reti, densa firmaque saepe, iudicio Ordinarii et Superioris regularis, ratione habita praesertim situs, frequentiae saecularium, etc.

14. ***a)*** Fenestrae versus plateas et domos vicinas, vel qualicumque communicationi cum extraneis occasionem praebentes, vitris non translucidis, valvulis aut transennis fixis donentur, ita ut hinc inde prospectus impediatur.

h) Si supra tectum Monasterii solaría exstant seu deambulatoria, ut ad ea Monialibus accessus pateat, cratibus vel alio efficaci modo circumsaepta sint oportet.

15. Nisi rigidiore iure particulari aliter cautum sit, Moniales clausurae lege impediri non debent quominus, genuini spiritus liturgici fovendi causa, altare videre valeant, ita tamen ut ipsae Moniales a fidelibus conspici nequeant.

16. Locutorii pars Monialibus reservata ab alia extraneis destinata duplicibus cratibus aliquo intervallo secure fixis, vel alio modo vere efficaci, iudicio Ordinarii et Superioris regularis, atque ipsorum onerata conscientia, separari debet, ne personae utrimque attingi queant.

17. Prope Monasterii ianuam, in locutoriis, in sacristia et ubicumque opus est, habeantur muro insertae rotae, quae vocantur, aut capsae binariae, iuxta usum receptum, ad res necessarias transmittendis. Non prohibentur parva foramina quibus videri possit quid rotae immittatur.

De egressu Monialium

18. Lex clausurae maioris Moniales adstringit ad perpetuo manendum intra Monasterii saepta quatenus haec ab auctoritate ecclesiastica clausura circumscripta sunt et ab eis minime sub quovis praetextu recedendum, etiam ad breve tempus, extra casus iure praevisos aut legitime concessas licentias.

19. Non licet extra clausuram egredi occasione vestitionis, professionis, communionis, vel alia simili causa.

20. Moniales nequeunt ab uno ad aliud Monasterium transire etiam eiusdem Ordinis, nec ad breve quidem tempus, absque licentia apostolica, salvo iure particulari pro Foederationibus Monasteriorum Monialium legitime approbato.

21. *a)* Licet extra clausuram egredi casu imminentis periculi mortis vel alius gravissimi damni (can. 601, § 1). Tales casus sunt : incendium, inundatio, terraemotus, labefactio aedificii seu muri minaces, incursiones aëreae, irruptio militum, Monasterii urgens requisitio ex parte auctoritatis militaris vel civilis.

b) Insuper, urgens operatio chirurgica vel alia urgens cura medica foris requirenda ad salvandam sanitatem, morbus alicuius toti communitati vere periculosus.

c) Item, si gravis et urgens huiusmodi necessitas exsurgit apud Sororem externam vel personam eius munere fungentem, quae secus debitis careret auxiliis, Antistita per se ipsa vel per aliam Monialem, etiam cum socia, eam adire poterit.

d) Haec pericula *(a),* urgentesque graves necessitates *(b),* (c), scripto recognoscenda sunt .ab Ordinario loci, si tempus suppetat (can. 601, § 2) ; secus, post factum, certior idem Ordinarius fiat.

22. Egressus legitimus censetur cum, praemissa declaratione Ordinarii loci, urget obligatio iura vel officia civilia exercendi.

23. Moniales quae facultatem e clausura egrediendi obtinuerunt tenentur recto tramite ad locum pro quo facultas data est sese conferre, nec, hac occasione, ad alia loca divertere valent.

Cum vero Moniales extra Monasterium versari contigerint, stricte servare tenentur normas et cautelas quae in casibus similibus sive in Codice (can. 607), sive a S. Sede, sive ab Ordinariis religiosis mulieribus imponuntur (can. 607).

24. Gravia adiuncta seu absolutae et morales necessitates atque magni momenti utilitates iustas et canonicas causas constituere possunt proportionatas dispensationes et etiam aliquas moderatas et-accurate definitas habituales facultates a S. Sede expostulandi.

Talia adiuncta sunt :

1) sanitas extra Monasterium curanda;

2) visitatio instituenda apud medicum, praesertim in re peritum, v. g. pro oculis, pro dentibus, ad applicationem radiorum, pro observatione medicali ;

3) comitari vel visitare Monialem foris aegrotantem ;

4) supplere sorores externas vel similes personas in casu deficientes ;

5) vigilantiam exercere circa agros, fundos, aedificia, vel aedes quas Sorores externae inhabitant",

6) actus administrationis vel gestionis oeconomicae magni momenti qui aliter non aut vix recte vel male fieri possent ;

7) labor monasticus tam apostolicus quam etiam manualis;

8) susceptio officii in alio Monasterio, hisce similia.

b) In harum dispensationum et facultatum usu adamussim servari debent et limites impositi et cautelae praescriptae.

25. Facultates habituales, sive ad definitum tempus, sive ad signatum casuum numerum, Ordinariis locorum vel Regularibus vel Adsistentibus religiosis pro brevibus egressibus e clausura in necessitatibus frequentius occurrentibus, concedi prudenter possunt. Ipsae Sanctae Sedis nomine exercendae semper sunt, nec ullo modo extendi valent sed intra proprios limites continendae erunt.

De ingressu extraneorum

26. *a)* Ordinarius loci aut Superior regularis, si Monasterium ipsi subiectum sit, Delegatus ab alterutro vel a S. Sede potest clausuram ingredi occasione visitationis canonicae, ad aedes dumtaxat inspectandas ad normam iuris (can. 512 et 600), cauto ut unus saltem clericus vel religiosus, etiam conversus, maturae aetatis Visitatorem continuo comitetur ab ingressu usque ad egressum, atque mansio non protrahatur ultra tempus inspectione requisitum, nec simul alia negotia tractentur vel alii perficiantur actus qui dictam inspectionem non respiciant.

b) Visitatio vero personarum in comuni locutorio fiat, visitatore extra clausuram manente, nisi agatur de audienda Moniali infirma quae ad locutorium sese conferre nequeat.

c) Ad alia officia exercenda, videlicet ad explorationem voluntatis candidatarum, ad praesidentiam electionum, ad visitationem vel professionem et similia, Praelatus vel Delegatus clausuram ingredi non potest, sed haec omnia forinsecus peragere debet.

27. *a)* Confessarius communitatis, vel servatis servandis, quilibet alius Sacerdos potest, cum debitis cautelis, ingredi clausuram : ad ministranda infirmis Sacramenta Poenitentiae, Ss. Eucharistiae et Extremae Unctionis ; etiam ad assistendum morientibus, imo ubi mos est et tunc una

cum ministris iuxta rubricas, ad defuñetas tumulandas. Non admittitur ingressus sacerdotum ad alia ministeria persolvenda.

b) Cautelae autem iuxta casus fideliter observandae sequentes erunt :

Pro ministranda S. Comunione, Sacerdotem comitentur ab ingressu ad egressum saltem duae Moniales. Nihil tamen prohibet quominus tota Communitas, iuxta consuetudines, processionaliter Sanctissimum comitetur.

Pro recipiendis confessionibus : Sacerdotem comitentur duae Moniales usque ad cellam infirmae, quem expleta confessione, statim ad exitum reducant. Item quoad Extremam Unctionem vel assistentiam morientibus.

28. Verbi Dei praedicatio fieri debet ad crates chori vel locutorii ; si hoc commode fieri nequeat, adeatur Sancta Sedes ad obtinendam facultatem conciones habendi in ipso choro vel in aula capitulari vel, annuente Ordinario loci, in ecclesia ad quam in casu extenditur clausura, ianuis ecclesiae tunc clausis.

29. Ingredi possunt clausuram Monialium :

a) qui supremum actu tenent in aliquo Statu etiam Foederato principatum, quocumque nomine vocentur (C. I. C, 26 Martii 1952. *A. A. #.* XLIV [1952], p. 496), eorumque uxores cum comitatu.

&) S. R. E. Cardinales, qui unum alterumve comitem clericum vel ex familia cardinalitia laicum sibi assumere possunt.

c) Medici, chirurgi aut aliae personae in curandis infirmis versatae, architecti, opifices, operarii et aliae huiusmodi personae quarum opera, iudicio Antistitae, est Monasterio necessaria, impetrata prius habituali saltem approbatione ab Ordinario loci. Talem approbationem Antistita sibi procurare potest initio cuiusque anni, elenchum personarum Ordinario exhibendo. Si vero necessitas urgeat nec tempus suppetat approbationem petendi, haec iure praesumitur.

30. Personae quae frequenter in clausuram admitti debent sint optimae famae ac moribus praestantes.

31. Salvis Constitutionibus et Statutis quae rigidiores normas praescribunt, personae quae legitime clausuram ingrediuntur sive in accessu sive in regressu, cum per ipsas Communitatis aedes transeunt, ducantur a duabus Monialibus.

32. *a)* Quavis de causa ingressus permittatur, ingredientes nequeunt in monasterio versari ultra tempus vere necessarium ad finem pro quo licentia data fuit.

b) Praeter illas quae ratione officii id facere debent, nulla ex Monialibus cum personis Monasterio extraneis intra ipsum versantibus colloquatur.

33. *a)* Educationis accipiendae, propriae vocationis per breve tempus experiendae causa vel alia pietatis seu apostolatus ratione puellas seu mulieres, salvis praescriptis Const. *Sponsa Christi,* absque speciali S. Sedis licentia intra clausuram admittere non licet. (Const. *Sponsa Christi,* art. IX, § 2, nn. 1 et 2).

b) Item ad S. Sedem recurrendum est ad obtinendas licentias speciales in favorem Sororum externarum quae in Statutis approbatis non continentur.

34. Postulantes (can. 540) sola licentia Ordinarii loci clausuram ingredi possunt.

De custodia clausurae

35. Ius et officium est Ordinarii loci invigilare custodiae clausurae omnium Monasteriorum sui territorii, etiam Superiori regulari subiectorum, quamvis huic quoque hoc ius et officium in subiectis sibi Monasteriis (can. 603, §§ 1 et 2) demandetur.

36. In Monasterio autem custodia clausurae immediate pertinet ad Antistitam. Ipsa claves omnium clausurae portarum apud se diu noctuque retinere debet, eas solummodo tradens Monialibus quae variis officiis incumbunt quando illis indigent ; salvo iure particulari alia insuper praescribente.

37. In iis quae respiciunt Monialium accessum ad locutorium (tempus et frequentiam, qualitatem personarum admittendarum, etc.) et modum ibi sese gerendi (velum, auscultatricem, etc.) serventur propriae Constitutiones. Si hae tamen quadam accommodatione indigere videantur, recursus ad S. Sedem faciendus est.

38. Moniales (cfr. *Sponsa Christi,* Statuta Generalia, art. I, § 1) (non Novitiae et Postulantes) e clausura maiore illegitime exeuntes, contra praescriptum can. 601, plectuntur ipso facto excommunicatione Sedi Apostolicae simpliciter reservata (can. 2342, 3°).

39. Eadem poena plectitur quaelibet persona, cuiuscumque generis, conditionis vel sexus est, clausuram maiorem violans, sive eam illegitime ingrediendo, sive in ipsam alios illegitime introducendo vel admittendo (can. 2342, I°).

III

De clausura papali minore

De ratione clausurae papalis minoris

40. Clausura pontificia seu papalis minor his continetur finibus :

1) qua vere pontificia non secus ac clausura maior, observantiam et custodiam publicae solemnis castitatis atque vitam contemplativam Monasterii protegit atque fovet ;

2) qua vero minor, etsi vere ac longe severior clausura Congregationum (can. 604), imo clausura Ordinum virorum (can. 598-599) sit, tamen facultatem praebet ac convenientem facilitatem ad apta quaedam et selecta ministeria Monialibus legitime concredita rite et fructuose exercenda (Instr. *Inter praeclara,* XI).

41. *a)* Clausura minor non quaecumque ministeria, sed ea tantum admittit seu patitur quae cum vita contemplativa, sive totius Communitatis, sive singularum Monialium amice coniunguntur (Const. *Sponsa Christi, A. A. S.,* 1. c, p. 11).

6) Haec ministeria sive ex instituto, sive ex legitima concessione, sive etiam ex praescriptis Ecclesiae ob crescentes semper Eiusdem et animarum necessitates ita ordinate ac moderate, servata indole et spiritu singuli Ordinis, suscipiantur ut vitam authentice contemplativam nedum turbent aut afficiant, alere potius et roborare debeant (Const. *Sponsa Christi,* 1. c. et art. IX).

c) Talia sunt : doctrinae christianae traditio, instructio religiosa, educatio puellarum et puerorum, recessus et exercitia mulierum, praeparatio ad primam Communionem, opera caritatis in levamen aegrotorum, pauperum, etc.

42. *a)* Clausura minor necessario adhibenda est ubi pleraeque sive plures Moniales et notabilis pars Monasterii habitualiter operibus apostolatus destinantur (Statuta Generalia, art. IV, § 3, 2).

b) E contra, si paucae tantum Moniales addicuntur operibus et arctis limitibus Monasterii ipsa contineantur seu contineri practice et prudenter valeant, tunc servari poterit, de indicio S. Sedis, clausura maior cum debitis facultatibus seu dispensationibus, iuxta superius' dicta (n. 9).

Divisio Monasterii

43. Imprimis, aedes Monasteriorum quae, propter ministeria exercenda, clausurae minori subiecta sunt, in duas partes divisae sint oportet, quarum prior Monialibus ipsis reservetur, altera vero operibus apostolatus addicatur (Instr. *Inter praeclara,* XI, 5).

44. *a)* In parte Monialibus reservata ad modum clausurae maioris, contineri debent : cellae, chorus, aula capitularis vel alia huiusmodi, refectorium, culina, loca recreationis seu deambulationis et laboris ipsius Communitatis, locutoria a latere quo ad ea accedere possunt omnes Moniales.

b) In hac parte aedium contineri nequeunt : loca quae inhabitant Sorores externae, habitationes et loca hospitibus destinata ; ecclesia cum sacristia et locis adnexis, salvo n. 12.

45. *a)* .Altera pars Monasterii reservata est operibus seu ministeriis apostolatus, ab ipso Monasterio exercitis. Inde haec aedium pars, pari ratione patet tum Religiosis quae legitime operibus ac ministeriis inserviunt tum aliis a quibus apostolatus dirigitur.

b) Ecclesia et oratorium publicum, locave eisdem adnexa et alia de quibus in art. 12 *b),* non intra sed, ex regula, extra hanc alteram Monasterii partem exstare debent.

Excipi possunt tam in Ecclesia quam in eidem adnexis locis, aulae seu cubicula quae operibus apostolatus legitime reserventur. Imo, etiam tota Ecclesia quae habitualiter fidelibus omnibus pateat, urgente necessitate poterit de consensu Ordinarii loci aedibus ministeriis destinatis illo tempore durante accenseri quo in ipsa Moniales propria ministeria exercere cogantur, dummodo illa observentur fideliter quae infra praescribuntur, prudentibus cautelis adhibitis.

46. *a)* Non admittuntur loca quae modo Communitati, modo operibus apostolatus alternatim reserventur.

b) Attamen Ordinarius loci rationabili de causa permittere poterit ut sive ad actum sive etiam ad quoddam definitum tempus, aliqua loca habitualiter operibus destinata, Communitati addicantur, extensis tunc ad haec loca omnibus regulis ac praescriptis quae pro parte Monasterii habitualiter Communitati reservata supra recensentur.

47. Etiam circa partem Monasterii operibus reservatam impediri debet hinc inde prospectus. Si forte non eodem rigore quo pro parte Monasterii Monialibus reservata prospectus omnino vitari possunt, Ordinarius prudenter atque accurate provideat.

48. *a)* Presse divisio utriusque partis Monasterii definienda est atque patenter indicanda ut clare omnibus innotescat.

b) Ianuis quae Monasterii partem Monialibus reservatam claudunt (n. 49, *a)* illa omnia applicantur praescripta quae pro clausurae maioris portis constituta sunt.

c) Si totius Monasterii una sit tantum in via publica porta quae extraneis aditum praebet, alia necessario interna insuper porta rite custodita haberi debet qua personae admittendae, ad operum aedes ducantur.

49. Transitus Monialium a parte Communitatis ad partem operum :

a) Per ianuam specialem semper directe fiat;

h) Legitime designatis temporibus illisque solis Monialibus licet quae ab Antistita sive ad actum sive habitualiter, iuxta Constitutiones seu Statuta, operibus addicantur. Inter has etiam ipsa Antistita vel Monialis ab ea designata, etiam solius debitae vigilantiae exercendae causa, recenseri debent.

c) Monialibus in aedibus operum legitime exstantibus pateant ibi specialia locutoria, non necessario cratibus munita, aptis tamen cautelis praedita, in quibus ipsae, intuitu operum tantum, colloqui cum extraneis poterunt.

De egressu Monialium

50. *a)* Clausura minor gravem prohibitionem secumfert, pro omnibus ac singulis eidem subiectis, egrediendi extra saepta Monasterii eadem ratione ac clausura maior pro Monialibus aliisque ipsa ligatis (Instr. *Inter praeclara,* XII, 2).

b) Dispensationes ab hoc gravi praescripto *a)* ratione apostolatus concedi possunt, si vere necessarium sit, illis tantum Monialibus et Sodalibus quae legitime, iuxta superius dicta (n. 49) ministeriis addictae sint.

c) Egrediendi licentia pro casibus hic (n. 51) vel in propriis Constitutionibus recognitis, quamdiu certo exsistant, onerata ipsius conscientia, ab Antistita concedi possunt. In aliis casibus, qui iure expressi non sint, etsi non obscure ob rationis paritatem recognitis aequiparari possunt, ad Ordinarium loci recurrendum erit ut ipse, re in Domino ponderata, licentiam concedat et, si censuerit, rem in posterum Antistitae remittat.

d) Tam Ordinarius loci quam Superior regularis quibus clausurae

tutela commissa est (can. 603), stricte onerata conscientia, harum normarum observantiam vigilare diligenter tenentur.

51. Capita ex quibus generatim praescripta ministeriorum necessitas aestimari potest, ut iusta egrediendi dispensatio concedi valeat (n. 50, *c),* haec tria recensentur :

a) Ratione ipsius ministerii quod de facto ut efficaciter exerceri possit egressum exigat ut e. g., si puellae comitandae necessario extra clausuram sunt ratione studii, sanitatis, recreationis nec praesto adsint magistrae, oblatae, vel aliae personae quae huic officio satisfacere valeant.

b) Ratione praeparationis ad ministeria, scilicet : ad scientiam, culturam, titulos, habilitationes comparanda, indeque ad scholas, lycaea, universitates, collationes, congressus quae necessario videantur frequentanda. Si ex his nonnulla instituta adeo sint laicalia et profana ut periculum virtutibus religiosis immineat vel scandalum ex frequentatione oriri possit, semper prius Ordinarius loci consulendus est. Quovis in casu Instructiones a S. Sede latae, servandae sunt.

c) Ratione negotiorum, causarum quaestionumve quae ad ministeria spectant nec tuto vel convenienter apud auctoritates ecclesiasticas vel civiles aut apud officia publica seu privata per alias personas tractari et expediri possint.

De ingressu extraneorum

52. Leges circa ingressum in clausuram maiorem aeque applicantur Monasteriis clausurae minoris quod attinet ad partem Monialibus reservatam (Instr. *Inter praeclara,* XII et supra n. 26 et seq.).

53. *a)* Partem Monasterii operibus addictam, mulieres seu puellae vel pueri quibus eadem opera destinantur, ingredi possunt, ibique, etiam diu noctuque, iuxta naturam operum commorari.

b) Idem valet pro mulieribus quae operibus necessariae sunt, ut magistrae, nosocomae, ancillae, operariae.

54. *a)* Ad actum seu transeunter admitti possunt aliae personae peculiari vinculo cum iis devinctae ad quas opera diriguntur, v. g. parentes seu coniuncti aut benefactores puellas seu pueros comitantes vel visitare cupientes ; eosdem vel etiam alios quos oportet aut decet, iuxta naturam operis et usus locorum, invitare licebit, ad quasdam festivitates seu demonstrationes, quae dicuntur, religiosas vel scholasticas.

b) Haec omnia in Statutis vel Ordinationibus legitime approbatis opportune definienda sunt.

55. Admitti autem debent omnes quibus iure ecclesiastico vel ordinatione civili legitime munus inspectionis cuiusvis generis demandatum est.

56. Non minus, uti par est, quam in partem Monialibus reservatam (can. 600, 4°), in partem operibus destinatam admitti possunt, ob necessitatem, medicus, operarii et alii huiusmodi viri, ex licentia etiam habituali Ordinarii loci (n. 29, c).

57. Ordinarii loci licentia requiritur et sufficit pro ceteris casibus necessitatis vel verae utilitatis qui supra (nn. 54-56, *a)* vel in propriis Operum Statutis non praevidentur.

58. Firmis pro parte Monialibus reservata omnibus circa clausuram maiorem praescriptis, etiam circa mitiorem clausuram quae partem operibus destinatam afficit, ius est et officium Ordinarii loci et, si casus ferat, Superioris regularis, necnon, servatis servandis, Auctoritatis Foederationum, stricte invigilare atque, si id requiratur, opportunas, praeter illas quae iam propriis Statutis ordinentur, cautelas ad custodiendam et tutandam clausuram praescribere.

De custodia clausurae

59. *a)* Immediata huiusmodi clausurae custodia Antistitae committitur.

b) Claves transitus ab una ad alteram partem Monasterii teneat ipsa, vel Monialibus prudenter tradat quae operibus addictae sint.

c) Claves aliarum portarum in aedibus operum ne concredat nisi personis omnino tutis.

60. Moniales illegitime e saeptis Monasterii exeuntes excommunicatione Sedi Apostolicae simpliciter reservata ad normam can. 2342, 3°, vel, ex expressa S. Sedis concessione, Ordinario loci reservata, ipso facto plectuntur (Instr. *Inter praeclara,* XV, 1).

61. *a)* « Moniales illegitime egredientes e partibus Monasterii Communitati reservatis ad alia loca intra saepta Monasterii posita, a Superiorissa vel ab Ordinario loci pro gravitate culpae puniendae sunt » (Ib., 2).

b) Transitus autem est illegitimus quoties fit absque licentia saltem habituali vel rationabiliter praesumenda Antistitae.

62. « Illegitime ingredientes et eos introducentes vel admitientes in partes Monasterii Communitati reservatas, excommunicationem S. Sedi simpliciter reservatam incurrunt » (Ib. 3).

63. ((Illegitime ingredientes et eos introducentes vel admitientes ad loca Monasterii extra partes Communitati destinatas, ab Ordinario loci ubi Monasterium adest, severe pro gravitate culpae puniantur » (Ib. 4).

IV

Clausura papalis et Foederationes

64. Statuta Foederationum illa decernere possunt circa clausuram, sive maiorem, sive minorem, Monasteriorum Foederatorum quae ad fines Foederationis obtinendos necessaria aestimantur.

65. Ad regimen quod attinet, facultas decerni potest egrediendi proprium Monasterium et ingrediendi aliud : ad coadunandum Capitulum, Consilium vel aliud huiusmodi conventum ; ad instituendas ab Auctoritate Foederationis eiusve delegatis opportunas Visitationes; ad arcessendam, vel, servatis servandis, transferendam Superiorissam vel aliam Monialem.

66. Ad fraternam Monasteriorum collaborationem fovendam, eadem facultas decerni potest : ad suscipiendum in alio Monasterio officium electione vel nominatione collatum; ad cuiusvis generis auxilium alii Monasterio praestandum vel ipsius necessitates sublevandas; imo, ad bonum privatum alicuius Monialis intra limites tamen in Statutis praefinitos.

67. Ad Monialium meliorem formationem, conditis ad hoc aedibus communibus, facultas agnosci potest clare in Statutis definienda, eas adeundi, in eis permanendi et ab eis redeundi, pro iis Monialibus quarum ex legitima destinatione seu revocatione interest.

68. *a)* Ad clausurae uniformem observantiam in Monasteriis Foederationis, nonnulla valent Statuta decernere.

AD EMOS PP. DD. CARDINALES IOSEPHUM MINDSZENTY, ARCHIEPISCOPUM STRIGONIENSEM, ALOISIUM STEPINAC, ARCHIEPISCOPUM ZAGRABIENSEM, STEPHANUM WYSZYNSKI, ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET VARSAVIENSEM, ATQUE AD EXCMOS PP. DD. ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS NECNON AD DILECTOS FILIOS E CLERI LAICORUMQUE ORDINE ALBANIAE, BULGARIAE, CECOSLOVACHIAE, HUNGARIAE, IUGOSLAVIAE, POLONIAE, ROMANIAE ET ORIENTALIS PARTIS GERMANIAE CETERASQUE EUROPAE GENTES INSECTATIONIBUS VEXATAS : PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

PIUS PP. XII

Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres. Salutem et Apostolicam Benedictionem. — Dum maerenti animo gravissimas illas condiciones consideramus, quibus Catholica Ecclesia in non paucis Nationibus vexatur ob « materialismi » athei commenta, quae inibi dominantur, peculiaria rerum adiuncta menti occurrunt Nostrae, in quibus quinque ante saecula mediae Europae populi versabantur, et quae in causa fuere cur Decessor Noster imm. rec. Callistus III, die xxix mensis Iunii, anno MCCCCLVI, Apostolicas Litteras ederet, quibus initium est a verbis « Cum his superioribus annis ». In christianas gentes, quae fertiles incolebant regiones Danuvio flumine irrigatas et alias finítimas, vel periculum ingruebat hominibus eorumque rebus non modo, sed avitae etiam fidei detrimentosum, vel ipsa calamitas : hoc est potissimum in Hungariam in easque terras, quae hodie Albania, Bulgaria, Cecoslovachia, Iugoslavia, Roma-

nia appellantur; ac praeterea rerum gravitatem ii etiam animadvertebam, qui in ulterioribus regionibus commorabantur, Germani praesertim ac Poloni. Discrimen illud praecipiens indefatigabilis Pontifex Callisto III, sibi officio duxit catholici orbis Pastores eorumque greges paterno adhortari animo ut admissa cuiusque sua paenitendo expiarent, ut christianam omnino redintegrarent vitam, utque supplicibus incensisque ad Deum admotis precibus praesentissimum eius implorarent adiumentum. Ac praeterea constantissimo animo allaboravit ut hoc periculum longe ab Ecclesiae filiis omni ope arceret; ac partam tandem eorum victoriam divino auxilio attribuit, qui — hortatore S. Ioanne a Capistrano, atque exercitus animoso duce Ioanne Hunyady — Castrum Beogradense tam strenue tutati sunt. Huius eventus ut liturgicum exstaret monumentum, ac debitae grates a christianis omnibus agerentur Deo, Festum instituit Transfigurationis D. N. I. C, die vi mensis Augusti, ubique terrarum celebrandum.[1]

Hodie vos itidem, pro dolor, qui memoratas terras incolitis, una cum aliis multis, non latini tantum ritus sed et orientalis, qui in regionibus commorantur, quae vobis sunt ad orientem positae vel ad aquilonem secundum litora Baltici Maris, afflictissimis tristissimisque rebus excruciamini. Plures quam decem anni elapsi sunt ex quo, ut experiendo nostis, Iesu Christi Ecclesia suis iuribus, etsi non ubique eodem modo, expoliatur ; ac subinde sunt piae eius consociationes religiosaeque sodalitates disiectae ac dispersae et sacri Pastores vel praepediti debita sui obeundi muneris facultate non fruuntur, vel e sua sede deturbati, iii exsiliunt., aut in custodiae locum missi sunt; praeterea temerario ausu ipsae catholicae orientalis ritus Dioeceses eversae sunt earumque clerus et christifideles ad schisma omni ope compulsi. Ac novimus etiam non paucos idcirco quod palam, sincere, animoseque conantur suam profiteri strenuaque fortitudine tueri fidem, omne genus insectationibus affici. Peculiarique maestitia Noster oppletur animus, cum noscamus puerorum ac iuvenum mentes fallacibus ac perversis doctrinis infici, quae illos a Deo a sanctisque eius praeceptis abalienent, summo cum praesentis aetatis detrimento futuraeque periculo.

Nobis in hac S. Petri Cathedra ex divino consilio sedentibus, quasi ante oculos obversatur hoc tristissimarum rerum spectaculum; de quibus quidem rebus, ut elapsis temporibus, Apostolicis datis Litteris, verba fecimus, ita in praesens ob officii Nostri conscientiam tacere non possu-

[1] Cfr. Litt. Apost. *Inter divinae dispositionis,* d. vi Aug. a. MeeeoLvn»

mus. Siquidem grave illud suaveque mandatum, quod Christus Dominus Apostolorum Principi eiusque Successoribus verbis hisce dedit : « Confirma fratres tuos », [2] cum Nos quoque fideliter perficere debeamus, iterum atque iterum vestra cupimus sancta augere ac solidare proposita, dum amantissimum Nostrum pandimus vobis animum; vobis dicimus qui ob debitam fidelitatem impensumque amorem erga Christum tot dolores, tot aerumnas, tot angores toleratis.

Imprimisque vos appellamus, Dilecti Filii Nostri, S. R. E. Cardinales Iosephe Mindszenty, Aloisi Stepinac, Stephane Wyszynski, quos Nosmet ipsi ob peculiaria promerita, ob pastorale munus diligentissime obitum, ob navitatem denique vestram in tuenda Ecclesiae libertate, Romanae Purpurae dignitate decoravimus. Semper maerenti animo recogitamus quae quantaque pro Christo tolerastis ac fortiter continenterque toleratis, cum per iniuriam e sedibus vestris deiecti sitis atque adeo nequeatis munus adimplere vestrum. Ut vos in oculis ferimus, paternoque prosequimur animo, ita Venerabiles quoque in Episcopatu Fratres, qui actuosissima fidelitate erga Apostolicam Sedem praestant, itemque utriusque ordinis sacerdotes, saeculares nempe, ut aiunt, et regulares, atque eorum earumque omnium phalanges, qui se divino servitio devor verunt, ceterosque dilectos filios ac filias, qui in tot tantisque difficultatibus pacificum ac paciferum Iesu Christi Regnum apud vos pro viribus tutantur ac provehunt. Cum de vobis omnibus vehementer solliciti simus-, qui pro Christi causa angustias, iacturas, detrimenta perpetimini, supplices cotidie ad omnipotentem Deum preces admovemus Nostras, ut benignus et misericors fidem vestram sustineat ac roboret, ut angores vestros mulceat ac relevet, ut caelestibus vos consoletur muneribus, atque afflicta vel aegra Mystici Iesu Christi Corporis membra ad perfectam sanitatem reducat, ac praesenti sedata procella veracem serenamque pacem, quae veritate, iustitia, caritateque foveatur, tandem aliquando apud vos, apud omnes affulgere iubeat.

Numquam, ut probe nostis, Redemptor Noster Ecclesiae suae obliviscatur, numquam eam derelinquit ; quin imo quo asperioribus fluctibus Petriana navis iactatur eo magis vigilat Divinus Nauta, etsi interdum obdormire videtur.[3] Hanc pollicitationem eius cotidie meditemini quae in christianorum animos, cum praesertim conflictantur, certam spem infundit certumque solacium : « Ego vobiscum sum omnibus diebus

[2] Luc. XXII, 32.

[3] Cfr. MATTH. VIII, 24; L¡uo. VIII, 23.

usque ad consummationem saeculi ».[4] Atqui « si Deus pro nobis, qui» contra nos? ».[5] Christus igitur vobiscum est, numquam vobis supplicantes divinum negabit auxilium; sed tamen ab omnibus postulat ut Catholicae Ecclesiae praeceptis diligentius usque obtempèrent ac fidem, generoso semper animo tutentur. Quae causa agatur nostis; agitur nempe de vestra, de filiorum vestrorum, de proximorum omnium salute sempiterna, quae hodie ob invalescentem atheorum impietatem gravissimo in discrimine ponitur. Hoc tamen in spirituali certamine, si singuli universi — quod fore omnino confidimus — fortiter fideliterque pugnaverint, numquam vieti, sed victimae gloriandae haberi poterunt; atque adeo ex insectationibus iniustis toleratisque martyriis novi Ecclesiae Christi parientur triumphi, qui in eius annalibus aureis litteris scrutentur. At ne cogitandum quidem Nobis est Iesu Christi discipulos certaminis; campum fracto animo derelinquere, sincerae fidei professionem obtegere ac posthabere, vel inertes, segnes, desidiosos obdórmiscere, cum impietatis fautores Regnum Dei subvertere enitantur. Id tamen si aliqua ex parte evenerit — quod Deus avertat — irreparabile profecto damnum non desertoribus tantum, sed christianis etiam communitatibus contigerit ac suprema calamitas.

Summo cum animi solacio novimus plurimos esse inter vos, qui nobili ac forti animo parati sint rerum omnium, propriae etiam libertatis ac vitae, iacturam facere, potius quam catholicae religionis integritatem in periculo ponant; novimus etiam inter sacros Praesules non paucos, hac de re ceteris invictae fortitudinis christianae exemplum praebuisse ; vosque imprimis, Dilecti Filii Nostri S. R. E. Cardinales, insigne spectaculum factos esse mundo, angelis et hominibus.[6] Nobis tamen, pro dolor, hoc etiam in comperto est, hominum nempe fragilitatem incertitudinemque labare, cum praesertim rerum angustiae vexationesque tam diu perdurent. Tum enim interdum fit ut nonnulli animo concidant, suamque alacritatem remittant; et quod perniciosius est, ut inde opinentur necessarium esse Iesu Christi doctrinam mitigare, eamque ad novum temporum cursum et rerum locorumque adiuncta, ut aiunt, aptare, et Catholicae Religionis principia ita extenuare vel immutare, ut inter eandem ac progredientis huius saeculi errores falsum quoddam habeatur conubium.

[4] MATTH. XXVIII, 20.
[5] *Rom.* VIII, 31.
[6] Cfr. / *Cor.* IV, 9.

Iis omnibus, qui vel suum vel aliorum animum debilitant atque perturbant, sacrorum Pastorum est sollemnem illam Divini Redemptoris sententiam in mentem revocare « Caelum et terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt » ;[7] itemque eos adhortari ut spem suam suamque fiduciam in eo reponant, « cuius providentia in sui dispositione non fallitur », et qui numquam sua gubernatione destituii, quos in soliditate suae dilectionis instituit.[8] Siquidem numquam profecto omnipotens et providentissimus Deus permittet ut qui Ecclesiae suae sunt fideles animosique filii divina gratia divinaque fortitudine destituantur, ideoque in hoc salutari certamine misere succumbant, a Iesu Christo infeliciter desciscant, ac spiritualem miserandamque suae ipsorum gentis ruinam impotentes cernant.

Vos autem dilecti filii e sacerdotali vel e laicorum ordine cum iis omnibus semper coniunctissimi estote, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei; quodsi ex his non pauci sunt in praesens praepediti, nec vos alloquio suo confirmare possunt, eorum tamen adhortationes elapso tempore vobis datas in mente, in animo vestro religiose fideliterque recolite. Ac praeterea, quamvis gravissimae difficultates vos remorentur, apostolico tamen studio compulsi omnibus religionis officiis generose actuoseque obtempérate, atque fidem imprimis servate integram; quin imo, quantum vobis facultatis est, omni ope curate ut lux Christi ceteris omnibus affulgeat, idque potissimum facite constantissimae vestrae christianae vitae exemplo, eo quippe mirabili modo quo priscae aetatis christifideles usi sunt, cum insectationes in Ecclesiam ingruebant. Qui labantes, qui incerti, qui debiles sunt, a vobis discant suum augere animum, sinceram apertamque retinere fidem, religionis officiis parere, seseque omnino dedere Christo. Integrae ac sanae animi vestri vires, atque actuosa christiana pietas, cuius praeclara testimonia haud raro ad Nos deferuntur, haud mediocre Nobis afferunt solacium, Nosque sperare iubent fore ut possitis pretiosissimum christianae fidei ac vestrae erga Ecclesiam et Apostolicam Sedem fidelitatis thesaurum futurae aetati incolumen tradere et sacra quasi hereditate committere.

Ut autem hoc ex communibus optatis feliciter contingat, supplices preces Divino admovete Redemptori, auspice Genetrice eius sanctissima nostraque amantissima Matre Maria, cuius potenti patrocinio, in gra-

[7] MATTH. XXIV, 35.

[8] Cfr. Miss. Rom., or. Dom. VII et II post Pentee.

vissimo quovis rerum discrimine, maiores vestri fruiti sunt. Si enim semper caelestia munera a Deipara Virgine impetrare possumus, id procul dubio peculiari modo eveniet, cum de animorum salute, ac de christianae fidei tuitione, in domestico convictu in universaque societate agatur.

Antequam scribendi finem facimus, volumus in memoriam omnium vestrum revocare eundem Decessorem Nostrum Callistum III, per Apostolicas, quas memoravimus, Litteras,[9] mandasse ut in singulis sacris aedibus cotidie campana aera statis temporibus idcirco pulsarentur, ut ab omnibus in catholico terrarum orbe supplices adhiberentur preces ad Omnipotentem Deum, qui benignus et propitius tantam, quae eo tempore etiam imminebat, calamitatem e christiano populo prohiberet. Atqui haud minora sunt hodie pericula, quae in animos vestros et in Catholicam apud vos Ecclesiam incumbunt; cum igitur e templis vestris sacra aera sonantia audiveritis, quae ad precandum invitant, huius hortamenti reminiscamini : et quod maiores vestri egerunt, id vos quoque, eadem divini auxilii fiducia freti, complorantes facite.

Cupimus etiam ut vestris supplicationibus non modo Nostrae ultro libenterque praeeant, sed illae quoque conserantur, quas ubique terrarum cuiusvis ordinis christifideles, summa vos miseratione prosequentes, concordes ad Caelum admoveant. Pro certo igitur habeatis universam christianorum familiam ea, quae vos in silentio, in aerumnis, in rerum omnium angustiis tam diu toleratis, venerabundam admirari; ac suppliciter a misericordissimo Deo contendere, ut ob acérrimos impietatis ictus vel ob insidiosas errorum fallacias ne succumbatis, sed ut strenua Sanctorum Martyrum fortitudine fidem vestram coram omnibus testemini, utque etiam insectatores vestri — ad quos pariter pertinet christianae caritatis mandatum — veniam consequantur ab eo, qui universos pródigos filios amantissime amplexurus exspectat.

Qua suavi spe freti, vobis singulis universis, Dilecti Filii Nostri ac Venerabiles Fratres, ac gregibus curis vestris concreditis Apostolicam Benedictionem libentissime impertimus, quae et paternae benevolentiae Nostrae sit testis, et uberrimae caelestis gratiae auspicium.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxix mensis Iunii, in festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, anno MDCCCCLVI, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

[9] **Cfr. Litt. Ap.** ***Cum his superioribus annis.***

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

AGKAENSIS

(MEERUTENSIS)

AB ARCHIDIOECESI AGRAENSI QUAEDAM TERRITORIA DETRAHUNTUR QUAE IN FORMAM NOVAE DIOECESIS REDIGUNTUR, MEERUTENSIS APPEDLANDAE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem Christus Apostolis iussit ut, mundum universum peragrantes, quos ipse redemisset homines, impertitis Dei donis, in Christianam familiam reciperent, Nos, qui principem locum in Ecclesia obtinemus, munusque officiumque sane grave accepimus eosdem homines ducendi, nihil sanctius, nihil antiquius habemus quam ut omnes gentes, christiana veritate ditatae, Dei populus fiant. Quod ut facilius, ad Indorum nationem quod attinet, obtineatur, cum censuerint venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Fidei Propagandae praepositi, post auditum venerabilem Fratrem Martinum Lucas, Archiepiscopum titulo Adulitanum et in India Apostolicum Internuntium, posse ex archidioecesi Agraensi, immutatis finibus, magno cum fructu novam dioecesim constitui ; Nos haec consilia probantes consensumque supplentes eorum qui in hoc negotio ius aliquod habeant, re, qua opus esset consideratione, reputata, de Nostra summa et apostolica potestate haec, quae sequuntur, statuimus et iubemus. Ab archidioecesis Agraensis territorio, late patentis, eas regiones distrahimus, quae vulgato nomine Meerut, Moradabad, Rampur, Bijnor, Muzaffarnagar, Saharanpur, Garhwal, Tehri et Dehra Dun cognominantur, e quibusque novam dioecesim constituimus, cuius erit appellatio, ab urbe Meerut, *Meerutensis* : qua in civitate Episcopus sedem habebit suumque domicilium, cathedra tradendae veritatis in curiali templo S. Iosephi collocata. Censemus autem ut Ecclesia, quam ereximus, Sodalibus ex Ordine Fratrum Minorum Capulatorum concredatur, qui, cum bene de re catholica in metropolitana archidioecesi Agraensi meruerint, spem cer-

tam faciunt et hic se esse magno studio pro Christi gloria allaboraturos et certaturos. Haec nova dioecesis eiusque Episcopus omnibus iuribus ditabuntur quae lege spectare solent ad viros et Ecclesias eiusdem dignitatis : sacrorum tamen Praesules, uti patet, iisdem quoque oneribus tenebuntur, quae sunt omnium Episcoporum propria. Meerutensis dioecesis erit Agraensi metropoli, a qua ortum habuit, suffraganea; simul erit eius Episcopus eiusdem Sedis Archiepiscopo obnoxius et subiectus, iuxta leges communes. Curet sacrorum Praesul, cui haec nova Ecclesiae sanctae pars gubernanda continget, ut iis pueris excipiendis et educandis, quos moverit Spiritus Sancti adoranda voluntas ad munia sacerdotalia subeunda, Seminarium saltem elementarium construatur, iuxta praescripta Codicis Iuris Canonici et normas a S. Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus latas. Mensam episcopalem, quam dicunt, efficient sive bona quae, divisis possessionibus archidioecesis Agraensis secundum canonem 1500 C. I. C, Meerutensi dioecesi ob venient ; sive proventus Curiae sive denique pecunia quam populus sponte offeret, vel Sacra Congregatio Fidei Propagandae mittere solet. Collegium Canonicorum excitetur, qui Episcopo assint consilio, opera; sin vero hoc statim fieri nequeat, eorum loco Consultores dioecesani eligantur, qui tamen a suo munere cessabunt, coetu Canonicorum constituto. Ea quae ad regimen, administrationem Ecclesiae, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, attinet, vel ad clericos, populum, aliaque huiusmodi, omnino Iure Canonico regantur; id tamen iubemus ut qui clerici facta territorii divisione, erectaque dioecesi in finibus novae circumscriptionis domicilium habeant, idem huic censeantur ascripti. Praecipimus denique ut documenta et acta quae quovis modo ad conditam Sedem pertinent, ad eiusdem Curiam quam cito mittantur, ibidem religiose custodienda. Ad ea postremo quae per has Litteras iussimus exsequenda venerabilem Fratrem Martinum Lucas deligimus, quem nominavimus, cui omnes potestates agendae rei concedimus, quas poterit cuique delegare, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Peracta vero re, idem venerabilis Frater documenta exarari curabit, quae sinceris exemplis ad S. Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Quod si contigerit ut quo tempore haec Nostra iussa fieri debeant, alius Apostolicae Internuntiaturae in India praesit, hic omnia Nostra decreta exsequi studebit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum effica-

citati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesima mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. *R. E. Cancellarius*

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXII, n. 21.

II

UAGADUGUENSIS
(KUPELAËNSIS)

EX ARCHIDIOECESI TJAGADTJGUENSI QUAEDAM SEPARANTUR REGIONES, QUAE IN NOVAE FORMAM DIOECESIS REDIGUNTUR, KUPELAËNSIS NUNCUPANDAE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo suavi animi gaudio efferri patrem censemus, cum adultam prolem se ad vitae difficultates parare cernit, eodem et Nos fruimur, longinquas considerantes terras, ex quibus, Evangelii praeconum excul-

tis labore, non modo innumeri filii summo Deo pariuntur, sed fulgentia etiam sacerdotum agmina in dies frequentiora oriuntur, dulcissima spes Ecclesiae. Quod cum et in TJagaduguensi archidioecesi evenisse videamus, facere non possumus quin consilium omnino probemus venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Fidei Propagandae praepositorum qui, auditis sive Marcello Lefebvre, Archiepiscopo Dakarensi et Apostolico Delegato in Africa Gallica, sive Aemilio Socquet, TJagaduguensi Metropolita, atque peculiaribus usi potestatibus, quas illis nominatim fecimus, opportunum fieri arbitrati sunt si, partito eiusdem metrópolis territorio, nova erigetur dioecesis indigenae cleri commendanda curationi. Post igitur rem attente consideratam, consensumque suppletum eorum, qui hoc negotium sua interesse praesumant, de Nostra summa potestate sequentia statuimus. Ab Ecclesia TJagaduguensi totum territorium separamus quod constat et civili regione vulgo de Tenkodogo et provincia, quam populus Zorgo appellat, in civili regione TJagaduguensi exstante, idemque in dioecesis formam redigimus, *Eupelaënsis* ab urbe Kupela nuncupandae. In qua urbe volumus ut Episcopus sedem habeat ac domicilium, ibidemque cathedram suae auctoritatis ponat, in templo scilicet Nostrae Dominae a Gratiis sacro, quod ad honorem cathedralis aedis perducetur. Sive ergo urbs, sive templum, sive Episcopus omnia habebunt iura et privilegia suae dignitatis propria ; Episcopus tamen et oneribus tenebitur, quibus huiusmodi dignitas de more oneratur. Kupelaënsis Ecclesia metropoli TJagaduguensi erit suffraganea, atque S. Consilio Fidei Propagandae obnoxia esse perget ; quod et de eius Praesule pariter dicendum est. Decernimus praeterea ut in ea Canonicorum Collegium quam primum condatur, summi Dei cultui maiore venustate illustrando, atque Episcopo consilio et opera sublevando ; quoadusque vero ob rerum adiuncta id constitui nequeat, libenter licentiam permittimus ut eorum loco dioecesani eligantur Consultores. Cum autem unum prope singularum Ecclesiarum praesidium columenque in frequenti sacerdotum numero consistat, qui doctrina et sanctitate praestantes ad omnes sint asperi muneris partes parati, curet Kupelaënsis Episcopus ut, quam cito fieri potest, seminarium saltem elementarium exstruatur, ad iuris normam et iuxta leges a S. Congregatione de seminariis studiorumque universitatibus latas. Mensa episcopalis iis componetur bonis pecuniisque, quae et fideles offerre solent et S. Consilium Fidei Propagandae mittit, atque rebus quae, divisis ad normam canonis 1500 C. I. C. bonis mensae Uagaduguensis, iure ad novam dioecesim pro rata parte spectant. Quae autem ad Kupelaënsis Ecclesiae regimen et administratio-

nem respiciunt, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad cleri fideliumque iura et onera, aliaque istius generis, iussis pariter Canonici Iuris regi volumus. Decernimus denique ut, simul ac Nostrae hae Litterae ad exsecutionem deductae fuerint, clerici Ecclesiae illi habeantur ascripti, in cuius finibus, nunc descriptis, legitime degunt; utque pariter omnia documenta et acta, quae ad novam dioecesim quomodolibet spectant, ad eam a Uagaduguensi Curia mittantur, ibique diligenter in tabulario serventur. Harum Litterarum decreta venerabilis Frater Marcellus Lefebvre, quem diximus, ad rem adducet, vel ille qui, eo tempore quo ad effectum operis venturum sit, Apostolicae Delegationi in Africa Gallica praeerit, facta potestate et alium virum ad hoc delegandi, dummodo ecclesiastica dignitate praeditum. Qui vero rem perfecerit, onus habebit factae rerum divisionis documenta exarandi eorumque fide digna exempla ad S. Consilium Fidei Propagandae quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSTJS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, ***Proton. Apost.***
Bernardus De Felicis, ***Proton. Apost.***

Loco ✠ Plumbi

In Ap. Canc. tab., vol. LXXXXII, n. 71.

III

BELIZENSIS

VICARIATUS APOSTOLICUS BELIZENSIS AD DIGNITATEM DIOECESIS EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Christus Iesus nihil magis contenderli quam ut homines e tenebris ad lucem veritatis transf erret, eosdemque gratia Dei impertita, ad aeternam vitam servaret, ideo Nos, quibus sunt homines concrediti omnes, nihil omittimus quo iidem hoc caeleste munus facilius assequi et adipisci valeant. Cum ergo persuasum habeamus magna christiano populo bona provideri, qui in apostolico vicariatu Belizensi degit, si idem vicariatus ad gradum dioecesis elevetur, idcirco post consilium petitum a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus S. Congregationi Fidei Propagandae praepositis, remque magna consideratione reputatane eorum consensum supplentes qui aliquod ius in hoc negotio vel habeant vel sese habere putent, de Nostra summa et apostolica potestate haec, quae sequuntur, statuimus et decernimus. Apostolicum vicariatum Belizensem, qui est in Hondura Britannica, ad gradum et dignitatem dioecesis evehimus, cuius honoris omnia iura concedimus. Haec nova Sedes, immutato cognomine, *Belizensis* appellabitur, iisdemque finibus terminabitur ; eius insuper urbs princeps, Belize civitas erit, in qua Episcopus domicilium statuet, cathedra sacrae doctrinae et suae auctoritatis in templo SS. Redemptoris collocata. Quae Belizensis dioecesis, praeterea, volumus ut, ad Nostrum et Apostolicae Sedis nutum, curis Sodalium Societatis Iesu in posterum quoque tempus committatur, quorum opera adhuc vicariatus apostolicus magnifice floruit ; censemusque ut pergat S. Congregationi Fidei Propagandae esse obnoxia, Nobis tamen et huic Apostolicae Sedi directo subiecta. Quod idem de eius Episcopo dicimus, ad quem profecto omnia et debita iura compétent, oneribus et obligationibus suae dignitatis iniunctis. Mensa episcopalis, quae dicitur,

iis bonis constabit, quae vicariatus Belizensis possidebat; vel pecuniis quae Curiae obvenient et populus offeret; vel denique opibus, quas S. Congregatio Fidei Propagandae dare solet. Cultui Dei augendo simulque Episcopo iuvando Canonicorum Collegium condatur; quod tamen si ad praesens fieri nequeat, potestatem facimus in eorum locum Consultores dioecesanos eligendi, qui scilicet a suo munere cessabunt, Canonicis constitutis. Quoniam vero ibi res felici successu procedit, ubi multi iidemque boni sacerdotes christianis sunt praesto, volumus ut in nova Belizensi Ecclesia seminarium saltem elementarium excitetur, pueris excipiendis et educandis qui, suavissimo invitamento, Dei voce trahantur ad munia sacerdotalia capienda, iuxta normas et leges a Sacra Congregatione de Seminariis et studiorum Universitatibus latas. Quod vero ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, attinet, ad iura et onera cleri et populi, ad regimen et administrationem dioecesis, aliaque huiusmodi, ea omnino servanda praecipimus quae Codex Iuris Canonici iubet. Ad haec postremo, quae his Litteris mandavimus, efficienda, venerabilem Fratrem Antonium Tani eligimus, Archiepiscopum titulo Sergiopolitanum et in Rebuspublicis Hondura et Nicaragua Nuntium Apostolicum, cui omnes potestates agendae rei concedimus, alii quoque delegandas, si visum fuerit, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Idem venerabilis Frater onus habebit documenta exarandi, eaque sinceris exemplis ad S. Congregationem Fidei Propagandae quam cito mittendi. Quod si evenerit ut quo tempore Nostra iussa fieri debeant, alius eidem Apostolicae Nuntiaturae in regionibus, quorum mentionem fecimus, praesit, hic eadem omnino explebit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum ef&cacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quo-

quo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. *R. E. Cancellarius*

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXIJ, n. *45.*

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA V., TITULO « DOMINA NOSTRA DE MONGUÍ)) INVOCATA, PRAECIPUA PATRONA, ET S. IOSEPH, EIUS SPONSUS, SECUNDARIUS PATRONUS DIOECESIS DUITAMENSIS PROCLAMANTUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Deus miserentissimus hominum generi, tot iactato procellis totque periculis obnoxio, Beatam Mariam Virginem constituit tutricem ac praesidium salutis. Oportet igitur ut mortales ad eam fidentes confugiant eiusque munera expetant superna. Hac religione perfusi sunt Christifideles Columbiani ex dioecesi Duitamensi nuper erecta, qui praecipuis obsequiis, a multo tempore, venerantur Almam Deiparam, praeclara imagine in sacra Aede « de Mongui » expressam. Quo pietatis studio factum est, ut eadem augusta Virgo, « de Mongui » appellata, ab iis eligeretur caelestis apud Deum Patrona. Huic vero addiderunt alterum Tutorem Sanctum Ioseph, Sponsum castissimum, propterea maxime quod ea in regione plurimi incolunt opifices. Quae pia consulta ut Nostra auctoritate confirmarentur rataque fierent, preces ad Nos admotae sunt, Venerabilis Fratris Iosephi Ioachini Florez,

Episcopi Duitamensis, commendatione suffultae. Quibus, pro studio, quo incensi sumus, hominum vitam ad pietatis rationem revocandi, libenti animo concedentes, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, « Dominam Nostram de Mongui » appellatam, dioecesis Duitamensis praecipuam apud Deum *Patronam,* et Sanctum Ioseph, Beatae Mariae Virginis Sponsum, secundarium eiusdem dioecesis *Patronum* confirmamus, seu iterum constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus ac minus principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Augusti, anno MDCCCCLV. Pontificatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

ECCLESIA CATHEDRALIS AUXIMANA HONORIBUS BASILICAE MINORIS INSIGNITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Religio et ars, admirabili convenientia consensuque inter se iunctae, princeps effecerunt Templum Auximanum, idque, temporum iniuria et bellico furore labefactatum, repararunt in melius. Quod praeclarum pietatis domicilium ab antiquissima

repetitur aetate, quandoquidem Sanctus Leopardus saeculo IV, uti tradunt, aedem ibi condidit ad christiana celebranda sacra. Insequentibus deinde saeculis, Antistitum sollerti opera, Templum, quod nos cernimus, surrexit, molis amplitudine, « Romanicae » praesertim structurae genere ornamentorumque copia tam insigne ut nullius non excitet visentis admirationem. Itemque non immerito in publicis Italiae monumentis recensetur. Maxime vero eadem in augusta Aede omnibus probantur sacella, uti Iesu Christi cruci affixi, Almae Deiparae a Sacratissimo Rosario, Sanctissimae Eucharistiae Sacramenti, Sancti Ioseph, antiquissima crypta, ubi Sancti Victoris Martyris, praecipui Auximatium Patroni, Sanctorum Florentii, Sisinii, Diocletii ac Sociorum, qui sanguinem ibi pro Christo profuderunt, et Sanctorum Antistitum Leopardi, qui primus Sedem illam obtinuit, Vitaliani, eiusdem Templi restituions, et Benvenuti, de civibus omnibus optime meriti, sacra ossa condita sunt; opera deinde tessellata vel scalpro vel penicillo egregie effecta, ac denique supellex pretiosis vestita metallis. Omnia ergo ab arte expetita sunt ut Templum esset dignum quasi theatrum pietatis : ibi enim res divinae sollemni Ecclesiae ritu fieri solent a sacerdotibus non paucis numero; eo Christifideles frequentes conveniut, ut munerum supernorum potiantur largitate. Haec omnia reputans cum animo atque praecipue significans hoc anno sollemnia celebrari ob nonum non ita pridem revolutum saeculum a quo Templum a Sancto Leone PP. IX, Decessore Nostro, ut ferunt, cansecratum est, Venerabilis Frater Dominicus Brizi, Episcopus Auximanus et Cingulanus, Nobis supplicavit, ut eandem Aedem Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Nos vero, Antistiti, Clero populoque Auximano benevolae voluntatis Nostrae amplum cupientes praebere testimonium, precibus huiusmodi libenti animo statuimus obsecundare. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Ecclesiam Cathedralem Auximanam ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae Templis itidem insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane

fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Augusti, anno MCMLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

III

BASILICAE MINORIS TITULO AC DIGNITATE HONESTATUR ECCLESIA CATHEDRALIS SANCTI THOMAE APOSTOLI, MADRASPOLITANAE ET MELIAPORENSIS ARCHIDIOECESIS IN INDIA.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Christi Regno decursu temporis in orbe terrarum succrescente, novi semper operarii in vineam Domini missi sunt novaeque Religiosorum Familiae labores subierunt, ita ut priorum opera missionalia prosecutae, « in aedificationem corporis Christi, ... in unitatem fidei et agnitioni» filii Dei », prout ait Sanctus Paulus *(Ephes.*, IV, 12), omnes occurrerent. In Ecclesia namque Christi — eodem testante Apostolo — « neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat : sed qui incrementum dat, Deus », ad quae verba hoc adiungit : « Dei enim sumus adiutores » (/ *Cor.* III, 7-9). Haud aliter accidit in inclita illa regione, cui nomen India, quam Sanctus Thomas Apostolus quasi sortem ministerii obtinuisse traditur, Christiana excoluisse religione, miraculis et glorioso martyrio illustrasse. Exstat etiamnunc in pervetusto Meliaporensi pago (qui postea Madraspolitanae urbis pars effectus est) apud fideles, immo et infideles, Sancti Thomae memoria ibique ille conditus est sepulcro maximaque excolitur veneratione. Prima aedes sacra, ubi Apostolus idem parvi sacelli fundamenta propriis manibus iecerat, est a Christianis excitata, in cuius locum nova eaque perampla, labentibus saeculis fidelibusque undique succrescentibus, Lusitaniae Regum ope, suffecta est. Saeculo autem xvi, Sanctus Franciscus Xaverius, e Societate Iesu, Indiarum alter Apostolus, Sancti Thomae invisit Meliaporense sepulcrum, ibique per tres fere menses, signis

miraculisque comitantibus, sacra litavit. Tam inclita rerum memoria, tamque pretiosum pietatis et sanctitatis domicilium merito effecerunt, ut Decessor Noster Paulus Pp. V, fel. rec, anno millesimo sexcentésimo sexto, Sancti Thomae Meliaporensi dioecesi condita, ad Ecclesiae Cathedralis dignitatem illud eveheret atque Leo Pp. XIII, rec. mem., item Decessor Noster, anno millesimo octingentesimo octogesimo sexto, titulum iuraque Archiepiscopi Metropolitae Ordinario pro-tempore concederet. Decem autem post annos, hodierna Cathedralis Ecclesia Sancti Thomae Apostoli, sepulcrum in medio continens atque amplitudine mirabilis, sollemni ritu est consecrata. Gothico confecta stilo, maxima est ceterarum Indiae ecclesiarum atque marmorea praedita crypta, ubi memorati Apostoli est conditorium. Eo fideles non solum, sed etiam ethnici quotannis frequentes accedunt, quibus plures Sacerdotes, Parocho cohortante et adiuvante, alacriter inserviunt. Abundat insuper sacra supellectile affabre confecta; atque ex altissima turri tria personant aera sacra. Maxima colitur religione pervetustum Beatae Mariae Virginis ab origine immaculatae Simulacrum, quod etiam Sanctus Franciscus Xaverius pientissime est olim veneratus : Deiparae ipsi Immaculatae, duobus saeculis ante dogmaticam definitionem, Meliaporensis archidioecesis, Lusitaniae Regni vestigia prosecuta, se vovit. Novissime denique per Nosmet Ipsos Madraspolitana et Meliaporensi archidioecesi, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, erecta, eadem Ecclesiae Cathedralis locum obtinebat. Quibus omnibus mature perpensis, Venerabilis Frater Ludovicus Mathias, e Societate Sancti Francisci Salesii, priorum Evangelii praeconum ea in regione quasi herede, atque Archiepiscopus Madraspolitanus et Meliaporensis, geminam faustamque nactus occasionem trecentesimi quinquagesimi expleti anni a dioecesi constituta ac simul septuagesimi revoluti anni a condita sede Metropolitana, proprio nomine, utriusque Cleri nec non omnium Christifidelium, humilibus fusisque Nos adiit precibus, ut Ecclesiam Cathedralem, quam laudavimus, ad dignitatem Basilicae Minoris benigne evehere dignaremur. Nos vero, venerandis primi et alterius Indiae Apostoli vestigiis congruum volentes tribuere honorem, huiusmodi votis perlibenter statuimus concedere. Quapropter, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam Cathedralem Madraspolitanae et Meliaporensis in India archidioeceseos, Deo in honorem Sancti Thomae Apostoli dicatam, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris,* omnibus adne-

xis privilegiis liturgicis eidem titulo rite competentibus, decorare atque honestare decrevimus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; dictaeque Ecclesiae Cathedrali, ad quam pertinent, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Martii, anno MCMLVI, Pontificatus Nostri decimo octavo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULAE

I

AD REVMOS PATRES ALOISIUM BOSTANI, ORDINIS ANTONIANI ALEPPENSIS SYRO-MARONITARUM MODERATOREM GENERALEM, MOUSSA OZAR, ORDINIS ANTONIANI LIBANENSIS SYRO-MARONITARUM MODERATOREM GENERALEM, ISAIAM ASMAR, ORDINIS ANTONIANI S. ISAIAE SYRO-MARONITARUM MODERATOREM GENERALEM: SEXTO DECIMO EXPLETO SAECULO AB OBITU CÖENOBIARCHAE S. ANTONII.

PIUS PP. XII

Dilecti filii, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Sexto decimo* revoluto saeculo, ex quo S. Antonius Coenobiarcha ex hoc mortalis vitae exsilio ad superos evolavit, vos peculiari modo addecet, qui eum Patronum vestrum singulari pietatis studio colitis, eius revocare memoriam, eiusque sanctitatis exempla vobis meditanda imitandaque proponere.

Hic, cum iuvenis esset nobilibus ortus parentibus « et amplis facultatibus instructus »,[1] ea omnia humanae gloriae emolumenta, quae flo-

[1] S. Athanas. *Vita et conversatio B. P. N. Antonii,* n. 1; P. G. XXVI, 839.

rida iuventus, quae promtum fertileque ingenium, quae praestantium virorum patrocinia facile spondere poterant generoso animo posthabuit atque ut erat ad perfectiora natus, paterno vendito patrimonio, divitiisque omnibus, quibus satis affluebat, pauperibus distributis,[2] in vastissimam Thebaidis solitudinem se contulit, ibique quasi caelestis vitae genus in terris agere instituit. Ieiunio voluntariisque castigationibus corpus domabat, animum vero supernarum rerum contemplatione atque adsiduis flagrantibusque precibus ad Deum admotis, divino quasi pabulo, «enutriebat.

Postquam autem haec sapientissima Evangelii monita et consilia : *K* Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo : et veni, sequere me »,[3] alacri constantique voluntate ac mirando quodam modo ad rem deducenda susceperat, summo cum animi gaudio alios non paucos vidit, qui sua exempla secuti, idem vitae genus amplectebantur ; quapropter apud eum monachorum familia floruit, quae in tanta illius saeculi mollitie, ob austeritatem ana cum suavitate morum coniunctam, alios plurimos vel ad imitationem, vel saltem admirationem permovit.

Nec tantum in umbratilis vitae genere evangelicae virtutis luce enituit Antonius, sed etiam, quotiescumque Ecclesiae bonum id postulare videbatur, in solem et pulverem ut Christi athleta bonum certamen pugnaturus animosus processit. Quod quidem praesertim contigit, cum adversus haereticos, Arianos potissimum, certaturus Alexandriam se contulit.[4] Quamobrem hisce exornatus virtutibus egregiisque promeritis, cum ad humanum exitum pervenisset, ea sibi sumere poterat, quae gentium Apostolus de se scripserat : « Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitia, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex » ;[5] atque tum suis monachis apud se convocatis hanc pulcherrimam sententiam quasi sacra hereditate reliquit : « Christum semper respirate, ipsique credite : ac velut quotidie morituri vivite ».[6] Deinde vero supremam horam sereno animo oppetens, cum sua conversatio semper in caelis fuisset, a Dei contemplatione precationeque ad beatam Dei visionem fruitionemque pertransiit. Eius fama sanctitatis saeculorum cursum evicit ; eiusque

[2] **Cfr. Ibid. n. 2 ; P. G. XXVI, 842-843.**

[3] MATTH. 19, 21.

[4] **Cfr. S. Athanas. *Vita et conversatio S. P. N. Antonii,* nn. 68-69 ; P. G. XXVI, 939-942.**

[5] ***2 Tim. 1,* 8.**

« **S. Athanas. *Ibid.* n. 91; P. G. XXVI, 970.**

nomen non modo apud vos, sed etiam apud christianos peculiari veneratione recolitur. Iam S. Augustinus, cum adhuc in incertum iactaretur, atque hinc vitiorum illecebris, illinc vero suavissimo Dei invitamento permoveretur, casu amicum audivit librum legentem, qui de rebus gestis de excelsisque virtutibus agebat S. Antonii Coenobiarchae. Tum ex improviso vehementissime agitatus in haec prorupit verba: « Quid est hoc? Quid audisti? Surgunt indocti, et caelum rapiunt, et nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi volutamur in carne et sanguine! An quia praecesserunt, pudet sequi, et non pudet nec saltem sequi?.[7] Atque ex eo die coepit Augustinus firmiore voluntate ex vitiorum laqueis se solvere, ac sese totum devovere Deo, eumque amantem flagrantissima caritate redamare.

Fore igitur confidimus, et a caelestium munerum Datore precamur, dilecti filii, ut Sancti huius Coenobiarchae memoria, in vividiorem lucem per has saeculares celebrationes revocata, non modo vobis, qui eius evangelica vitae praecepta pro suscepto munere sequimini, exemplo sit, sed iis etiam, qui longe ab aeternae salutis semitis aberrant, vel in iisdem torpescunt; qui quidem omnes ad christianos redintegrandos mores et ad virtutem alacri constantique voluntate amplectendam, divina aspirante gratia, feliciter reducantur.

Qua suavissima spe freti, cum vobis singulis, dilecti filii, tum monachis omnibus, curis vestris concreditis, Apostolicam Benedictionem paterno animo impertimus, quae caelestium munerum sit auspex Nostraeque benevolentiae testis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxxi mensis Maii, anno MCMLVI, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

[7] *Confess.* lib. VIII, cap. VIII, 19; P. L. XXXII, 757.

II

AD EMUM P. D. CLEMENTEM TIT. SANCTAE BALBINAE S. R. E. PRESB. CARDINALEM ROQUES, ARCHIEPISCOPUM RHEDONENSEM, DOLENSEM ET S. MACLOVII, QUEM LEGATUM DELIGIT CONGRESSUI EUCHARISTICO, RHEDONENSI IN URBE E TOTA NATIONE GALLICA INEUNDO.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Peropportuna sane videtur Congressio Eucharistica, quae ex omni Gallia in nobilem urbem Rhedonensem proxime cogetur, quinquagesimo anno recens feliciter expleto, postquam decretum « Sacra Tridentina Synodus », a Sacra Concilii Congregatione editum est, sub glorioso Sancti Pii X Decessoris Nostri Pontificatu, ad quotidianam sanctissimae Eucharistiae sumptionem inter fideles promovendam fovendamque. Quaecumque enim ad amplificandum in Galliae populo sive amorem sive cultum sacramenti augusti fuerint consilia coepta, omnia procul dubio summa benevolentia Nos complectemur.

Quid profecto religioni fidelium ac pietati magis prodesse potest, quam eiusmodi coetus, in quibus cogitationes et studia ad suavissima mysteria altaris cum salutari animorum commotione adiiciuntur? Eo vel magis, quod inter proposita argumenta disceptanda ea sunt praecipua, quae ad actionem vitae spectant ac viam, unde efficaciter cultus Eucharistiae sanctae propagetur.

Nos igitur, quibus est prae re omni persuasum, non posse homines ad virtutem colendam inflammari, nisi divinum diligant exemplar virtutis, non modo incepta et apparatus proximae Congressionis libentissime probamus, sed eidem quodammodo adesse ac praeesse exoptamus. Te itaque, Dilecte Fili Noster, qui, Romana purpura exornatus, praeclarae isti Metropolitanae Sedi moderaris, Legatum Nostrum, ut iam antea nuntiavimus, per has litteras eligimus et constituimus, ut, Nostram gerens personam, Congressui Eucharistico, Rhedonensi in urbe ex tota natione Gallica ineundo, nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas.

Non est autem dubitandum, quin tu, pro ea qua polies virtute ac pietate, pro amplissimis honoribus, quos Christo Regi praestituri sunt tot frequentes filii, qui, Praesulibus eorumque clero praeeuntibus, ex

Galliae regionibus istuc convenient, nobilissimo legationis munere sis fauste feliciterque perfuncturus.

Laetos denique uberesque fructus ex ipsa celebratione instanti prece a Deo ominati, Apostolicam Benedictionem, peculiaris Nostrae caritatis testem, tibi, Dilecte Fili Noster, iisque omnibus, qui Eucharisticis sollemnibus intererunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxn mensis Iunii, anno **MDCCCCLVi,** Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

III

AD RBVMOS PP. AUGUSTINUM SEPINSKI, ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRUM GENERALEM; VICTORIUM COSTANTINI, ORDINIS FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM MINISTRUM GENERALEM/ BENIGNUM A S. HILARIO, ORDINIS FRATRUM MINORUM CAPULATORUM MINISTRUM GENERALEM ; IOANNEM BOCCELLA, TERTII ORDINIS REGULARIS S. FRANCISCI MINISTRUM GENERALEM : QUINTO EXEUNTE SAECULO OB OBITU S. PETRI REGALATI.

PIUS PP. XII

Dilecti filii, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Legentibus Nobis communes litteras, a vobis eo etiam consilio datas ut aliquid vobis rescribendo paterno animo significaremus, quinto exeunte saeculo ex quo S. Petrus Regalatus, Vallisoletanae Archidioecesis vestrique Ordinis decus, ad Caelum evolavit, haec verba Nostrae succurrunt menti, quibus Decessor Noster imm. rec. Leo XIII, septingentésimo revoluto anno a Seraphici Patriarchae vestri natali die, Encyclicis datis litteris, christifideles omnes commonebat : « Ita ... de honoribus, qui Beato Francisco properantur, statuendum, tunc maxime futuros ei, cui deferuntur, gratos, si fuerint iis ipsis, qui deferant, fructuosi. In hoc autem positus est fructus solidus minimeque caducus, ut cuius excellentem virtutem homines admirantur, similitudinem eius aliquam adripiant fierique studeant ipsius imitatione meliores » .[1]

Certe, si Legifer Pater vester « radiabat velut stella fulgens in caligine noctis)),[2] ita ut illius temporis societati illustrandae et ad incorru-

[1] **Litt. Enc. «Auspicato» d. d. xvii Sept. a. MDCCCLXXXII; A. L., vol. III, p. 143-144.**
[2] **S. *Thomas a Celano,* Vita I, 37.**

ptam evangelicae sapientiae formam reducendae providentissima Dei consilio summopere inserviret, asseverandum quoque est S. Petrum Regalatum Conditoris vestri exempla fulgidissima, inde a iuvenili aetate, studiose intuitum esse ad eiusque excelsas virtutes citatiore cotidie gradu imitandas ad extremum usque vitae halitum contendisse. In eo siquidem peculiari luce enituit evangelicae paupertatis studium; illius dicimus paupertatis, quae non voluntaria dumtaxat bonorum abdicatane terminatur et circumscribitur, sed animi etiam ab iisdem abalienationem eiusque demissionem et humilitatem postulat secundum illud : « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum caelorum ».[3] Hoc paupertatis studium peculiaris esse debet, ut probe nostis, vestri Ordinis nota, secundum Asisinatis Patriarchae sententiam : « Haec est illa celsitudo altissimae paupertatis, quae vos, carissimos fratres meos, heredes et reges Regni caelorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit».[4]

Huius virtutis nitore et oblectamento, saeculi nostri hominibus vos omnes exemplo sitis, qui quidem saepenumero vel lautioris vitae commodis voluptatumque illecebris tam avide fruuntur, vel ad ea adipiscenda per fas per nefas interdum effreno cursu rapiuntur.

Altera virtus, quae superna luce e S. Petri Regalati agendi ratione refulsit, amor fuit erga Deum, erga proximos. Si enim Franciscalis familia quasi quaedam « caritatis nobilis structura surrexit, in qua vivi lapides, ex omnibus mundi partibus coacervati, aedificati sunt in habitaculum Spiritus Sancti»,[5] id peculiari modo cernitur, cum Sanctorum vestrorum atque adeo huius caelitis vita consideratur. Ei siquidem nihil antiquius erat, nihil suavius, quam se totum devovere Deo, eum amantem redamare longasque horas in sumere in incensissimam ad eum admovendam precationem. Haec praeterea divina caritas, utpote quae sincera esset atque actuosa, naturali quodam motu ultro libenterque redundabat in fratres quovis modo agentes in quibus quidem Iesum Christum ipsum venerabundus suspiciebat. Quamobrem factum est ut dubios et incertos confirmaret, ut angoribus affectos consolaretur, ut inopes et aegrotos praecipua amplecteretur benignitate, seseque eorum servitio eorumve curationi totum addiceret.

Has imprimis, ceterasque eius virtutes mente recolere, easque in

[3] MATTH. V, S.

[4] *Reg. II Fr. Min., c.* b.

[6] *8. Thomas a Celano,* Vita I, 37 sq.

exemplum vobis vestratibusque proponere valde est opportunum et salutare, quandoquidem, ut diximus, is non tam admirandus, quam mutandus est. Id esto igitur celebrationum vestrarum fructus praecipuus, quem ros divinae gratiae uberrime fecundet.

Cuius quidem divinae gratiae sit auspex Nostraeque benevolentiae testis Apostolica Benedictio, quam vobis, dilecti filii, sodalibus cuiusque vestris, iisque omnibus, qui in Vallisoletana praesertim Archidioecesi saeculares eiusmodi celebrationes participabunt — imprimisque Venerabili Fratri eiusdem Archidioecesis Archiepiscopo — amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die iv mensis Iulii, anno **MDCCCCLVI,** Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

Christifidelibus Sodalibus Tertii Ordinis Sancti Francisci ex Italia Romae coadunatis. *

Nel darvi il Nostro affettuoso benvenuto, diletti figli, dirigenti, religiosi, confratelli e consorelle del Terz'Ordine Francescano d'Italia, Noi vogliamo anzitutto manifestarvi la Nostra gioia per la felice ripresa della vostra vita e della vostra azione individuale e collettiva, oltre che per lo spirito di concordia che regna fra voi. Leggendo la vostra storia, si rimane quasi attoniti nel vedere quanti e quali fiori di santificazione, quanti e quali frutti di opere apostoliche sono germogliati e maturati nei tre rami del vegeto e robusto tronco francescano. Dal beato Lucchesio fino agli innumerevoli laici di ogni condizione, a sacerdoti, a Vescovi, a Romani Pontefici, è una vera moltitudine di anime che attribuirono al Terz'Ordine gran parte dello spirito che li animava a muoversi nella via della perfezione. Nè meno sorprendente è la storia delle loro opere, dirette al riordinamento religioso, morale, sociale, e politico della società.

Dopo la provvidenziale istituzione del vostro Terz'Ordine, tutto pervaso dello spirito e della dottrina del Serafico fondatore, e che fu subito arra di santificazione per tanti cuori, se non mancarono col volgere degli

*** Habita die 1 Iulii mensis a. 1956.**

anni periodi di crisi e di minor fervore, la sua azione fu pur sempre notevole ed efficace. In tempi di lotte e di vendette i Terziari si fecero promotori di concordia e di pace; contro gli abusi dei signori feudali operarono con prudente ardimento, a vantaggio e a difesa delle classi più umili; per diminuire e, in quanto era possibile, per distruggere gli effetti delle eresie e degli scismi, praticarono e predicarono l'assòluta fedeltà alla Chiesa e al suo Capo visibile; per porre un argine al dilagare delle ingiustizie, delle prepotenze, delle rapine, diedero esempio di distacco da ricchezze, vanità ed onori. Si può ben dire che, ogniqualvolta la Chiesa chiamò a raccolta i suoi figli per un'opera di rinnovamento organico e profondo, li trovò pronti a cooperare, affinchè i comuni sforzi non fossero vani. Per questo non è mancato a voi l'appoggio e la benedizione dei Romani Pontefici — da Onorio III, che, dicesi ne approvò *"vivae vocis oraculo* la regolala Gregorio IX, grande amico del vostro Santo Patriarca, fino a Leone XIII, il quale con la Costituzione Apostolica *Misericors Dei Filius* del 30 maggio 1883 riformò la vostra regola, avendo però cura che in nulla rimanesse toccata l'intima natura dell'Ordine, al Santo Pio X, che si disse certo dell'efficace contributo dei Terziari nella restaurazione di tutte le cose in Cristo,[1] a Benedétto XV e a Pio XI, che riaffermarono la perenne modernità del Terz'Ordine. Anche Noi, in varie occasioni, abbiamo voluto lodare il vostro spirito e incoraggiare il vostro lavoro ; e oggi siamo lieti di incontrarvi per rinnovare a tutti le Nostre congratulazioni, il Nostro augurio e la Nostra paterna esortazione. Ma Noi, come voi, chiediamo al Signore che lo splendore di tante vostre glorie non venga in alcun modo offuscato, che la fiducia della Chiesa in voi non sia mai resa vana. Anche per voi — come per altre Istituzioni — la recente guerra può aver causato sul principio un periodo di stasi organica e forse di raffreddamento spirituale; ma ora, come testimonia questa vostra magnifica adunata, voi avete ritrovato il primitivo fervore, per far del Terz'Ordine vostro una scuola di perfezione cristiana; di genuino spirito francescano; di azione ardita e pronta per la edificazione del Corpo di Cristo.

1. Siate anzitutto una scuola di perfezione cristiana integrale.

Il Terz'Ordine Francescano nacque in cuore al vostro Serafico Padre il giorno in cui una schiera di anime, commosse e sospinte dalle parole di lui, chiesero di accompagnarlo nelle strade che egli percorreva, seguendo le orme di Cristo, nel cui nome andava ripetendo : « Siate perfetti ».[2]

[1] *Lett. Apost.* 5 maggio 1909.

[2] MATTH. 5, 48.

Siccome non era possibile che tutti praticassero i consigli evangelici, Francesco ricordò che tutti, se lo avessero voluto, avrebbero potuto tendere alla perfezione dello stato, e conseguirla senza abbracciare lo stato di perfezione. Tutti avrebbero potuto, rinnegando se stessi, essere docili strumenti nelle mani di Cristo: pronti a qualsiasi desiderio di Lui, a qualunque suo cenno. E questa adesione completa, perenne, alla volontà di Dio, questa affettuosa ma forte dedizione a Lui e al suo volere, questa completezza e perfezione di vita alla luce del Vangelo, può essere di tutti i cristiani, ed è stata infatti di tanti in ogni epoca.

Il Terz'Ordine Francescano nacque per corrispondere a tale sete di eroismo in coloro, che dovevano restare nel mondo, ma non volevano essere del mondo. Il Terz'Ordine, dunque, vuole anime che nel loro stato anelino alla perfezione.

Voi siete un Ordine : Ordine laico, ma Ordine vero. *Ordo veri nominis,* come lo chiamò il Nostro Predecessore di s. m. Benedetto XV.[3] Non sarete, come è ovvio, un'assemblea di perfetti; ma dovete essere una scuola di perfezione cristiana. Senza questa risoluta volontà non si può -convenientemente far parte di una scelta e gloriosa milizia.

2. Siate una scuola di genuino spirito francescano.

Mentre nessuno nutre dubbi sull'importanza del Terz'Ordine Francescano nel mondo presente, sono tuttavia note le sollecitudini che i Francescani più ferventi hanno circa l'effettiva vitalità dei Terz'Ordini in Italia e all'estero : alcuni temono che essi non diano oggi le falangi di santi e di apostoli, che un giorno si mettevano al completo servizio della Chiesa.

Le ragioni di tale fenomeno sembra che vadano cercate —- fra l'altro —» in una minore efficienza dello spirito francescano in non pochi Terziari ***e,*** talvolta, perfino in alcuni Direttori. Lamentano cioè taluni che si rimanga sovente troppo nel generico, mentre non basta conoscere la vita del S. Patriarca e narrarla, per essere sicuri di formare sè stessi e soprattutto gli altri secondo la mentalità e il metodo francescano. Se questo fosse vero, bisognerebbe rimediare con prontezza ; ricordate che il vostro Terz'Ordine non potrà fiorire e fruttificare, come nei tempi gloriosi, se non sarà pienamente imbevuto di vera e genuina spiritualità francescana.

Voi sapete che la spiritualità di un Santo è la sua particolare maniera di rarjpresentarsi Dio, di parlare di Lui, di andare a Lui, di trattare con

[3] ***Ep. Encycl. Sacra propediem* 6 Ian. 1921.**

Lui. Ogni Santo vede gli attributi di Dio attraverso quello che più medita, che più approfondisce, che più lo attrae e lo conquista. Una particolare virtù di Cristo è per ogni Santo l'ideale cui bisogna tendere, mentre tutti i Santi — anzi tutta la Chiesa — cercano di imitare tutto il Cristo. Anche perciò la Chiesa è, per così dire, il Cristo totale e i singoli cristiani — i singoli Santi — sono membra di Lui più o meno perfette.

Vi è dunque una dottrina francescana, secondo la quale Dio è Santo, è grande, ma è soprattutto Bene, anzi il sómmo Bene. Per essa Dio è amore, che di amore vive, per amore crea, per amore si incarna è redime, cioè salva e santifica.

Vi è anche una maniera francescana di contemplare Gesù: l'incontro dell'Amore Increato con l'amóre creato. E vi è altresì un modo di amarlo e di imitarlo : si vede infatti l'Uomo-Dio e si preferisce considerarlo nella Sua santissima Umanità, perchè meglio lo mostra e quasi lo fa toccare. Di qui una devozione ardente verso l'Incarnazione e la Passione di Gesù, perchè lo fanno vedere, non tanto nella gloria, nell'onnipotente grandezza o nel trionfo eterno, quanto piuttosto nel Suo* amore umano, così dolce nella culla e così doloroso sulla croce.

Vi è finalmente una maniera francescana di imitare Gesù. Il vostro Serafico Padre cercò e trovò nel Vangelo, aperto quasi a caso, tre parole del divino Maestro. La prima diceva : « Se vuoi esser perfetto, va, vendi ciò che hai e dallo ai poveri, e avrai un tesoro in cielo » ;[4] la seconda ammoniva : ((Chi vuol venire dietro a me, rinunzi a sè stesso, prenda la sua croce e mi segua » ; [5] la terza, finalmente : « Non portate borsa, nè sacca, nè sandali ». [6] Disse allora il Santo Patriarca : ((.Questa sarà la nostra Regola ». [7]

Di qui la povertà francescana, che rifugge dal lusso e ama particolarmente ciò che meno appaga gli occhi e la vanità ; di qui la semplicità francescana, che porta l'anima a cercare direttamente Dio, seguendola via breve, la via semplice, considerando, cioè, meno la propria deformità e più la bellezza infinita di Dio; di qui la rinuncia francescana, totale, perenne, ma senza scosse, senza urti, senza rimpianti; rinùncia fatta per amore a Gesù. Di qui la schietta letizia francescana, che non è l'allegria chiassosa, nè la risata scomposta, ma piuttosto il sorrisotranquillo, pieno di amabile serenità.

[4] MATTH. 19, 21. *

[5] MATTH. 16, 24.

« Luo. 10, 4.

* *Anonim. Perus,* c. 10 e 11.

Di qui soprattutto la carità universale, che tutti e tutto vedendo in Dio, tutti e tutto ama in Lui e per Lui ; di tutti e di tutto gode, godendo di Dio. *Deus meus et omnia!*

Di questo spirito francescano, di questa francesana visione della vita ha bisogno il mondo. A voi, diletti figli, spetta conoscerla a fondo, amarla con trasporto, soprattutto viverla con la perfezione che consente il vostro stato.

3. Scuola di azione ardita e pronta per la edificazione del Corpo di Cristo.

Il vostro Terz'Ordine saprà anche essere un reparto scelto nel pacifico esercito laico, che oggi, come non mai, è schierato in campo per la difesa e la dilatazione del regno di Cristo nel mondo.

Nella chiesa di S. Damiano il serafico Padre udì la voce del Crocifisso, che lo esortava a restaurare la sua casa, minacciante rovina. Difendere la Chiesa, sorreggere la Chiesa : ecco l'ansia di Francesco d'Assisi. Volete, diletti figli, essere degni del vostro Padre e Maestro?

Osservate i tempi presenti. Essi non sono dissimili, in alcuni aspetti, da quelli che videro nascere l'Ordine francescano. Noi ripetutamente abbiamo avvertito il mondo, affinchè si fermi in tempo sull'orlo del precipizio ; abbiamo invitato gli uomini a riflettere che non vi è genuina e durevole salvezza se non in Gesù; abbiamo fatto reiterati appelli a tutti i veri cristiani, perchè — messo da parte ciò che divide — operino arditamente e concordemente per vivificare e dilatare la Chiesa. Molti hanno risposto, molti — ne abbiamo ferma fiducia — risponderanno ancora : si accòrgono gli uomini che, lontani da Cristo, non vi è che sconforto e danno. In tante parti del mondo fervono le opere sotto la guida dei sacri Pastori.

AIP opera dunque anche voi, diletti figli. Ve lo dice Gesù per bocca del suo, sebbene indegno, Vicario. Accorrete tutti; portate aiuto al mondo. Sostenete la Chiesa, dove, se non mancano purtroppo, in alcuni suoi membri, l'errore ed il male, vi è però tanto eroismo, tanta santità !

Con tali sentimenti e mentre vi ringraziamo dei numerosi e piissimi doni coi quali avete accompagnato la vostra venuta, impartiamo di cuore a voi tutti, alle vostre famiglie e a tutta l'opera vostra, pegno dei più abbondanti favori celesti, la Nostra Apostolica Benedizione.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

CHRISTIFIDELIBUS DATUS OB CONVENTUM EUCHARISTICUM XVI E TOTA NATIONE GALLICA RHEDONENSI IN URBE DIE OCTAVO IULII COADUNATIS.

Nous sommes présent de cœur au milieu vous, chers fils de France, tandis que vous vous assemblez en foule dans la si vivante métropole de la Bretagne pour rendre un hommage public et solennel à la Sainte Eucharistie. Nous y sommes présent en la personne de Notre Légat, qu'entoure un nombre imposant d'Archevêques et Evêques, et ce Message vous portera, avec l'assurance de Notre paternelle sollicitude, les vœux que Nous formons pour le succès spirituel de ce XVI[e] Congrès national. Dieu veuille qu'à la longue et judicieuse préparation, dont il a bénéficié, corresponde désormais, après la ferveur des cérémonies, un réel approfondissement du culte eucharistique dans tout le pays !

Il était bon, en effet, cinquante ans après le mémorable Décret de Saint Pie X sur la communion fréquente, complété plus tard par les dispositions prises en faveur des enfants, de s'interroger sur la fidélité des catholiques à ces directives pontificales. Nous-même, par différentes mesures facilitant l'assistance à la messe et l'observance du jeûne eucharistique, par l'éclat nouveau que Nous avons voulu donner à la célébration du mystère pascal, dont l'Eucharistie est le mémorial sacré, ne manifestions-Nous pas clairement Notre vif désir de voir, autour des autels, s'intensifier la vie des communautés chrétiennes et s'accroître le rayonnement de leur charité? Et puisque le Congrès, par son objet même, vous invite à vous demander « où en est la vie eucharistique en France de nos jours », Nous ne doutons pas que chacun, — selon son âge et son état, à la mesure de ses engagements personnels et de ses responsabilités sociales — ne veuille apporter à cette question la réponse loyale que lui dictent une foi mieux éclairée et une expérience plus avertie.

Dans la conjoncture présente, grave à bien des titres, Nous exhortons la jeunesse, les familles, les paroisses, les Instituts religieux et les Mouvements d'action catholique, à méditer devant l'hostie sainte sur le devoir, plus impérieux que jamais, de tout instaurer dans le Christ. Sur les autels de vos villes et de vos campagnes, le Christ est présent, auteur du salut, source de grâces, ferment de notre unité et de notre paix. Allez à lui; vivez de sa vie; fondez en lui l'œuvre de votre sanctifica-

tion et l'élan de votre apostolat ; bâtissez sur lui la cité chrétienne : « il n'y a pas sous le ciel d'autre nom donné aux hommes par lequel nous devions être sauvés ! *y).*[1]

Vers vous surtout qui êtes prêtres, et qui avez mission de conduire et de nourrir le peuple de Dieu. Nous Nous tournons d'un cœur paternel. Ce sacerdoce, que vous avez reçu au cours du sacrifice de la messe et en vue de multiplier celui-ci à travers le temps et l'espace, ne vous constitue-t-il pas, à un titre eminent, les hommes de l'eucharistie? Nous connaissons, chers fils, et Nous apprécions le zèle qui vous anime pour une vivante célébration de la liturgie, à laquelle vos fidèles ont à cœur de s'associer avec intelligence et piété. Joignez-y toujours la pratique d'un culte, éclairé et fervent, pour la divine présence de Jésus dans les tabernacles de vos églises. Bien ne saurait remplacer, dans une vie sacerdotale, la prière silencieuse et prolongée au pied du Saint Sacrement, et l'exemple admirable du Saint Curé d'Ars garde aujourd'hui encore toute sa valeur. N'est-ce pas là d'ailleurs, devant l'autel, dans l'adoration de Notre Seigneur, que se sont forgées, au cours des siècles, les énergies missionnaires des plus valeureux apôtres de votre Patrie?

Et de quel prix, au surplus, est pour la communauté chrétienne, la prière eucharistique de ses prêtres ! Leur exemple est, pour tant d'hommes dispersés et troublés par la fièvre de la vie moderne, un rappel providentiel de l'unique nécessaire, et leur intercession persévérante amènera ceux-ci tôt ou tard à ce foyer de vie surnaturelle, qu'est l'autel, où le Christ renouvelle son sacrifice rédempteur et où il est juste de lui offrir le tribut de nos louanges.

Que le Seigneur Jésus, qui, sur la terre de France, révélait à Sainte Marguerite Marie les trésors de miséricorde de son Cœur sacré, répande sur vous tous, chers fils qui participez au Congrès Eucharistique national de Rennes, une large effusion de grâces. C'est en gage de ces faveurs divines que Nous vous accordons, ainsi qu'à votre chère Patrie, Notre très paternelle Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 25 juin 1956.

PIUS PP. XII

[1] **Actes 4, 12.**

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastóre dignatus est providere, nimirum :

die 29 Maii 1956. — Metropolitanae Ecclesiae Neo-Pampilonensi, nuper erectae, praefecit Exc. P. D. Bernardum Botero Alvarez, hactenus Episcopum Sanctae Marthae.

— Cathedrali Ecclesiae Sanctae Marthae Exc. P. D. Norbertum Forero y García, hactenus Episcopum titularem Hiltensem.

—- Cathedrali Ecclesiae Cucutensi, nuper erectae, Exc. P. D. Aloisium Pérez Hernández, hactenus Episcopum titularem Aradiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Girardotensi, nuper erectae, Exc. P. D. Alafridum Rubio Díaz, hactenus Episcopum titularem Vallitanum.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Pompeiopolitanae in Cilicia Exc. P. D. Raphaelem Afanador y Cadena, hactenus Episcopum Neo Pampilonensem.

die 5 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Caeciritanae Revmum P. D. Adulphum Tortolo, Antistitem Urbanum, Vicarium Generalem dioecesis Mercedensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Zenobii Laurentii Guilland, Archiepiscopi Paranensis.

die j£6 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Xylopolitanae Exc. P. D. Iacobum Iosephum Byrne, hactenus Episcopum titularem Etennensem.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Selymbrianae Exc. P. D. Gulielmum O. Brady, hactenus Episcopum Siouxormensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Ioannis Gregorii Murray, Archiepiscopi S. Pauli de Minnesota.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hieropolitanae R. D. Philippum M. Hannan, Cancellarium curiae archiepiscopalis "^Vashingtonensis,

quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Patricii Aloisii 0'Boyle, Archiepiscopi ^Vashingtonensis.

die 27 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Rockfordiensi R. P. D. Donaldum M. Carroll, Antistitem Urbanum, ex archidioecesi Chicagiensi.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Derbeae Exc. P. D. Raymundum P. Hillinger, hactenus Episcopum Rockfordiensem, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Samuelis Alfonsi S. R. E. Card. Stritch, Archiepiscopi Chicagiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Messeniensi R. P. D. Florentium Angelini, e dioecesi Romana, Antistitem Urbanum, Praeceptorem seu Commendatorem Collegii Sancti Spiritus et Delegatum Emi P. D. Cardinalis in Urbe Vicarii ad spiritualem curam promovendam omnium aegrotantium in valetudinariis policlynicis et in cuiusque generis hospitalibus infirmorum domibus Romae exstantibus.

die 6 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Citrensi R. P. D. Adulphum Marx, Antistitem Urbanum, Cancellarium Curiae episcopalis Corporis Christi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Mariani Garriga, Episcopi Corporis Christi.

die 8 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Usulensi R. P. Iosephum Vázquez Díaz, sodalem Ordinis B. M. de Mercede redemptionis captivorum, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excellentissimi P. D. Innocentii López Santamaria, Episcopi titularis Trebennatensis et Praelati nullius Boni Iesu de Piaui.

die 18 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tuscamiensi R. P. D. Laurentium A. Glenn, Antistitem Urbanum, parochum S. Iacobi in dioecesi-Duluthensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Thomae A. Welch, Episcopi Duluthensis.

die Ï7 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Atlantensi, nuper erectae, Exc. P. D. Franciscum E. Hyland, hactenus Episcopum titularem Gomphensem.

die 28 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Örurensi Exc. P. D. Georgium Manrique, hactenus Episcopum titularem Adrumetinum.

— Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Cleti Loayza Gumiel, Episcopi Potosiensis in Bolivia, Exc. P. D. Leonardum Bernardum Fey, Episcopum titularem Philadelphenum minorem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gergitanae Exc. P. D. Aloisium Rodríguez, hactenus Episcopum Orurensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Ioannis Tarsicii Senner, Episcopi Cochabambensis.

die 30 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Thiavensi E. D. Iosephum Petrum Da Silva, Vicarium Generalem et canonicum Capituli cathedralis Angrensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Emmanuelis S. R. E. Cardinalis Gonçalves Cerejeira, Patriarchae Lisbonensis.

die 2 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Aradiensi R. D. Iosephum Ali Lebrun Moratinos, vice officialem tribunalis dioecesis Valentiae in Venezuela, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Marci Sergii Godoy, Episcopi Maracaibensis.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

CAMBERRENSIS ET GULBURNENSIS-WOLLONGONGENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Necessitatibus fidelium providere cupientes, Exc. P. D. Eris Normannus Michael 0'Brien, archiepiscopus Camberrensis et Gulburnensis atque Exc. P. D. Thomas Me Cabe, episcopus Wollongongensis, ab hac Sacra Congregatione de Propaganda Fide petierunt ut duabus regionibus distractis a dioecesi Wollongongensi et ad archidioecesim Camberrensem et Gulburnensem adnexis, fines inter easdem dioeceses ita immutarentur :

1. - ut in posterum inter paroeciam de Nowra, in dioecesi Wollongongensi et paroecias de Captain's Fiat atque de Braidwood, in archidioecesi Camberrensi et Gulburnensi, limites a montibus, vulgo Coastal Range, tangant locum quo flumen Kenny transit subtus viam Moruya Araluen et postea linea recta versus meridiem tangant Magnos Dividen tes Montes supra Bandethera;

2. - ut in futurum inter paroeciam de Braidwood in archidioecesi Camberrensi et Gulburnensi et paroeciam de Nowra in dioecesi Wollongongensi limites a flumine Shoalhaven per rivi Ettrema cursum tangant fontes istius rivi ac postea linea recta usque ad locum quo per Pigeon House Range via inter Nerriga et Nowra transit, sequantur fines « Shoalhaven Shire ».

Quae omnia in Audientia diei 11 Februarii vertentis anni Sanctis «imo Domino **Nostro** Pio Divina Providentia Papae XII relata, idem Summus Pontifex rata habuit ac confirmavit et praesens ad rem Decretum expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 11 mensis Februarii a. D. 1956.

P. Card. **FUMASONI BIONDI,** *Praefectus*

Ii. ffi S.

t P. Sigismondi, Archiep. tit. Neapolitan. in Pisidia, *a Secretis*

II

CAMBERRENSIS ET GULBUENENSIS - BATHUESTENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Ad consulendum bono animarum fidelium, ab hac Sacra Congregatione de Propaganda Fide Excmus P. D. Eris Normannus Michael 0'Brien, archiepiscopus Camberrensis et Gulburnensis atque Excmus P. D. Ioannes Franciscus Norton, episcopus Bathurstensis, petierunt ut pars territorii paroeciae de Koorawatha distraheretur ab archidioecesi Camberrensi et Gulburnensi et aggregaretur dioecesi Bathurstensi, ac proinde fines hoc modo immutarentur ut limites a loco, quo confluunt flumen Boorowa et flumen Lachlan linea recta tangant quintum miliarium viae, quae a pago Cowra ducit ad pagum Koorawatha, et postea linea recta versus septentrionem attingant locum quo flumen Back transit subtus pontem viae inter Cowra et Grenfell. Ex illo loco limites sequantur cursum fluminis Back usque ad locum quo confluit cum flumine Lachlan.

Quae omnia in Audientia diei 11 Februarii vertentis anni Sanctissimo Domino Nostro Pio Divina Providentia Papae XII relata, idem Summus Pontifex rata habuit ac confirmavit et praesens ad rem Decretum expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 11 mensis Februarii a. D. 1956.

P. Card. **FUMASONI BIONDI,** *Praefectus*

L. *m* **s.**

i P. Sigismondi, Archiep. tit. Neapolitan. in Pisidia, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

TOLOSANA

.BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI IOSEPHI MARIAE CASSANT, SACERDOTIS, MONACHI PROFESSI ORDINIS CISTERCIENSIUM REFORMATORUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio introductionis causae praefati Servi Dei, in casu et ad effectum de quo agitur.

Unibratilem vitam Dei servitio in perfecta sui abnegatione dicatam,, ab illecebris saeculi procul, intra monasterii septa, in oratione ac labore, silentium colentes, interiorem vitam intentius foventes, ad illud Opus Dei, quod sanctus Benedictus, pater ac legifer, discipulis suis praecepit, quam maxime intenti, impensius monachi perferunt, suipsius, mundi et omnium quae Dei non sunt immemores. Indesinenter itaque, ut D.N.I.C, vestigia sectentur, iussisque Patris obtempèrent, penitenter in asceterio viventes, spiritualis vitae perfectionem per viam contemplationis et laboris aemulantes, Domino omni tempore benedicentes, semperque laus eius in ore habentes, occulto quodam tacitoque apostolatu muneribus perfunguntur, quae obliviosi homines huius saeculi facillime amittunt. Arctissimam hanc monasticam vitam Dei famulus Iosephus Maria Cassant inter monachos Cistercienses Reformatos arripuit, ac perfectionis semitam velociter ita decurrit, ut illud Sapientiae dici posse omnino videatur : « Consummatus in brevi, explevit tempora multa ».

In oppido vulgo Casseneuil nuncupato, Aginnensis dioeceseos intra fines, anno 1879, die vero 6 mensis Martii natus, parentes die sequenti sacris baptismi aquis eum abluendum voluere. Iam a teneris annis ad pietatem prae suis coaetaneis proclivem se ostendit, omnibus ad divinum cultum spectantibus alacer addictus. Puerilia quaeque declinans, non minus orationi, solitudini ac pietati quam studio operam dabat, omnium admirationem sibi concilians. Decennis inter B. M. V. Congregationis sodales adscriptus, duodecim annos natus primum sacrosancto

Christi corpore refectus, anno sequenti sacro Chrismate linitus fuit. Duobus vero post annis, ad clericalem statum divino impulsu vehementer adlectus, primis latinae linguae elementis a parocho imbutus est; tandem die 5 Decembris anno 1894 in monasterio B. M. V. de Deserto monachi vitam incepit inter chorales alumnos, assumpto Fratris Iosephi Mariae nomine. Tirocinio novitiatuque expletis, die 17 Ianuarii anno 1897 primam religiosam professionem emisit, ac die 24 Maii anno Iubilaei maximi 1900 solemnia vota nuncupavit : die vero 12 Octobris biennio post sacerdotii ordinem recepit.

In monasterio vitam cum Christo absconditam vixit, nihil vero exterius egit quo adstantium admirationem suscitare potuisset. Mira humilitate, flagranti amore erga Sacratissimum Eucharistiae Sacramentum enituit : tenera ferventique devotione Beatissimam Virginem est prosecutus. Verus patris sui Benedicti discipulus, Deum unice quaesivit tum sollicitudine pro Divino Officio aliisque liturgicis caerimoniis, cum invicta fidelitate pro omnibus monasticis observantiis, obedientia praesertim, paupertate, silentio ac manuum laboribus. Iugi mortificatione corpus ac voluntatem in servitutem redegit, admirabili fortitudine infirmitates physicas animique dolores pro Christo Iesu patientissime toleravit.

Tanto Christi amore aestu ans, vires defecerunt, ac vix post annum a suscepto sacerdotio, morbus, quo iam diu laborabat, vehementer in Dei Famulum ingruit. Tandem, cum placida esset Deo anima eius, sacramentis Ecclesiae pie refectus, anno Domini 1903, die 17 Iunii, vigesimo quarto aetatis anno, ad superos evolavit.

Virtutum bonus odor quam citius extra claustra diffusus, ac sanctitudinis fama ad fìnitimos longeque dilatata, eius sepulcrum gloriosum reddidere. Qua permotus Tolosanus Episcopus, intra cuius dioecesim, monasterium B. M. V. de Deserto iacet, ordinarias inquisitiones tam. super sanctitatis fama, quam super non cultu et scriptis instituit, quas,, die 29 Maii anno 1937 expletas, clausas sigillisque munitas, Romam ad Sacrorum Rituum Congregationem transmisit.

Servatis igitur omnibus de iure servandis, super scriptorum approbatione die 22 Novembris 1939 decretum est editum. Instante vero* Revmo Domino Abbate Thoma Gondal, Ordinis Cisterciensium Reformatorum postulatore legitime constituto, attentis quorundam S. R. E. Cardinalium, plurium Archiepiscoporum et Episcoporum, atque capitulorum Cathedralium Galliae, nec non Moderatorum Generalium Religiosarum Familiarum, virorumque ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, postulatoriis litteris, Eimus ac Revmus Dominus Clemens Car-

dinalis Micara, Episcopus Veliternus, Causae Ponens seu Relator, in Ordinario Sacrae Rituum Congregationis coetu subsignata die ad Vaticanum habito, sequens dubium discutiendum proposuit : « An signanda^ sit Commissio introductionis Causae Servi Dei Iosephi Mariae Cassant, sacerdotis, monachi professi Ordinis Cisterciensium Reformatorum, in casu et ad effectum de quo agitur». Et Emi ac Revmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, auditis quoque Officialium praelatorum suffragiis, nec non R. P. D. Sylvio Romani, Fidei Promotore Generali, re diligenti studio perpensa, rescribere censuerunt : <(Affirmative, seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit». Die 6 Decembris 1955.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XII per infrascriptum Sacrorum Rituum Congregationis Cardinalem Praefectum relatis, Sanctitas Sua, Sacrae ipsius Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu *Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Iosephi Mariae Cassant, sacerdotis, monachi professi Ordinis Cisterciensium Reformatorum* signare benigne dignata est.

Die 19 Februarii 1956.

C. Card. **CICOGNANI**, *Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *a Secretis*-

INDIANAPOLITANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI THEODORAS GUÉRIN, FUNDATRICIS SORORUM A PROVIDENTIA S. MARIAE AD NEMUS.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Ut non glorietur omnis caro in conspectu eius, infirma mundi persaepe eligit Deus, ut confundat fortia (Cf. I Cor. 1, 27-29).

Theodora Guérin, quum sibi hoc esset persuasum, de se omnino diffidens, uni Deo iugi oratione ab adulescentia attendens, magnifica in animorum salutem operata est facinora, in aevum quoque mansura. Re sane vera, die 2 Octobris anno 1798, in oppido Etables, intra Ceno-

manen, dioecesis fines, nobili loco, e piis honestisque parentibus Laurentio ac Elisabeth Lefebvre nata est puella, cui eodem die, ut ferunt, baptismi sacramentum fuit collatum, nomenque Anna Teresia impositum. Pie a parentibus educata ac beatae Virginis patrocinio concredita fuit, unde «Sanctissimae Virginis puellula» nuncupata; nec sane incassum. Diligentissime enim, succrescente aetate, naturales adulescentiae morales defectus motusque compeseere conabatur; peccatum vero, vel veniale, maximo odio prosequebatur quod per totam vitam, uti testes deponunt, sancte servavit. Unde nil mirum si in animo ita comparato, praesertim vel a primitus Christi corpore suscepto, puella ad religiosam vitam amplexandam se inclinatami senserit. Quam piam voluntatem, sensim sine sensu firmum propositum factam, continuis productisque orationibus et corporis afflictationibus Serva Dei, multiplicibus difficultatibus superatis, in actum, materna benedictione obtenta, die 18 Augusti anni 1823 deduxit, Instituto Sororum a Providentia de Ruillé intra Rothomagensis Archidioecesis fines se adiungens. Eximiae pietatis ac prudentiae dotibus, quibus renidebat, perpensis, die 12 Iulii anno 1840, ut novam missionem constitueret, ad recenter institutam Vincennensem dioecesim, nunc Indianapolitanam, in boreali America:, missa fuit, ei delegatis a Generali Superiorissa omnibus facultatibus, quasi altera Generalis Antistita, independenter a Supremo Consilio de Ruillé. Episcopus de la Hailandière parvam domum in silvestri loco ei sociisque assignaverat. Quoniam quidem locus beatae Mariae Virginis patrocinio sacratus fuerat, ipsa domus et Sororum Institutum Sanctae Mariae ad Nemus fuit nuncupata.

Difficile dictu est quanta ab ipso missionis initio Theodora eiusque sociae fuerint passae. Non solum enim silvestris locus, viarum defectus, fictilium aliorumque domesticorum instrumentorum penuria atque durissima pauperies eis erat perferenda, sed, quod gravis est, ipsa Dei Serva a paganis, a protestantibus aliisque catholicae Ecclesiae inimicis atrocium calumniarum ictibus zelotypiae, invidiae, odii atque vel minarum mortis lacessita fuit. Quoniam autem « in cruce salus », Theodora, veritatis huius plene conscia, cuncta haec uti donum sibi a Deo praebitum fortiter pertulit. Bene itaque una cum Apostolo iterare poterat : « Quis ergo nos separabit a caritate Christi? tribulatio an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Sicut scriptum est : Quia propter te mortifìcamur tota die ; aestimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos» (Rom. 8, 35-37). Paternus enim Dei amor dilectos suos

usque ad summum pati sinit, ut ampliori atque aeterno praemio eos remuneretur : Serva Dei, ut hac dilectione digna fieret, ita iugibus orationibus atque Virginis eiusque Sponsi patrocinio eam fovebat, ut virtutis heroicitatem attigisse videatur.

Sub crucis vexillo missio haec feliciter crevit ; Institutum enim propagatum est; aliaeque domus fuere constitutae; unde factum est, ut a primigenio Gallico Instituto a Providentia de Ruillé, anno 1843, perfecta concordia, uti reapse iam erat, canonice quoque separaretur sub nomine Sororum a Providentia S. Mariae ad Nemus, Serva autem Dei Generalis Superiorissa eligeretur.

Verum, quia, ut dictum est, Institutum sub Famulae Dei moderamine mirum cepit incrementum, Crucis quidem exhibens insigne, oportebat ipsam quoque gravissimis subici doloribus, praecipue post ipsius electionem in Generalem Moderatricem, qui fere ad mortem eam adduxerunt. Siquidem, quum ipsa allaboraverat ut Regulae et Instituti Constitutiones integre servarentur, acerrimas perpessa est oppugnationes, ita ut vel depositioni ab officio, immo expulsioni quoque ab Instituto aliisque poenis subiecta fuerit, quas Famula Dei infracto animo pertulit» divinae voluntati haec omnia permittenti heroice se subiciens.

Hac tempestate denique sedata, eius actio efficacior est effecta, sed breve tantum per tempus, nam laboribus gravique morbo fracta, extremis Ecclesiae Sacramentis piissime refecta, supremum obiit diem in domo S. Mariae ad Nemus die 14 Maii anno 1856.

Demortua porno Dei Famula, sanctitatis fama magis crevit, gratiis: et forsan, uti ferunt, miraculis per eius intercessionem a Deo patratis, confirmata. Quare, ubi primum licuit, perpensis loci adiunctis, canonicae inquisitiones in Indianapolitana Curia ab anno 1909 ad a. 1913, excussis 24 testibus ac per Rogatoriales Litteras in Curiis Briocen. anno 1937, auditis testibus 6, atque Cenomanen. pro 5 testibus, peractae sunt. Scriptis denique eidem Servae Dei tributis ad iuris normam cribratis, die 28 Februarii anni 1940 ut ad ulteriora procedi posset datum est Decretum.

Servatis itaque de iure servandis, die 6 Decembris superioris anni, instante Revmo Domino Emygdio Federici, huius Causae legitimo Postulatore, Emus ac Revmus Dominus Adeodatus Ioannes Cardinalis Piazza, Episcopus Sabinen, et Mandelen., Causae Ponens, in Ordinario Coetu ad Vaticanum coadunato dubium disceptandum proposuit: *An signanda sit commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur* deque ea retulit. Emi autem Patres relatione hac auscultata,

nec non auditis Officialium Praelatorum suffragiis ac praesertim R. P. D. Sylvii Romani, Fidei Promotoris Generalis, rescribendum censuerunt: *Signandam esse Causam, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum Beatissimo Patri hac super re fideli relatione a subscripto S. Rituum Congregationis Praefecto, Sanctitas Sua rescriptum Eniorum Patrum ratum habens, commissionem Introductionis Causae Servae Dei Theodorae Guérin propria Manu dignata est signare.

Datum Romae, die 19 Februarii, A. D. 1956.

C. Card. **CICOGNANI,** *Praefectus*

L. *m* **s.**

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

i

DECRETUM

INSTITUTUM SOCIALIUM SCIENTIARUM IN PHILOSOPHICA FACULTATE PONTIFICIAE UNIVERSITATIS GREGORIANAE IN URBE IN PERPETUUM ERIGITUR ET GRADUS ACADEMICOS CONFERENDI IURE AUGETUR.

Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, attentis supplicibus litteris Praepositi Generalis Societatis Iesu, Vice-Magni Cancellarii, cum compererit Institutum Socialium Scientiarum quod a. D. **MCMLI** in Philosophica Facultate Pontificiae Universitatis Gregorianae conditum est humanae societati in Catholicae Ecclesiae fide moribusque provehendis multum contulisse, laudatum Institutum Socialium Scientiarum in perpetuum erigit erectumque declarat, atque pro munere statuit ius in posterum laudato Instituto esse academicos Socialium Scientiarum gradus conferendi iis alumnis qui trienne studiorum curriculum rite compleverint, dummodo antea philosophico-theologica studia perfecerint quae can. C. I. C. 1365 praescribuntur, vel per unum saltem annum in philosophica Facultate eas disciplinas didicerint atque superatis examinibus absolverint quae tum socialium

doctrinarum natura tum peculiaribus Statutis exiguntur; ceteris servatis quae et Apostolica Constitutione « Deus scientiarum Dominus)) adnexisque <(Ordinationibus » et eiusdem Instituti approbatis Statutis praecipiuntur; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex Aedibus Sancti Callisti, die xxix m. Iunii, in Festo SS. App. Petri et Pauli, a. D. **MCMLV.**

£g **I.** Card. **PIZZARDO**, Ep. Albanen., *Praefectus*

L. S.

t C. Confalonieri, Archiep. Nicopolitan., *a Secretis*

II

DECRETUM

SACRAE THEOLOGIAE FACULTAS TREVIRENSIS CANONICE ERIGITUR

Cum sacris provehendis disciplinis Apostolica Sedes impensissime prospiciat, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus die v m. Iunii a. D. **MCML** Theologicam apud Seminarium Maius Trevirense Facultatem instaurandam esse decrevit, cui ius academicos gradus conferendi ad experimentum concessit, quo uberius clarorum magistrorum delectorumque discipulorum studia ad catholicae doctrinae praestantiam scientificis investigationibus conferrent. Primo quinquennio laudabiliter emenso, eadem Sacra Congregatio, iure meritoque laudans tum Trevirensium professorum impigram industriam qua sacram doctrinam omnimodis curis, in primis scriptis lucubrationibus, coluerunt auxeruntque, tum alumnorum institutionem ad Apostolicae Constitutionis « Deus scientiarum Dominus » normas rite ordinatam, optatis Excimi P. D. Matthiae Wehr, Episcopi Trevirensis, Magni Cancellarii, benigne obsecundans, in Dei O. M. gloriam, in sanctae Ecclesiae decus, in sanae doctrinae proventum, Theologicam Facultatem Trevirensem in perpetuum erigit erectamque declarat, qua biennium scholasticae philosophiae atque quinquennium theologicorum studiorum ad doctoris lauream adipiscendam comprehenduntur, ipsique iuge tribuit ius gradus accademicos conferendi, dummodo omnia ad amussim serventur quae tum laudata Apostolica Constitutione tum adnexis « Ordi-

nationibus » praecipiuntur, agnitis honoribus, privilegiis, officiis, quae ad studiorum Facultates canonice erectas de more pertinent.

Romae, ex Aedibus S. Callisti, die VIII m. Septembris, in festo Nativitatis B. V. Mariae, a. D. MCMLV.

I. Card. PIZZARDO, Ep. Albanen., *Praefectus*

L. ©.S.

f C. Confalonieri, Archiep. Nicopolitan., *a Secretis*

III

DECRETA

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, decretis Sacrae Congregationis de Seminariis et studiorum Universitatibus :

die 7 Martii Î955. —- Fukuokense (Fu-kuoka) Seminarium Maius Theologicae Facultati Canadensis Universitatis Catholicae Marionopolitanae (Montréal), ad quinquennium *affiliatum declaravit.*

die 7 Martii 1955. — Sancti Bonifatii (Saint-Boniface) Seminarium Maius Theologicae Facultati Canadensis Universitatis Catholicae Marionopolitanae (Montréal), ad quinquennium *affiliatum declaravit.*

die 9 Maii 1955. — Torontinam (Toronto) Scholam Musicae Sacrae « a S. Michaele» romano Pontificio Instituto Musicae Sacrae, ad quinquennium *affiliatam declaravit.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

PRECES AD CLERI SANCTIFICATIONEM IMPETRANDAM, A SUMMO PONTIFICE PIO XII EXARATAE ATQUE INDULGENTIIS DITATAE.

I

ORATIO A CLERO RECITANDA

Domine Iesu, Pontifex aeterne, Pastor bone, fons vitae, qui nos, nullis nostris suffragantibus meritis, ex peculiari Sacratissimi Cordis tui munere in sacerdotum tuorum ordinem aggregasti, ad illa implenda vota, quae gratia tua mentibus nostris aspirat, auxiliantis misericordiae tuae nobis larga dona concede. Tu qui pro nobis sanctificasti teipsum, ut simus et ipsi sancti in veritate (cfr. Ioan. XVII, 19), fac, ut a via, quae tu es, numquam digredientes, in doctrina tua sollertes, in exsequendis legis tuae praeceptis fideles, suavissimi Cordis tui imaginem in nostros mores referamus, et in te et per te in omnibus rebus Patri placeamus caelesti.

Resplendeat in nobis cum prudentia omnis forma iustitiae, et castae temperantiae moderationi fortitudinis robur adiungatur. Pectori nostro sincera fides insideat, immortalium bonorum spes solacii rorem infundat; ibique caelestis ignis flammescat, quem Cor tuum fornax ardens caritatis accendat. Fac ut in verbis tuis, in quibus aeterna sapientia refulget, iugis meditatio nostra versetur, et unde ipsi pascimur, oves gregis tui, curam nostram, pascamus. Qui Evangelio tuo adversantur, unitatis nostrae vereantur compaginem, neque ullo modo in nobis quidquam deprehendant, quod Ecclesiae tuae, Matri nostrae, experti rugae et maculae, imputent. Fac denique ut non nostras utilitates, sed tuam gloriam sectantes, usque ad extremum halitum in officio nostro, rectae voluntatis conscientia pura, perstemus ; et cum corpus nostrum morietur, te, quem in terris habemus ductorem et comitem, in Sanctorum splendoribus aeternum praemium sortiamur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti per omnia saecula. Amen.

Die h Maii 1956.

Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XII benigne tribuere dignatus est ^partialem mille dierum Indulgentiam, a sacerdotibus saltem corde contrito acquirendam, quoties supra relatas preces devote recitaverint. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

N. Card. CANALI, *Paenitentiarius Maior*

x. *fB* s.

S. Luzio, *Regens*

II

ORATIO A CHRISTIFIDELIBUS RECITANDA

O Gesù, Pontefice eterno, Pastor buono, Fonte di vita, che per singolare munificenza del tuo dolcissimo Cuore ci hai dato i nostri Sacerdoti a fine di compiere in noi quei disegni di santificazione che la tua grazia ispira ai nostri cuori, noi ti preghiamo : vieni in loro aiuto con la tua misericordia soccorritrice.

Sia in essi, o Gesù, viva nelle opere la Fede, incrollabile nelle prove la Speranza, ardente nei propositi la Carità. La tua parola, raggio dell'eterna Sapienza, divenga, per la continua meditazione, l'alimento perenne della loro vita interiore ; gli esempi della tua vita e della tua Passione si rinnovino nella loro condotta e nelle loro sofferenze a erudizione nostra, a luce e conforto nei nostri dolori.

Fa, o Signore, che i nostri Sacerdoti, distaccati da ogni mondano interesse e unicamente solleciti della tua gloria, persistano fedeli al dovere con pura coscienza fino all'estremo anelito. E quando con la morte del corpo rimetteranno nelle tue mani la ben compiuta consegna, abbiano in Te, Signore Gesù, che fosti in terra loro Maestro, l'eterno premio della corona di giustizia nello splendore dei Santi. Così sia.

Die 17 Iulii 1956.

Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XII benigne tribuere dignatus est partialem mille dierum Indulgentiam, a christifidelibus saltem corde contrito acquirendam, quoties supra relatam orationem devote recitaverint. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

N. Card. CANALI, *Paenitentiarius Maior*

L. & S.

S. Luzio, *Regens*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII BONCENNE-CRINGLB

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Richardi Caroli Cringle, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. B. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 16 Novembris 1956 hora 12, ad concordandum de dubio disputando, vel ad infrascriptum subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Richardi Caroli Cringle curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Boleslaus Filipiak, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 7 Iulii 1956.

C. Pezzicara, *Notarius ff.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Richard Charles Cringle, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 16 novembre 1956. à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de là cause devant la Rote.

Constet-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Richard Charles Cringle devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, 24 luglio 1956, il Santo Padre Pio XII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dottor D. MANUEL OSSA SAINTE MARIE, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Cile, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Martedì, 7 agosto 1956, il Santo Padre Pio XII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dottor D. JOSÉ MIGUEL RIBAS Y VILLAVERDE, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Cuba, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Mercoledì, 15 agosto 1956, il Santo Padre Pio XII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Maggior Generale BAMBANG SUGENG, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario dell'Indonesia, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 22 Maggio 1956, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno dato il loro voto su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione del Ven. Servo di Dio Innocenzo Papa XI.

Martedì 29 Maggio 1956 nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiai hanno trattato della Introduzone della Causa dei Servi di Dio:

1. Stefano di Adoain, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini;

Francesca delle Piaghe di Gesù, suora del monastero della Divina Provvidenza in Badalona.

Gli stessi hanno inoltre esaminato la relazione dei Revisori teologi sugli scritti dei Servi di Dio:

1. Maria Luisa Angelica Clarae, fondatrice delle Suore della Carità di S. Maria;
2. Maria Leonia Paradis, fondatrice delle Piccole Suore della S. Famiglia.

Martedì, 12 Giugno 1956, nel Palazzo delle Congregazioni a San Callisto, alla presenza di Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Benedetto Aloisi Masella, Vescovo di Palestrina, Ponente o Relatore della Causa di

beatificazione e canonizzazione del Servo di Dio Francesco Rivat, Superiore Generale dell'Istituto dei Piccoli Fratelli di Maria, o Fratelli Maristi delle Scuole, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del predetto Servo di Dio.

Martedì, 10 Luglio 1956, nel Palazzo delle Congregazioni a San Callisto, alla presenza di Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Clemente Micara, Vescovo di Velletri, Ponente o Relatore della causa del Servo di Dio Fratel Muziano Maria, dell'Istituto delle Scuole Cristiane, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria,* nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del predetto Servo di Dio.

Nel Congresso di giovedì, 13 Luglio 1956, la S. Congregazione dei Riti ha discusso, fra l'altro, sulla validità dei Processi di due miracoli operati ad intercessione della Beata Maria De Mattias, Vergine, fondatrice delle Suore Missionarie del Preziosissimo Sangue, e sul non culto della Serva di Dio Teodora Guerin, fondatrice dell'Istituto delle Suore della Provvidenza di S. Maria dei Boschi, nella diocesi di Indianapoli.

Martedì, *24* Luglio 1956, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Efiii e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtà del Servo di Dio Adolfo Petit, sacerdote professo della Compagnia di Gesù.

I medesimi Emi Signori Cardinali èd i Revmi Prelati Officiali hanno esaminato in Congregazione *ordinaria* la relazione sulla revisione degli scritti dei Servi di Dio :

1. Raffaele Cardinale Merry del Val ;
2. Daniele Brottier, sacerdote della Congregazione dello Spirito Santo.

NECROLOGIO

17 maggio 1956. Monsig. Costantini Giovanni, Arcivescovo tit. di Colosse.
28 luglio » Monsig. O' Riley Bernardo Cornelio, Vescovo tit. di Foba.
31 » » Monsig. Noli Giovanni Francesco, Arcivescovo-Vescovo di Fort Wayne.
» » » Monsig. Pawlikowski Ferdinando, Arcivescovo tit. di Velebusdo.
1 agosto » Monsig. de Haas Giuseppe, Vescovo di Arassuai.
4 » » Monsig. Mesguen Edoardo Gabriele, Vescovo di Poitiers.
13 » » Monsig. Selva Giuseppe, Vescovo tit. di Metre, Prelato di Registro do Araguaia.
11 » » Monsig. Machens Giuseppe Godehard, Vescovo di Hildesheim.
19 » » Emo sig. Card. Griffin Bernardo, del tit. dei Santi Andrea e Gregorio al Monte Celio, Arcivescovo di Westminster.

An. et vol. XXXXVIH 26 Septembris 1956 (Ser. II, v. XXIII) - N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ADAMANTINAE - ARASSUAHYENSIS - CARATINGENSIS
(VALADARENSIS)

E TERRITORIO ECCLESIARUM ADAMANTINAE, ARASSUAHYENSIS ET CARATINGENSIS QUAEDAM PARTES SEPARANTUR E QUIBUS NOVA DIOECESIS ERIGITUR, VALADARENSIS APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Rerum usu et consuetudine docemur uberiores fructus in quavis Ecclesia colligi, si eius fines, vires, opes sapientiore usque consilio disponantur. Quam ob rem, cum, auditis venerabilibus Fratribus : Armando Lombardi, Archiepiscopo titulo Caesariensi Philippi et in Brasilia Apostolico Nuntio; item Archiepiscopo Adamantino, Episcopo Aiassuahyensi, Episcopo Caratingensi, Episcopo titulo Celerino, et Episcopo titulo Goritano simulque Praelato « nullius » Paracatuensi, venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Consistoriali praepositi, arbitrati sint opportune Nos agere novam dioecesim in •eorum Praesulum regione condentes : per hoc enim et fidelium necessitatibus melius consuli et ecclesiasticae disciplinae caveri; Nos omnium consensum supplentes qui in hac re aliquid iuris habeant, de Nostra apostolica potestate ea, quae sequuntur, decernimus et iubemus. Ab archidioecesi Adamantina haec territoria separamus : Açucena, Coroací,

Virginópolis, et Virgoländia; a dioecesi vero Arassuahyensi municipium Galiléia; a dioecesi denique Caratingensi municipia quae vulgo appellantur: Itanhoni, Mutum, Pocrane, et Tumiritinga; item ab archidioecesi Adamantina et e dioecesibus Arassuahyensi et Caratingensi territorium, quod in praesens una obtinent, municipii vulgari voce vocati Governador Yaladares; a dioecesibus denique Arassuahyensi et Caratingensi territoria pertinentia ad municipia quae populari sermone Aimorés, Conselheiro Pena, Itueta, et Resplendor cognominantur. E quibus quattuordecim terris, novam dioecesim constituimus, *Valadarensem* ab urbe principe appellandam, cuius fines omnium municipiorum territorium exaequabunt. Huius novae Sedis caput et Episcopi domicilium urbs erit, cui per vulgus Governador Valadares nomen haeret. In qua civitate, in templo scilicet curiali S. Antonii Patavini, sacrorum Antistes cathedram sui magisterii collocabit; quod templum, ut moris est, ad gradum et dignitatem cathedralis evehimus. Valadarensem Ecclesiam suffraganeam facimus archidioecesi Adamantinae, sicut et eius Episcopum metropolitico iuri subicimus venerabilis Fratris Archiepiscopi eiusdem Sedis. Tum modo conditae dioecesi, tum Praesuli, cui gubernanda continget, omnia iura, honores, concedimus quae ceteris Episcopis debentur et Ecclesiis eiusdem decoris; sacrorum autem Antistites etiam iisdem oneribus et obligationibus teneri volumus, quibus reliqui omnes Episcopi obligantur. Quandoquidem vero aequum est sacras caerimonias quam sollemnius celebrari Episcopoque lectorum virorum concilium esse praesto, idcirco censemus ut in dioecesi Valadarensi Canonicorum Collegium condatur; quod si ad praesens fieri nequeat, permittimus ut in eorum locum Consultores dioecesani deligantur, qui, Canonicorum coetu constituto, a suo munere statim cessabunt. Quod ad mensam episcopalem, quae dicitur, attinet, iis bonis eadem constabit quae sive Curiae obvenient, sive data pecunia populus offeret, sive ex divisis possessionibus Ecclesiarum a quibus originem habet, iuxta canonem 1500 C. I. C, dioecesi Valadarensi obvenient. Episcopus, cui erit onus novam Sedem regendi, sanctum et sollemne habebit seminarium saltem elementarium struere, excipiendis pueris, qui a,d munera sacerdotalia capienda Dei instinctu vocentur: nihil enim est tam necessarium quam Ecclesiae bonos clericos et sacerdotes parare. Cum vero hi pueri philosophia et theologia erunt imbuendi, qui erunt inter ipsos optimi Romam mittentur, ut heic, in Pontificio Ephebeo Piano Brasiliano erudiantur. Regimen, administratio dioecesis, electio Vicarii Capitularis Sede vacante, aliaque huiusmodi omnino

Codice Iuris Canonici regentur. Quod vero ad clericos attinet, censemus ut, erecta Ecclesia Valadarensi, qui in territorio novae dioecesis domicilium habeant, ii censeantur eidem, tamquam proprius clerus, assignati. Documenta item et quae ad novam Sedem pertinent, quam cito fieri potest eius Curiae mittantur, ibique religiosa cura in tabulario serventur. Ceterum volumus ut haec Nostra decreta venerabilis Frater Armandus Lombardi exsequi studeat, cui omnes potestates agendae rei concedimus, etiam alii viro delegandas, si visum fuerit, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Peracto vero negotio, idem documenta exaranda curet, quorum sincera exempla ad S. Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si fiat ut eo tempore, quo ea, quae praecepimus, sint peragenda, alius eidem Nuntiaturae in Brasilia praesit, ei haec oneri erunt.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI — *S. R. E. Cancellarius*

© Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA — *S. Congr. Consistorialis a Secretis*

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc, *Decanus Proton. Apost*.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane. tab.. vol. LXXXXII, n. 51.

II

GUYANAE GALLICAE

(CAIENNENSIS)

APOSTOLICUS VICARIATUS GUYANAE GALLICAE AD DIGNITATEM PERDUCITUR DIOECESIS, CAIENNENSIS NUNCUPANDAE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qua sollicitudine beatus Paulus Apostolus urgebatur, ut eas Ecclesias, quas sudore et labore multo supernam docuerat veritatem, « ad mensuram aetatis plenitudinis Christi » (Eph. 4, 13) perduceret, eadem et Nos cotidie stimulamur, quibus universorum hominum salus divinitus commendatur quaerenda atque tuenda. Cum igitur apostolicus vicariatus Guyanae Gallicae, sive ob sacerdotum sagacem industriamque sollertiam, sive ob christianorum merita, sive denique ob operum rerumque vigorem tam optimae spei dederit fructus, ut prorsus esse tempus videatur hunc ad dioecesis gradum evehi posse; audito consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Fidei Propagandae praepositorum; re intento studio considerata, eorumque consensu suppleto, qui in hoc negotio aliquid iuris habeant, de apostolica Nostra potestate sequentia decernimus atque sancimus. Apostolicum vicariatum Guyanae Gallicae ad dioecesis dignitatem decoremque perducimus, quae ab urbe regionis principe *Oaiennensis* appellabitur, quaeque Nobis et huic Romanae Sedi directo erit subiecta, ac pariter S. Consilio Fidei Propagandae obnoxia esse perget. Cuius novae dioecesis curam regimenque tradimus Sodalibus Congregationis a S. Spiritu sub tutela Immaculati Cordis B. M. V., ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, ut qui adhuc uberrime animis quaerendis ibi laboraverunt, multiplicato studio novam dioecesim in virtutis sanctitatisque veluti viridiarium transferant. Sedes ac domicilium Episcopi erit urbs Caienna, cuius templum, Ss. Servatori hominum dicatum, cathedram pontificalis magisterii exinde habebit, ideoque honore cathedralium aedium decorabitur, quod adhuc fuit pro cathedrali existimatum. Episco-

pus autem, sive primus sive eius successores, omnia habebit iura et privilegia quae ad omnes spectant eiusdem dignitatis sacrorum Antistites; oneribus autem atque obligationibus sui muneris tenebitur. Volumus praeterea ut in Caiennensi dioecesi Canonicorum Collegium quam primum constituatur, Episcopo omnimodis consilio et opera iuvando, divinoque cultui nitidiore gratia illustrando; quodsi rerum adiuncta id in praesens fieri impediant, libenter sinimus ut Canonicorum loco dioecesani eligantur Consultores. Cum autem singularum Ecclesiarum vita et quasi perennitas magnam partem in apto sacerdotum agmine consistat, decernimus ut, iis pueris instituendis quos vocaverit Christus, seminarium saltem elementarium quam cito condatur, ad sacrarum legum normam et iuxta praescripta S. Consilii seminariis studiorumque universitatibus praepositi. Mensa episcopalis, quam vocant, iisdem constabit bonis, quae adhucusque apostolico vicariatui Guyanae Gallicae fuerunt, simulque pecuniis rebusque sponte a fidelibus oblatis vel a S. Congregatione Christiano Nomini Propagando more usitato missis. Caiennensis denique Ecclesiae administratio et cura, pariterque Capitularis Vicarii, Sede vacante, electio, cleri fideliumque iura et onera, aliaque istius generis, iussis Codicis Canonici Iuris regantur. Quod reliquum est, decernimus ut hasce Nostras Litteras ad exsecutionem deducat venerabilis Frater Aloisius Eaimondi, Archiepiscopus titulo Tarsensis et in Haitiana Republica Apostolicus Nuntius, vel ille qui eo tempore, quo haec fiant, eidem praeerit Nuntiaturae, facta potestate et alium quemlibet ad hanc rem delegandi virum, dummodo ecclesiastica dignitate pollentem. Qui vero negotium perfecerit, onus habebit et effectae rerum mutationis documenta exarandi, et eorum fide digna exempla ad S. Consilium Fidei Propagandae quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si

ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono et vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri septimo decimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. B. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Begens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost-*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco Ç& Plumbi

In Ap. Cano, tao., vol. LXXXXII, n. W.

III

GUYANAE ANGLI CAE

(GEORGIOPOLITANAE)

APOSTOLICUS VICARIATUS GUYANAS ANGLICAB AD GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR CATHEDRALIS ECCLESIAE, GEORGIOPOLITANAE NUNCUPANDAE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam gravissimum profecto munus est christianos homines in viam salutis ducere, ideo Nos, quibus summus caelorum Pater curam sui gregis in terris commisit, valde laetamur animo cum in peramplis regionibus, quas nondum integras evangelii lux illustraverit, per felicia rerum adiuncta novas licet condere dioeceses, ad utilitatem christianae rei fovendam. Quam ob causam, cum noverimus in vicariatu apostolico Guyanae Anglicae christianum nomen maxima cepisse incrementa, audito consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, atque eorum consensum supplentes qui in hoc negotio sua interesse quavis arbitrentur

ratione, certa scientia omnibusque attente consideratis, apostolica Nostra potestate apostolicum Guyanae Anglicae vicariatum ad dioecesis dignitatem provehimus, *Georgiopolitanae* in posterum nuncupandae. Quam Ecclesiam metropolitanae Portus Hispaniae Sedi sufrraganeam constituimus atque Sacrae Congregationi de Propaganda Fide obnoxiam. Huius igitur dioecesis pro tempore sacrorum Antistes in ipsa urbe, quae vulgato nomine Georgetown vocatur, sedem ac domicilium habebit, atque cathedram episcopalem in eiusdem urbis templo Immaculato Conceptui B. M. V. dicato collocabit, quod ad hodiernum diem pro cathedrali putabátur. Huius novae Ecclesiae iura et privilegia eadem erunt ac ceterarum eiusdem dignitatis per orbem Ecclesiarum; similiter eius Episcopis pro tempore eadem prorsus compétent officia et honores, quae solent omnibus pari decore Praesulibus dari. Begimen autem curationemque dioecesis habebunt sodales Societatis Iesu, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Quoadusque Collegium Canonicorum condi nequeat, Consultores dioecesani eligantur et adhibeantur, qui sive in sacris sollemni ritu peragendis sive in muneribus sui officii obeundis Episcopum adiuvare possint. Volumus insuper ut quam primum seminarium saltem elementarium erigatur, in quo pueri ad sacerdotale munus a Deo vocati, ut decet et par est, institui possint, ad iuris normam et iuxta leges a S. Consilio seminariis studiorumque universitatibus praeposito latas. Quod vero ad episcopalem mensam spectat, illis bonis ea constituatur, quae vicariatui apostolico Guyanae Anglicae hucusque accedebant, vel Curiae fructibus, vel denique oblatis sive a S. Congregatione Fidei Propagandae sive a christifidelibus pecuniis. Novae dioecesis regimen et administratio, electio Vicarii Capitularis, Sede vacante, iura et onera cleri populique aliaque huiusmodi Iuris Canonici regantur praescriptis. Praecipimus denique ut haec decreta Nostra efficiat venerabilis Frater Aloisius Raimondi, Archiepiscopus titulo Tarsensis et in Haitiana Republica Apostolicus Nuntius, vel ille qui eo tempore quo haec erunt facienda, eidem praeerit Nuntiaturae, facta potestate quemlibet virum ad hoc delegandi, dummodo ecclesiastica dignitate praeditus sit. Qui vero rem perfecerit, onus habebit acta exarandi eorumque exempla ad S. Consilium Christianae Fidei Propagandae quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum

per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo nono mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri decimo septimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

fAlfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc, *Decanus Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane. Tab., vol. LXXXXII, n. 49.

IV

DE UCAYALI
(REQUENAËNSIS - PUCALLPAËNSIS)

A VICARIATU APOSTOLICO DB UCAYALI QUAEDAM TERRITORIA DETRAHUNTUR, E QUIBUS DUO NOVI VICARIATUS APOSTOLICI CONSTITUUNTUR ; QUORUM ALTER REQUENAËNSIS APPELLABITUR, ALTER PUCALLPAËNSIS. VICARIATUS APOSTOLICUS PRAETEREA DE UCAYALI NOMEN ACCIPIET SANCTI RAYMUNDI.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum petierit venerabilis Frater Franciscus Lardone, Archiepiscopus titulo Rhizaeanus et in Republica Peruviana Apostolicus Nuntius, ut, diviso territorio vicariatus apostolici de Ucayali, novi alii vicariatus

evitarentur : id enim et magna christianae religioni allaturum incrementa et populis eius regionis utilitates ; Nos cui nihil est sanctius quam ut catholicae familiae optime consulamus, benigne esse preces accipiendas ducimus, admotaeque postulationi concedendum. Audito itaque quid hac de re sentirent venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositi, reque magna consideratione in animo reputata; eorum denique consensum supplentes qui in negotio aliquid iuris habeant, de Nostra apostolica potestate haec, quae sequuntur, statuimus et iubemus. Ab apostolico vicariatu de Ucayali quaedam territoria separamus, quae vulgari sermone Requena, Ucayali, Calleria, Iparia, Masisea, cognominantur, et eam partem regionis Pachiteaënsis quae ad eundem Vicariatum pertinet. Quibus de terris duos novos vicariatus condimus, quorum alter Requena et Ucayali provincias complectens, *Requenaënsis* appellabitur, a principe urbe ; in qua civitate Vicarius Apostolicus sedem ac domicilium habebit ; alter vero vicariatus, ab urbe Pucallpa, *Pucallpaënsis* cognominandus, e regionibus reliquis : Calleria, nempe, Iparia, Masisea et Pachiteae parte, quam diximus, coalescet, sede Episcopi eiusque domicilio in Pucallpa constitutis. Hos Vicariatus eorumque Praesules volumus iisdem iuribus, honoribus, privilegiis frui, quibus omnes ceteri iure fruuntur; Vicarios vero iisdem quoque oneribus et obligationibus teneri, quae solent huiusmodi sacrorum Antistitum consequi dignitatem. Erit vicariatus apostolicus Requenaënsis Sodalibus ex Ordine Fratrum Minorum concreditus; Pucallpaënsis vero curae erit Societati Missionibus ad exteros populos provehendis Provinciae, ut dicitur, Quebecensis. Qui omnes, nihil omittant ut christianae familiae, quae ipsis fovendae ac regendae committuntur, prospera fide virescant. Censemus insuper ut Adcariatus apostolicus de Ucayali in posterum tempus, mutato nomine, *8. Raymundi* appellationem habeat, ab urbe S. Ramon, in qua Vicarius sedem suae potestatis collocabit. Praecipimus postremo ut haec Nostra iussa venerabilis Frater Franciscus Lardone, cuius mentionem fecimus, exsequatur, vel ille qui eo tempore quo fieri debeant, apostolicae Nuntiaturae in Republica Peruviana praesit. Cuius rei gratia omnes potestates eidem facimus, quas poterit delegare, si visum fuerit, cuilibet, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Qui vero negotium perfecerit onus habebit documenta exarandi, eaque sinceris exemplis ad S. Congregationem Fidei Propagandae quam cito mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose

serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per bas Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die secunda mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri duodevicesimi.

•CELSUS Card. COSTANTINI
$. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc, *Decanus Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

ïLoco £g **Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXII, n. S'¡.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

CATHEDRALE TEMPLUM ARCHIDIOECESIS SANCTI IOANNIS TERRAE NOVAE TITULO BASILICAE MINORIS CONDECORATUR

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Terra Nova, caeruleis ambita Oceani fluctibus, magnopere celebratur propter ingentem vim piscium, qui in mari eam alluente capi solent; est autem, si res ex pietatis ratione aestimetur, longe ditior eo quod multi fideles, scilicet « pisciculi Christi», uti olim interdum appellabantur, quasi in retia salutis aguntur, religione Catholica amplis ibi augescente incrementis. Caput autem ac veluti centrum filiorum, quos ea in regione commendatos Nobis habemus, est Templum Sancto Ioanni Baptistae Sacrum, a quo Caelite et Archidioecesis ipsa nomen accepit. Quod religionis domicilium ante centum amplius annos a Michaele Fleming, Sacrorum Antistite indefatigato, exstrui coeptum est, Catholicis — id temporis non ita multis numero — viris, feminis, pueris aliusque doctrinae sectatoribus mira animorum conspiratione adiutricem praebentibus operam. Cum ergo in huiusmodi aedificatione acriter esset desudatum, Thomas Mullock, in Pontificatu Sancti Ioannis Terrae Novae successor, egregium hoc Templum, anno MDCCCLV, lectissimorum Praesulum populique frequentis adstante corona, sollemni Ecclesiae more consecravit. Dilaudatur autem haec augusta domus Dei propter molis amplitudinem, dignitatem quandam divinis ritibus maxime accommodant, Sanctorum signa haud modicae magnitudinis, marmorum aliorumque ornamentorum varietatem. Cum igitur hoc anno unum condatur saeculum ab hoc Templo dedicato, cuius rei memoria, ut accepimus, festo celebrabitur cum apparatu, Venerabilis Frater Patricius Iacobus Skinner, Archiepiscopus Sancti Ioannis Terrae Novae, preces Nobis adhibuit, ut sacram eam Aedem Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quae vota libenter explere statuimus, ut hoc etiam modo propensam Nostram in Clerum ac populum Catholicum Terrae Novae voluntatem significaremus. Itaque ex Sacrae Bituum Congregationis consulto, «erta scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Ee-

elesiam Cathedralem Archidioecesis Sancti Ioannis Terrae Novae ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiecti» iuribus ac privilegiis, quae Templis hoc nomine insignibus, rite competant. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuirà ns, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his,, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXX** mensis Maii, anno **MDCCCCLV**, Pontificatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis;

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

AD TITULUM ET DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EVEHITUR TEMPLUM S. VINCENTII A PAULO, APUD LATROBE DIOECESIS GREENSBURGENSIS EXSTANS.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quasi fons lucis, continentem irradiantis regionem, habenda est Aedes Sancto Vincentio a Paulo sacra, quae cum Benedictino coenobio seu, uti appellant, archiabbatia, eiusdem nomi nis apud Latrobe in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus coniuncta est. Hinc enim religio Catholica quoquoversus est propagata, hinc monachi egressi sunt, ut nova conderent coenobia, scholas, christiana ephebea. Templum vero ipsum est molis amplitudine insigne, atque ex lapidibus et lateribus exstructum eo genere, quod « Rhenanum-Romanicum » vocitant. Habent ibi admirationem imagines venustis depictae coloribus, arae mar mor e vario renidentes, sacra supellex pretiosis vestita metallis. Praeterea augustae huic domui Dei celsae haerent turres, estque subtus videre amplum hypogeum divinis rebus faciendis aptum. Expletis autem centum annis ex quo haec Sancti Vincentii abbatia et

simul Congregatio monastica Americana Casinensis constitutae sunt, dilectus filius Dionysius Strittmatter, Congregationis, quam diximus, Praeses idemque Sancti Vincentii Archiabbas, submisse Nos rogavit, ut, ad cumulandam laetitiam huius celebrationis, Templum illud Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus, Venerabilium Fratrum Hamleti Ioannis Cicognani, Archiepiscopi titulo Laodicensis in Phrygia atque Apostolici in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus Delegati, et Hugonis Aloisii Lamb, Episcopi Greensburgensis, cuius in iurisdictione sacra illa Aedes sita est, commendationis officio suffultis, Nos libenti animo statuimus obsecundare. Quapropter, ex Sacrae Bituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Templum Sancti Vincentii a Paulo apud Latrobe, intra Greensburgensis dioecesis fines positum, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae eidem titulo rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xxir mensis Augusti, anno MDCCCCLV, Pontificatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

III

TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DITATUR CATHEDRALE TEMPLUM B. MARIAE V. IN CAELUM ASSUMPTAE, IN CIVITATE ET ARCHIDIOECESI ACHERUNTINA.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Sacrarum aedium magnificentiam atque decorem in Dei eorumque Sanctorum gloriam cedere et Christifidelium animos facilius ad debitum Divinae Maiestati honorem praestandum trahere nemo est qui in dubium revocet. Hoc ducti consilio, Romani Pontifices Decessores Nostri potiora catholici orbis tempia, data occasione, honoribus augere et privilegiis ditare consueverunt. Eorum Nos vestigiis inhaerentes, cum nuper Ven. Frater Dominicus Pichinenna, Acheruntinus Archiepiscopus, Nos *enixe rogaverit ut Metropolitanum Templum, in quo eius Episcopalis Cathedra sita est, ad dignitatem Basilicae Minoris evehere dignaremur, huiusmodi votis libenter statuimus obsecundare. Ad hoc quodammodo Nos impellunt quae Nobis allata sunt de antiquitate in primis Archeruntinae episcopalis sedis, quae saeculo iv erecta, ad dignitatem Ecclesiae Metropolitanae saeculo xi evecta est et, cursu temporum, Materanensi archidioecesi « aeque principaliter » unita, nuper a Nobis ab eadem seiuncta est. Nec minori antiquitatis nota signatur Cathedrale Templum quod diximus. Anno enim **MLXXX,** genere ((romanico-apulo » quod vocant, exstructum, saeculo xvi ad stilum et ornamentum tunc temporis vigens, in interiore parte, conversum est, externa tamen immutata structura. Superioribus hisce ultimis annis vero, publico sumptu, ad pristinum, pulcherrimum et omnibus probatum architecturae genus, undequaque reductum feliciter fuit. Presbyterii eminentia et amplitudo atque deambulacri magnificentia ad sacrae liturgiae ritus sollemniter celebrandos et ad pompas ducendas maxime conferunt. Exterior pars Templi, absidum, tholorum, turrium numero, pulchritudine et convenientia ita admiranda est ut a nonnullis Templum ipsum habeatur omnium, in universa Lucania, sive sacrorum sive profanorum monumentorum praeclarissimum. Nec praetereundum eamdem Metropolitanam Ecclesiam, cuius sub ara maxima insignes adservantur et coluntur Sancti Mariani, Acheruntini hieromartyris, Reliquiae, pretiosa sacra suppellectili abundare et a Canonicorum venerabili Collegio, cui etiam animarum cura Paroeciae concredita est, quae

ad divini cultus spectant officia debita sollemnitate et singulari decore persolvi. Quae cum ita sint, Nos, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Metropolitanum Cathedrale Templum Acheruntinum, Deo in honorem Beatissimae Virginis Mariae in caelum Assumptae consecratum, ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae sacris aedibus eodem titulo ornatis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus, sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ad definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis,, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XIV** mensis Ianuarii, anno **MCMLVI**, Pontificatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotii»

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

IV

TITULUS AC PRIVILEGIA BASILICAE MINORIS CONFERUNTUR PAROECIALI ECCLESIAE B. MARIAE V. PERDOLENTI, VULGO ((OUR LADY OF SORROWS)), IN URBE: ET ARCHIDIOECESI CHICAGIENSI EX STANTI.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Perdolenti Virgini primum in America et princeps Templum dicatum est Chicagiae, in urbe perfrequente et industria. Quod pietatis domicilium anno **MDCCCLXXIHI** a Servis Mariae est constitutum, qui hoc ineunte saeculo amplam Ecclesiam, quae tria milia fidelium caperet, daedale exaedificandam curaverunt eo structurae genere, quod a renatis artibus nomen accepit. Movent admiratio-

nem excelsae turres fronti utrimque haerentes, maximum altare, Carrariensi e marmore affabre effectum, in quo praeclarum conspicitur simulacrum Deiparae Perdolentis. Probantur praeterea sacella, ab utroque latere posita, scamnorum ordines, pulpitum, ac praesertim musicum organum multisonum populorumque sermonibus percelebratum. Attamen potior laudis materia ex eo colligitur quod hoc Templum est praecipua in America sedes religionis, qua Augusta Virgo doloribus afflicta a Christifidelibus excolitur; unde, exspatiantis fluminis instar, haec pietatis forma quoquoversus permanavit, maxime per novendialem supplicationem honori eiusdem Virginis Perdolentis. Iuvat profecto hac ex parte memorare huiusmodi novem dierum preces, eo in Templo primum Almae Deiparae maerenti adhibitas, iam in amplius duobus milibus Ecclesiarum et trecentis per Foederatas Americae Septentrionalis Civitates aliasque regiones magna cum fidelium alacritate et amplissimo cum fructu fieri. Neque praetermittendum est hoc Templum esse populi concursibus frequentius quam ceteras urbis Chicagiae earundemque Foederatarum Civitatum Ecclesias; atque circiter quinquaginta Sodales ex Ordine Servorum Mariae rebus sacris ibidem operam navare, in regenda ampla paroecia, cum Templo coniuncta, et in scholis varii ordinis habendis plurimum ponere studii ac sollertiae. Cum ergo insignis haec domus Dei praecipuis ornetur laudibus et quasi caput sit, unde superna munera uberrime effluant, preces ad Nos admotae sunt, ut eam Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Nos autem, qui Marianam religionem omni ope provehere studemus, vota huiusmodi, Dilecti Filii Nostri Samuelis Alfonsi Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Stritch, Archiepiscopi Chicagiensis, ampla commendatione suffulta, libenti animo explere statuimus. Quae cum ita sint, Nos ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum paroeciale Templum Beatae Mariae Virgini Perdolenti dicatum vulgoque appellatum « Our Lady of Sorrows », et in urbe Chicagia positum, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus cum iuribus ac privilegiis, quae sacris Aedibus itidem insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; iisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac

definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari •contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Maii, anno MDCCCCLVI, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. CARD. IOSEPHUM SIRI, TIT. S. MARIAE DE VICTORIA, ARCHIEPISCOPUM IANUENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD SACRA SOLLEMNIA IN HISPANIA CELEBRANDA IN HONOREM S. IGNATII DE LOYOLA, QUARTO VERTENTE SAECULO AB EIUSDEM OBITU.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Praeterito quidem anno, quarto vertente saeculo a felici obitu Santi Ignatii de Loyola, sacrum annum eius honori ac memoriae dicatum, praesentibus pluribus sacrorum Antistitibus civilisque consortionis Magistratibus, sollemniter inchoatum est. Nosmet Ipsi, per Litteras datas ad Societatis Iesu Praepositum Generalem, non modo sodales religiosos, verum etiam totius Ecclesiae fideles, quotquot ad christianam perfectionem contendunt, studiose exhortati sumus, ut per fervida pietatis officia ac praesertim per caelestium veritatum commentationes ex hoc anno Ignatiano salubérrimos fructus haurirent.

Iamvero in tota Hispania, praecipue in sacris Societatis Iesu aedibus, per diaria et periodicos, per alia edita opuscola, per sacras conciones et commentationes, totius anni decursu, tot peractae sunt in honorem Ignatii celebrationes, ut spiritum ac fructus sanctitatis, ex Patris Legiferi Constitutionibus atque Exercitiis promanantes, quam plurimi sodales et fideles prosequerentur.

Nunc autem, anno Ignatiano ad exitum vergente, in pluribus Hispaniae locis ac potissimum in ea urbe, quae prima Ignatio vitales tradidit auras, summae apparantur celebrationes. Quibus profecto maiorem splendorem Nos dare cupientes, te, Dilecte Fili Noster, qui Romanae

purpurae magnificentia nitens, nobilissimae sedi Ianuensi moderaris, Legatum Nostrum eligimus ac renuntiamus, ut Nostram gerens personam sacris sollemnibus praesideas, quae in honorem Sancti Ignatii de Loyola proxime celebrabuntur.

Quo insuper maior salutis fructuum copia in christiano populo foveatur, tibi ultro potestatem largimur, ut, die constituta, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam.

Caelestium interea gratiarum conciliatrix et nuntia peculiarisque Nostri amoris testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, istiusque Legationis sociis, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die **xix** mensis Iulii, anno **MDCCCCLVi,** Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

II

AD REVMUM P. GERARDUM RAMAKERS, CARTUSIANI VEDANAE COENOBII MODERATOREM : QUINTO VERTENTE SAECULO AB IPSO COENOBIO CONDITO.

PIUS PP. XII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Iam quintum expletur saeculum, ex quo coenobium vestrum conditum est ; idque dum vobis in memoriam revocat tot tantaque sanctitatis, doctrinae ac paenitentiae opera a maioribus vestris inibi exanclata, vos singulos permovere debet ad eiusmodi praeclara exempla non modo mente recolenda, sed pro viribus etiam imitanda. Vestra religiosae vitae professio, ut probe nostis, celsissima est : etenim si aliorum hominum est Deum cognoscere, amare, revereri, vestrum esse debet — quatenus hac in mortali vita licet — eum etiam sapere, ac perfrui suavitate quidem illa, quae caelestis dulcedinis imago est et auspicium ; ac si pariter ceterorum hominum est Deo servire, vestrum esse debet eidem plane adhaerere, eiusque voluntati rebus in omnibus ita in terris obtemperare, sicut Angeli in Caelis conformantur. Est igitur quasi angelicum vitae genus, ad quod Deus superno instinctu divinaque gratia sua vos advocavit ; quamobrem gratissimum erga eum habeatis animum oportet pro tam excelso accepto

beneficio. Attamen — id etiam profecto nosti — quo maiora sunt Dei munera, eo promptius et actuosius esse debet voluntatis vestrae studium : quod quidem studium non solum a vobis postulat ut umbratilem, solitariam ac paenitentem vitam omnino Deo dicatam agatis, sed illius etiam caritatis exardescatis flamma, qua animus vester ad ceterorum hominum salutem procurandam moveatur. Ad quam aliorum salutem multum profecto conferetis precando, paenitendo, expiando contemplandoque; sed non in isto omnia. Siquidem, ut Angelicus Doctor admonet, «maius est contemplata aliis tradere, quam solum con templari».[1] Quantum igitur vobis statuta vestra concedunt, effatum illud ad effectum deducite : Ora et labora. Quodsi in apertum campum vos ipsimet prosilire nequitis, salutariter excitent hominum ordines virtutum vestrarum exempla, itemque studiorum vestrorum commentationes, eae praesertim, quae de divina doctrina, de morum integritate tuenda, et quae de necessitate precandi, expiandi, contemplandique caelestia agant. At potissimum eorum in numero esse contendite, qui id facere enituntur, quod Moyses super verticem collis in conspectu Domini positus, elatis manibus elatisque precibus agebat aeterno supplicando Numini, dum populus demissiore in loco adversus hostes pugnabat.[2] Vestris siquidem precibus vestrisque virtutibus, laborant!, incertae, atque animorum inimicis agminibus circumventae multitudini a Deo conciliate pacem, concordiam, imprimisque illam caelestium rerum sapientiam, qua tantopere indiget. Hac profecto agendi ratione, et religiosae professioni vestrae optime respon**dentis,** et maiorum vestrorum exemplis, quae fausta hac occasione commemoratur! estis, insistentes, id consequemini, ut non modo ad vestram, sed ad aliorum etiam procurandam salutem non parum conferatis.

Haec Nos, saeculari hac faustitate, vobis ex animo ominamur a Deo, dum caelestium munerum conciliatricem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, cum tibi, dilecte fili, tum Religiosae Familiae tuae Apostolicam Benedictionem perlibenter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die iv mensis Augusti, anno MDCCCCLVi, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

[1] **Sum. Theol. III, q. 188, a. 6, 3.**
[2] ***Cfr.* Exod. XVII, 9-12.**

III

AD EMUM P. D. IOSEPHUM S. R. E. CARDINALEM CARO RODRÍGUEZ, ARCHIEPISCOPUM S. IACOBI IN CHILIA, LEGATUM DELECTUM AD SEXTUM CONVENTUM EX OMNI AMERICA INDICTUM DE DISCIPULORUM IN SCHOLIS SOCIALI INSTITUTIONE RECTE PROVEHENDA.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Nuntium sane gratum accepimus, proximo Septembri mense ex omni America lectos catholicos viros in urbem istam conventuros esse, ut opportuna capiant consilia de discipulorum in scholis sociali institutione promovenda.

Nos, Quibus nihil potest contingere optatius, quam ut iuventuti sana. educatio procuretur, cum exinde pendeat advenientis temporis cursus, salutare initum inceptum gratulamur, illudque paternis votis libenter prosequimur. Res profecto magni momenti a vobis agitur, quae quidem Ecclesiam, domesticum convictum, ipsamque hominum societatem iuvare potest quam maxime. Etenim quo tempore cernitur, socialis civitatum restaurationis necessitatem in dies magis urgere, etiam ob late invalescentes errores, qui ad mutua iura et officia subvertenda homines impellunt, vix quidquam opportunius cogitari potest, quam ut litteraria in scholis educatio cum congrua ad officia adimplenda erga societatem institutione coniungatur; atque adeo adolescentes iam a virenti illa aetate, quae cerea est, probe addiscant quid ab ipsis Ecclesia postulet, quid patria, quid civilis hominum consortio. Hinc sperare licet fore ut nova succrescat iuventus quae difficultates, discrimina perturbationesque, quibus in praesens angimur, feliciter superare queat, suorumque erga proximos officiorum memor ad saniorem possit aliquando componendam societatem summopere conferre.

Cum autem ad hoc maxime conducibilia videantur consilia ac proposita vobis mox suscipienda, ad congressionem vestram sollemniorem salubrioremque reddendam, te, Dilecte Fili Noster, qui isti Metropolitanae Sedi moderaris, Legatum Nostrum per has Litteras constituimus, ut Nostram gerens personam Congressui eidem nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Pro ea, qua polies, virtute ac prudentia, pro flagranti religionis et caritatis studio, quod tibi ceterisque viris Conven-

tui interfuturis coeundi causam dabit, dubitandum non est quin labores vestri secundum spem omnium, te praeside, laetam fructuum segetem sint allaturi.

Pergant igitur omnes nobilissimam hanc causam alacri animo provehere, atque tuis verbis adhortationibusque quasi per os Nostrum excitati, grave perpendant momentum iuvenum mores ad Ecclesiae praecepta in re sociali recte conformandi. Hac via duas res praeclarissimas consecuturi estis: alteram, ut adiutores Ecclesiae vosmet ipsos praebeatis in christiana sapientia propaganda; alteram, ut patrias vestras similiores usque efficiatis supernae illius civitatis «cuius rex veritas, cuius lex caritas, cuius modus aeternitas».[1]

Nos interea, ut supplici prece vobis divinum auxilium impetramus, ita huius auspicem Apostolicam Benedictionem cum tibi, Dilecte Fili Noster, tum singulis Conventum participaturis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxx mensis Augusti, in festo S. Rosae Limanae, anno MDCCCCLVI, Pontificatus Nostri duodevicesimi.

PIUS PP. XII

NUNTII RADIOPHONICI

I

CHRISTIFIDELIBUS HISPANIAE OB SOLLEMNES CELEBRATIONES IN HONOREM S. IGNATII, QUARTO VERTENTE SAECULO AB EIUSDEM OBITU, IN URBE LOYOLA COADUNATIS. *

Como el concertante final que, para remate de una gran composición, recoge y repite armonizándolos todos los motivos y temas fundamentales; como el último acorde de una sinfonía que resume todos los sentimientos y afectos contenidos en ella, exaltándolos todavía más; como la postrer estrofa de un himno que expresa en la forma más vibrante la idea mejor; así vosotros — hijos amadísimos, reunidos en ese valle de Loyola para cerrar las fiestas cuatro veces centenarias de la muerte del gran patriarca San Ignacio — clausuráis ahora tan solemnes conmemoraciones

[1] S. AUGUST. Ep., CXXXVIII; MIGNE P. L. XXIII, 533.

* Datus die 31 Iulii mensis a. 1956.

con un acto en el que hemos accedido a estar presentes, no solamente con el espíritu, sino también con la palabra, como lo estuvimos en la apertura del centenario y lo hemos estado todo a lo largo de él, cuantas veces la ocasión se ha presentado.

Sea, pues, Nuestra expresión primera un acto de reconocimiento y de gratitud hacia el Dador de todo bien. Cuando, hoy hace un año,-Nos dirigíamos por escrito a Nuestro amadísimo hijo el Prepósito General de la Compañía de Jesús, podíamos ciertamente presumir que el centenario que abríamos sería digno del objeto que pretendía, y añadíamos Nuestro deseo de que todo él revistiese una tonalidad preferentemente espiritual, para bien de las almas. Hoy podemos constatar que efectivamente ha sido así, y que si en todos los rincones del mundo ha sido recordado con la prensa, la radio y la palabra viva; con congresos y manifestaciones públicas y privadas ; con actos de sencilla piedad y con solemnes homenajes; sin embargo, en todo ello la nota dominante ha sido un verdadero espíritu de renovación interior. Y sois vosotros precisamente, amadísimos hijos de la católica España, los que podéis sernos testigos, puesto que en vuestro país, si no Nos equivocamos, el centenario ha tenido dos puntos culminantes, a saber : los Ejercicios Espirituales a toda la nación por medio de la radio, con tanto provecho seguidos, y el paso de la reliquia del Santo por todas las diócesis españolas, que alguien ha comparado a una gran misión nacional.

1. Y es que era justo que la gran patria española mostrase su estima y su afecto a uno de sus más preclaros hijos, en quien ve encarnado lo más escogido de su espíritu y en uno de sus tiempos mejores.

Aquel adolescente apuesto y generoso ; aquel joven fuerte, prudente y valeroso, que hasta en sus desviaciones habría de conservar siempre sus aspiraciones hacia lo alto ; aquel hombre maduro, animoso y sufrido, de gran corazón y de espíritu naturalmente inclinado a cosas grandes, y, sobre todo, aquel Santo, en cuyo pecho se diría que entraba el mundo entero, encarnaba sin saberlo lo mejor de los valores y de las virtudes de su estirpe y era, como muy bien se ha dicho, « la personificación más viva del espíritu español en su edad de oro », por su nobleza innata, par su magnanimidad, por su tendencia a lo fundamental y a lo esencial, hasta superar las barreras del tiempo y del espacio, sin perder nada de aquella riquísima humanidad, que le hacía vivir y sentir todos los problemas y todas las dificultades de su patria y de su siglo, en el gran cuadro general de la historia de la Iglesia y del mundo.

Lo que maravilla en los arrobos más sublimes de los místicos espa-

fioles de su mismo tiempo; lo que se puede admirar en los grandes teólogos que entonces brillaron; lo que encanta en las páginas inmortales de los escritores, que todavía hoy son modelo de una lengua y de un estilo; lo que tantos gobernantes, políticos y diplomáticos supieron poner al servicio de aquel imperio donde el sol no se ocultaba; de todo ello hay un reflejo en el alma de Ignacio, al servicio de un ideal muy superior, sin que por elle pierda lo que tiene de propio y de característico.

Era, pues, conveniente, que la España de hoy, hija legítima de la España de ayer, aclamara en este momento a uno de los hijos que más la han honrado.

2. Pero os miramos con los ojos del espíritu, hijos amadísimos, y vemos que con vosotros, católicos españoles, están unidos hoy en persona, y mucho más en espíritu, otros muchos hijos Nuestros de otra naciones, como para proclamar que si Ignacio es honor de su patria, es también y en un sentido mucho más real, honor de la humanidad y de la Iglesia.

Los Santos son siempre honor de su Madre, la Santa Madre Iglesia; pero en algunos, y precisamente en un tiempo en que esta Madre tenía acaso más necesidad de buenos hijos, se diría que esta nota se ha acentuado de modo peculiar, hasta darles una fisonomía propia. Entre ellos, ninguno delante de Ignacio, que supo edificar su santidad, primero, sobre el amor más puro hacia un Dios, del que « todos los dones y bienes descienden »;[1] luego, sobre este mismo amor hecho servicio incondicional hacia aquel « sumo capitán general de los buenos, (que) es Christo Nuestro Señor »[2] y, finalmente, en este mismo servicio hecho obediencia y sumisión perfecta ((a la vera sposa de Christo Nuestro Señor, que es la nuestra sancta madre Iglesia hierarchica ».[3] Se ha fanteseado mucho sobre la dama de los pensamientos del Ignacio caballero, y acaso nunca se llegará a una conclusión definitiva sobre esta cuestión en realidad secundaria. Pero si se quiere decir quién fué la dama a la que él incondicionalmente sirvió desde el momento de su conversión, quién fué aquella para la que soñó las más grandes empresas, quién la que ocupó el primer puesto en su corazón generoso, no hay duda ninguna en afirmar que ella fué la Santa Madre Iglesia, en cuanto Cristo viviente, en cuanto Esposa de Cristo, a la que no se contentó con servir personalmente toda su vida, sino que quiso dejarle su obra fundamental, su Compañía, para perpetuar en ella un espíritu de amor y de servicio, un espíritu de sacrificio

[1] **Ejere. Esp., 237.**

[2] **Ibid., 138.**

en el servicio mismo, que hacen de esta milicia su razón de ser y su característica fundamental.

3. Pero hubo todavía otro atisbo genial en la santidad de Ignacio, que **Nos,** indigno Vicario del Cristo en la tierra, de ninguna manera podríamos callar. Porque la santidad de Ignacio pasaba de la gratitud al amor, del amor al servicio de Cristo, del servicio y amor a Cristo al amor y servicio a su Esposa la Iglesia, y del servicio y amor a la Iglesia a la incondicional adhesión filial a Aquel que de la Iglesia es cabeza y fundamento, al Cristo vivo en la tierra, al Romano Pontífice, a cuya disposición ya pensaba ponerse el pequeño grupo de estudiantes de Montmartre, a quien ansiaban consagrar ya su vida los primeros Padres que Ignacio trajo a Roma, y a cuyo servicio debe saber que está consagrado quienquiera « que desee militar por Dios, bajo la bandera de la Cruz y servir solamente al Señor y a la Iglesia su esposa, bajo el Romano Pontífice, Vicario de Cristo en la tierra ».[4]

Por encima de todos los defectos y todas las sombras que en un tiempo determinado pudieran obscurecer cualquier institución, Ignacio, con los ojos en lo alto, se sintió y se proclamó soldado al servicio del Vicario de Cristo, se ligó a él del modo más estrecho y le consagró su vida toda, todas sus iniciativas, haciendo de esta estrecha unión y sumisión casi el alma misma de la vida de sus hijos que, al servicio del Pontificado Romano y de la Iglesia, han combatido y combaten bajo todos los cielos, sin parar mientes jamás en premios ni en sacrificios. Y bien lo sabéis vosotros, amadísimos hijos de España, cuando en días todavía no demasiado lejanos, pudisteis admirar el ejemplo de cientos y miles de hombres, expulsados de sus habitaciones y de sus casas, despojados de todo y, en buena parte, empujados al destierro ; cuando habéis podido admirar no ya el silencio y la paz, sino la alegría con que lo sufrían todo, precisamente porque la razón principal de tamaña injusticia era su adhesión y su dependencia del Vicario de Cristo.

Figura humana de primera calidad, enriquecida con los carismas de la santidad; buen servidor de la Iglesia, a la que consagró su vida y su obra; soldado fiel del Pontificado, al que ha dejado como herencia preciosa una fidelísima milicia que vive de su espíritu. Luchador incansable y contemplativo altísimo; tenaz en sus propósitos y suave en el modo de tender hacia ellos; religioso en todos sus pensamientos, pero sin destacarse de las realidades que impone la vida; de criterios amplisi-

[4] **Litt. Apost. « Exposcit debitum », 21 Iulii 1550.**

mos, pero capaz de reducir a reglamento clarísimo el problema más complicado ; rígido en los principios y comprensivo con los hombres, a los que se imponía más por sus cualidades morales que por sus dones intelectuales; razonador férreo, que sabía albergar en su corazón todas las delicadezas y todas las ternuras; prudente hasta el último detalle en todas sus cosas, pero al mismo tiempo de confianza sobrenatural eii el conseguir lo que se proponía ; enamorado de Cristo hasta la locura, modesto, humilde, sacrificado, pobre en su persona y en sus cosas, sólido en sus máximas y en su dirección, unido indisolublemente con su Dios, que sabía ver en todas las cosas. Este fué Ignacio de Loyola, capitán de las milicias de Cristo, soldado del Pontificado y de la Iglesia.

Miradlo, hijos amadísimos ; Nos parece verle salir por el arco medio en penumbra de su vieja casa-solar, bajo el escudo rudo que le recuerda las glorias de sus abuelos. Va todavía vestido de caballero, pero con sencillez ; lleva vendada una pierna y camina difícilmente hasta ponerse bajo el primer rayo del sol poniente, que le espera en el límite de las sombras ; vemos entonces mejor su rostro grave y una extraña luz que le brota de los ojos, como si en ellos se reflejara el cielo. ¿Irá a decir una « Salve », como todas las tardes, a la Virgen de Olaz? Empieza a caminar, cojea un poco, pero hoy no; hoy espacia un momento la mirada por todo el amplio valle, vuelve el rostro a la izquierda y empieza a subir la ladera del Izarráiz. Sube, sube, se aleja de la tierra, va dominando las lomas una tras otra y por fin se vuelve a miraros. Contempladle vosotros también, en ese monumento que le quiere dedicar vuestra piedad ; sus vestidos de caballero se han convertido en armadura de guerrero, su cuerpo se ha hecho bronce para desafiar los siglos, sus pies descansan sobre una quilla, como si quisiera hendir las olas del mundo, todo él ha aumentado, ha crecido hasta dominar la hondonada, hasta asomar a las ventanas del mundo por encima de su valle, por encima de su siglo. Es el destino de los santos, de las almas grandes que, al contacto con esa lima inexorable y sorda que se llama el tiempo, en vez de desgastarse y menguar hasta desaperecer, aumentan y crecen con la perspectiva de los siglos, como ese monumento vuestro, que visto de cerca, apenas se puede ni discernir lo que es, pero visto de lejos gana constantemente en grandiosidad e imponencia.

Que desde esas alturas, o mejor todavía, desde las alturas del cielo, bendiga él a su tierra natal, que tanto amó, y a toda esa España que tan generosamente honró y sirvió; que siga siempre pidiendo por esta Iglesia, de la que tan profundamente supo sentirse hijo; que con su

intercession y con el servicio de sus celosos hijos, continúe en todos los momentos su labor a las órdenes de los Vicarios de Cristo, que tanto le han distinguido con su amor paternal.

Prenda de todos estos dones y gracias quier ser la Bendición Nuestra : a> Ti, amadísimo Hijo, Legado Nuestro, que tan dignamente Nos has representado, juntamente con Nuestros hermanos en el Episcopado, sacerdotes y religiosos presentes ; al Jefe del Estado español, con todas las autoridades civiles y militares, que con tan edificante piedad han sabido contribuir al mayor esplendor de estas solemnidades; a todos Nuestros hijos ahí presentes ; a toda la amadísima Compañia de Jesús ; a, toda esa región y a toda España, no menos que a cuantos escuchan Nuestra voz llevada por las ondas impalpables.

11

•CHRISTIFIDELIBUS GERMANIAE, OB ((KATHOLIKENTAG)) IN URBE COLONIENSI COADUNATIS. *

Ehrwürdige Brüder!

Geliebte Söhne und Töchter des katholischen Deutschlands !

Mit freudiger Erregung richten Wir an den Siebenundsiebzigsten Deutschen Katholikentag zu seiner machtvollen Schlusskundgebung Un•ser Wort, um das Uns der von Uns hochgeschätzte Kardinalerzbischof von Köln gebeten hat.

Es soll ein Wort herzlichen Grusses sein an die dort anwesenden Kardinäle, Bischöfe und Priester ; an alle, die aus ganz Deutschland, in grosser Zahl auch von jenseits der Zonengrenze, zum Katholikentag im « Heiligen Köln » zusammengeströmt sind ; an die Gäste endlich, die aus anderen europäischen Ländern und aus der ganzen Welt, aus allen Kontinenten sich zu eurer Festtagung eingefunden haben und ihr das eindrucksvolle Gepräge der allumfassenden Weltkirche verleihen.

Unser Wort soll weiter ein Wort der Anerkennung und des Dankes sein an eure mannigfaltigen freien Vereinigungen : Bruderschaften und Vereine, Verbände, Bünde und Werke, die als Katholische Aktion oder im Sinn der Katholischen Aktion während der zurückliegenden Jahre hochwertige Arbeit geleistet haben — für die religiöse Vervollkommnung ihrer Mitglieder, für die katholische Weltmission und die katholische

*** Datus die 2 Septembris mensis a. 195G.**

Diaspora in der Heimat, für die Jugend, für Erziehung und Schule, für die Welt der Arbeit, für einzelne Stände und Berufe, in Werken der Fürsorge und Caritas, für Presse, Wissenschaft und andere Kulturbereiche. Kölns Bekennerbiscof Clemens August von Droste zu Vischering, der durch seine mutige Tat die katholische Bewegung in Deutschland ins Leben rief, die tapferen Männer und Frauen, Priester und Laien, die derselben auf den Katholikentagen ihre Form gaben und eure Organisationen gründeten — drei jener führenden Gestalten, die, welche dem ersten Kölner Katholikentag im Jahre 1858 stark sein Gepräge gaben, können Wir nicht umhin mit Namen zu nennen : Kölns damaligen Erzbischof Kardinal Johannes von Geissei, den innigen Verehrer Marias und mächtigen Förderer der katholischen Bewegung ; den Priester und Gesellenvater Adolf Kolping; August Reichensperger, den Herold des Dombaues, zu den unerschockenen Laienfühern des katholischen Deutschlands im 19. Jahrhundert zählend — alle diese Männer und Frauen haben nicht umsonst gearbeitet. Was sie pflanzten, hat reiche Ernte eingebracht.

Unser Wort soll endlich sein ein Wort der Freude über die glücklich vollendete Wiederherstellung des Kölner Domes, sowie des Lobes der Wagemutigen, die dieses schwierige Werk geschafft haben. Der Kölner Dom steht da als Anruf an alle : Empor die Herzen zu Gott ! Er steht jetzt da als in Stein gehauener Dank an den Allmächtigen, dass Er Deutschlan aus völligem Zusammenbruch in so kurzer Zeit gnädig wieder emporgeführt hat. Er steht wieder da als Wahrzeichen des Katolischen Deutschlands und als Sinnbild der Kirche Christi, des hoch über die Völker emporragenden Banners.

« Signum levatum in nationes » [1] — unter dieses Merkwort habt ihr •eure diesjährige Heerschau gestellt. In euren Arbeitskreisen und Versammlungen wird Schönes und Tiefes darüber gesprochen worden sein. Wir wollen kurz auf folgendes hinweisen :

Erstens : Die weltanschaulichen Stürme der letzten Jahrhunderte haben im ausserkatholischen religiösen Bereich verheerend gewirkt. Sie haben auch gegen den Felsen gewütet, auf den Christus seine Kirche baute, und sie haben versucht, ihr Werk der Zerstörung in die Kirche hineinzutragen. Die Kirche musste sich unter bitteren inneren Kämpfen zur Wehr setzen. Sie hat aber den ihr von Christus anvertrauten Schatz an Wahrheit und Gnade, vom Glauben an den Dreieinigen Gott und die Gottheit

i *is.* **11, 12.**

Jesu Christi bis zum Glauben an die Auferstehung und das Ewige Leben nie auch nur antasten lassen. Sie hat vielmehr zum Gegenstoss ausgeholt und gerade in dieser religiös erkaltenden und verödenden Zeit die Ströme der eucharistischen Gnaden sich in einer Fülle über ihre Gläubigen ergiessen lassen wie nie zuvor in ihrer Geschichte.

Wir glauben, dieses offene Bekenntnis dem Herrn der Kirche schuldig zu sein; nur sein Wille und seine Macht sind es ja, welche die Kirche durch alle Stürme unversehrt hindurch führen. Wir glauben jenes Bekenntnis schuldig zu sein auch denen, die, vielleicht ohne es selbst zu ahnen, schon nahe an den Toren der Kirche stehen, sowie allen — und es sind ihrer sehr viele und immer mehr — welche die Angst vor den entfesselten Kräften der Natur, vor dem Dasein, vor der Zukunft, vor sich selbst drängt und treibt, nach einem festen Halt zu suchen. Die Kirche bietet ihn ; sie selbst ist dieser feste Halt. Wer sich ihr anvertraut, verliert nichts von dem, was er an Echtem besass. Was immer in anderen Bekenntnissen, auch nicht christlichen, an Wahrem und Gutem sich findet, ist beheimatet, hat seinen tiefen Sinn und seine Erfüllung in der katholischen Kirche. Sie bietet jenen Halt, ohne den Menschen in ein totalitäres System zu zwängen, unter voller Achtung seiner mit Geist und Freiheit begabten Natur, der Würde und übernatürlichen Berufung seiner Person. Auch für die Freiheit des menschlichen Wissens und Forschens kennt sie nur eine Grenze : jene, die Gott selbst durch seine Offenbarung, durch sein klares Wort gezogen hat.

Zweitens : Eine Kirche, die von sich sagt, dass sie das über die Völker emporragende Zeichen sei, wird man heute fragen nach ihrem Beitrag zur Schaffung der sozialen Ordnung.

Die katholische Kirche kann ohne Überheblichkeit darauf hinweisen, dass sie im Lauf ihrer Geschichte Gewaltiges geleistet hat zum Aufbau und Besten des gesellschaftlichen Lebens, und die historische Forschung hat ihr dies schon längst bestätigt. Die Kirche hielt auch wahrlich die Augen nicht verschlossen vor der abgründigen sozialem Unordnung, die das Zeitalter der Technik und des Kapitalismus brachte. Dass sie allein die soziale Frage lösen könnte, hat sie nie vermeint. Sie darf aber erhobenen Hauptes hinweisen auf die Werte, die sie zu deren Lösung bereitgestellt hat und bereithält. Ein solcher Wert ist ihre Soziallehre, bis zum letzten orientiert am Naturrecht und am Gesetz Christi. Sie hat sich bewährt und als sehr fruchtbar erwiesen, gerade auch bei euch, in Deutschland. Die Kirche braucht in wesentlichen Dingen an ihrer So ziallehre keinen Abstrich zu machen. Sie bleibt in Geltung.

Die Kirche hat immer stark betont, dass es zum Aufbau einer haltbaren sozialen Ordnung neben der Reform der Zustände auch der Gesinnungspflege bedarf : der Ausrichtung der Gewissen an einem unbedingt gültigen Ordnungsbild und der sittlichen Kräfte, um immer dem Gewissen entsprechend zu handeln. Die Kirche nimmt für sich in Anspruch, und sie hat erwiesen, dass sie Menschen solcher Gesinnung zu bilden vermag. Auch von hier aus gesehen ist der eucharistische Frühling, den die Kirche des zwanzigsten Jahrhunderts gebracht hat, sichtbar und greifbar das Werk der Göttlichen Vorsehung.

Drittens: An der Tatsache, dass die katholische Kirche seit Jahrzehnten, vor allem seit zehn Jahren unter einer der schwersten, jedenfalls unter der gefährlichsten Verfolgung steht, die je über sie hingegangen ist, an dieser Tatsache kann eine Kundgebung, gewaltig wie eure, die sich zudem unter die Losung stellt : die Kirche das hoch über die Völker emporragende Zeichen, nicht achtlos vorübergehen. Denn Jesus Christus hat seiner Kirche Auftrag und Sendung erteilt bis an das Ende der Zeiten auch unter dem Zeichen, dass sie die verfolgte Kirche sein werde. Kirchen **Verfolgung** ist immer Teilnahme des mystischen Leibes Christi an den Wundmalen des Herrn, und dass es zwischen einem System, das den Atheismus, die Gottlosigkeit, zur Grundlage hat, und der katholischen Kirche zum schwersten Zummenstoss kam, darauf darf die Kirche mit Recht stolz sein.

Das ändert nichts daran, dass sie mit allen, die um des Glaubens willen Bitterstes erlitten und noch erleiden, selbst tief mitleidet. Die Kirche kann auch bangen um ihre Zukunft in den von der Verfolgung erfassten riesigen Räumen, denn dem Gegner stehen in den Zwangsmassnahmen des totalitären Staates und den ausgeklügelten Methoden der seelischen Bearbeitung der Menschen, besonders der jungen Generation und der Kinder, Mittel zu Gebote wie keinem Kirchenverfolger vergangener Zeiten. Sie inahnt endlich die Gläubigen in den Ländern, in denen sie frei lebt, sich der Gefährlichkeit jenes Gegners bewusst zu sein, und warnt sie erneut vor dem Trugbild einer falschen Koexistenz in dem Sinn, als ob es zwischen dem katholischen Glauben, der Weltanschauung des Katholiken und jenem System zu einem Ausgleich, einer inneren Angleichung kommen könnte.

Es gibt eine « Koexistenz in der Wahrheit ». Wir haben bei früherer Gelegenheit von ihr gesprochen und fügen dem dort Gesagten hinzu : Die katholische Kirche nötigt niemand, ihr zuzugehören. Sie verlangt jedoch für sich die Freiheit, nach ihrer Verfassung und ihrem Gesetz im Lande

leben, ihre Gläubigen betreuen und die Botschaft Jesu Christi offen verkündigen zu können. Dies freilich ist ihr unabdingbare Grudlage für jede ehrliche Koexistenz. Inzwischen kämpft sie weiter — nicht auf dem Feld der Politik und Wirtschaft, wie man ihr immer wieder fälschlich nachgesagt hat, sondern mit ihren eigenen Waffen : der Standhaftigkeit ihrer Gläubigen, dem Gebet, der Wahrheit und der Liebe. Sie opfert die Not der Verfolgung auf für das Heil der Verfolger selbst wie der Länder und Völker, in denen sie verfolgt wird.

Die Kirche das Zeichen, das emporragt über die Völker — dieses Wort verpflichtet euch alle, geliebte Söhne und Töchter, denn man beurteilt die Kirche nach dem, was ihr seid — religiös und sittlich.

Ihr lebt in einer materialistischen Welt. Bezeichnend für sie ist, dass das Religiöse gering im Kurs steht. Man opfert wenig oder nichts dafür, opfert es selbst aber leichten Sinnes für jeden Diesseitswert. Kehrt das Verhältnis um ! Setzt wieder Gott an die erste Stelle und lasst euch den Dienst Gottes, euren heiligen Glauben etwas kosten !

Ihr seid die Katholiken eines hoch industrialisierten Landes. Euch ist die grosse Aufgabe gestellt, dieser neuen Welt der Industrie, ihren Werk-und Büroräumen, ihren Anlagen und ihrem ganzen Getriebe christliche Form und Gestalt zu geben. Die Welt der Industrie ist nicht Natur. Aber sie ist wie die Natur Gottes Herrschaftsgebiet. Auch in ihr ist der Mensch ganz angewiesen auf das Wirken der Gesetze, die Gott in die Dinge hineingelegt hat. Christus, durch den alles geschaffen, der Herr der Welt, ist Herr auch *dieser* Welt. Auch sie ist berufen, eine christliche Welt zu sein. An euch liegt es, ihr das christliche Gepräge zu geben.

Heute sind die Geschicke der Menschen auf der ganzen Welt eng in einander verflochten wie nie zuvor. Um so grösser sind die Gefahren, wenn die Menschen, so verschieden nach Rasse, Erziehung, Geschichte und Interessen, besonders wirtschaftlicher Natur, in Gegensatz und Feindschaft geraten. Die Katholiken über die ganze Welt hin können durch ihre Einheit im Glauben und in der Kirche eine gewaltige Kraft werden, um Frieden, auch sozialen Frieden zu schaffen. Nur muss das Bewusstsein ihrer Zusammengehörigkeit lebendig in ihnen wirken. Pflegt alle dieses Bewusstsein. Denn der Welt, die aus sich den Frieden hicht schaffen kann, will Christus seinen Frieden schenken, aber durch euch, nicht ohne euer Zutun.

Wir schliessen mit dem Lobruf des Völkerapostels : « Jesus Christus

ist derselbe gestern und heute und in Ewigkeit))[2]. Euch alle dem mächtigen Schutz seiner gebenedeiten Mutter Maria empfehlend erteilen Wir als Unterpfand der Gnade und Liebe des Herrn den anwesenden Oberhirten, Unseren Ehrwürdigen Brüdern, allen Priestern und den mit ihnen in der Seelsorge arbeitenden Laien, den hohen staatlichen und städtischen Vertretungen und Behörden, euch allen, geliebte Söhne und Töchter, sowie dem ganzen katholischen Deutschland aus der Fülle des Herzens den Apostolischen Segen.

2 *Hebr.* 13, 8.

SS.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

DICIONIS CANADENSIS

DECRETUM

DE VICARIATU CASTRENSI

Quum Exc. **P.** D. Mauritius Roy, Archiepiscopum Quebecensis et Vicarius Castrensis Dicionis Canadensis, ab Apostolica Sede enixe postulaverit ut familiae militum qui stipendia in Exercitu Canadensi merentur, ob peculiaria in quibus versantur adiuncta, eiusdem Vicariatus Castrensis iurisdictioni subderentur, pariterque ut ad animarum salutem satius procurandam, militum cappellani canadenses confessiones quorumlibet ad se in locis militibus reservatis accedentium audire possent, Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, de consilio infrascripti Cardinalis S. Congregationis Consistorialis Secretarii, porrectis precibus benigne annuere dignatus est.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, decernit ut inter subditos, iam in Decreto diei 17 Februarii 1951 ((De erectione Vicariatus Castrensis in Dicione Canadensi » assignatos, posthac adlegantur etiam familiae militum canadensium, id est uxores, liberi, propinqui et necessarii ac famuli, qui cum illis cohabitant sive in Dicione Canadensi, in copiarum tamen stationibus, sive extra praedictam Dicionem quolibet locorum eos comitentur.

Concedit insuper Sanctitas Sua ut militum cappellani canadenses confessiones quorumlibet ad se in locis militibus reservatis accedentium valide et licite audire possint.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 19 Aprilis 1956.

83 Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum

die 24 Maii 1956. — Titulari episcopali Ecclesiae Aegeaensi praefecit Revmum D. Franciscum Borgiam Valenzuela Ríos, e dioecesi Rancaguensi, quem constituit Praelatum Praelaturae *nullius* de Copiapó, nuper erectae.

die 27 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Montisclarensi Exc. P. D. Iosephum Alves de Trindade, hactenus Episcopum de Bonum.

die 20 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Osornensi, nuper erectae, R. P. Franciscum Iosephum a S. Michaele, O. F. M. Cap., saeculo : Maximianum Valdés Subercaseaux, parochum oppidi vulgo « Pucón » nuncupati in Vicariatu Apostolico de Araucania.

die 16 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Caesariensi in Mauretania Revmum P. D. Andream Fougerat, e dioecesi Engolismensi, Antistitem Urbanum, vice rectorem Instituti Catholici Parisiensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Alexandri Caillot, Episcopi Gratianopolitani.

die 2 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Molinensi R. D. Franciscum Bougon, Vicarium Generalem dioecesis Ambiensis.

die 3 Augusti. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Larissensi in Thessalia Exc. P. D. Antonium Giordani, hactenus Episcopum titularem Myndlensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Nevensi R. P. D. Hubertum I. Cartwright, Antistitem Urbanum, parochum ecclesiae cathedralis Philadelphiensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Edmundi Ioannis Fitzmaurice, Episcopi Wilmingtoniensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Macrensi in Mauretania R. P. D. Iosephum Streidt, Antistitem Urbanum, Vicarium Generalem arcidioecesis Viennensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P.D. Francisci König, Archiepiscopi Viennensis.

die k Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Uthinensi E. D. Iosephum Bezerra Coutinho, parochum Sancti Benedicti in dioecesi Sobralensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Tupynambà da Frota, Episcopi Sobralensis.

die 11 Augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Pampilonensi, nuper erectae, Exc. P. D. Henricum Delgado y Gómez, hactenus Episcopum Pampilonensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hirinensi R. D. Marium Di Lieto, Cubicularium intimum supra numerum Sanctitatis Suae, canonicum Capituli Cathedralis Amalphitani, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Donati Pafundi, Episcopi Asculani Apul. et Ceriniolensis.

die 18 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Curubitanae R. D. Raphaelem Valladares, Vicarium Generalem dioecesis Sancti Michaelis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Aloisii Chavez y González, Archiepiscopi Sancti Salvatoris in America.

die W Augusti. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Nicopsitanae Exc. P. D. Ioannem Sison, hactenus Episcopum titularem Limatensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Iacobi Sancho, Archiepiscopi Novae Segobiae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Fatensi, R. P. Odilium Etspueler, sodalem Societatis Verbi Divini, rectorem seminarii metropolitani Novae Segobiae, quem constituit Praelatum Praelaturae nullius Banguedensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lamianae R. P. Henricum Byrne, Superiorem Societatis Sancti Columbani pro Missionibus apud sinenses in regione vulgo Mindanao in Insulis Philippinis, quem constituit Praelatum Praelaturae nullius Ibanae.

. *die 24 Augusti.* — Cathedrali Ecclesiae Civitatis Ieffersoniensis, nuper erectae, Exc. P. D. Iosephum M. Marling, hactenus Episcopum titularem Thasiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Campifontis-Capitis Girardeauensis, nuper erectae, Exc. P. D. Carolum E. Helmsing, hactenus Episcopum titularem Axomitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Kansanopolitanae-S. Iosephi, nuper erectae, Exc. P. D. Edvinum Vincentium 0'Hara, hactenus Archiepiscopum-Episcopum Kansanopolitanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Orcistanae Exc. P. D. Carolum Hubertum Le Blond, hactenus Episcopum S. Josephi in America.

— Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Edvini Vincentii O'Hara, Archiepiscopi-Episcopi Kansanopolitani-S. Iosephi, Exc. P. D. Ioannem Patricium Cody, Episcopum titularem Apolloniensem.

die 5 Septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Liviensi R. D. Telesphorum Cioli, Ordinis Fratrum B. Mariae V. de Monte Carmelo, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Emmanuelis Mignone, Episcopi Ar retini.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

die 29 Februarii 1956. — Metropolitanae Ecclesiae Agraensi praefecit R. P. Dominicum a Bandra (in saeculo Romualdum Athaide), Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Lydenburgensi R. P. Antonium Réitérer, e Congregatione Missionariorum Filiorum Ss. Cordis Iesu.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Meerutensi, nuper erectae, Exc. P. D. Bartholomaeum Evangelisti, hactenus Archiepiscopum titularem Brysiensem, cui servavit archiepiscopalem titulum *ad personam.*

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Beliziensi Exc. P. D. Davidem F. Hickey, hactenus Episcopum titularem Bonitzensem.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Caiennensi, nuper erectae, Exc. P. D. Alafridum Marie, hactenus Episcopum titularem Mundinitzensem.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Georgiopolitanae, nuper erectae, Exc. P. D. Richardum Lester Guilly, hactenus Episcopum titularem Adraenum.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Kingstonensi, nuper erectae, Exc. P. D. Ioannem McEleney, hactenus Episcopum titularem Zeugmatensem in Syria.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Daloaènsi, nuper erectae, R. P. Ioannem Mariam Etrillard, e Societate Missionum ad Afros.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Kupelaënsi, nuper erectae, R. P. Adeodatum Yougbare, e clero saeculari.

— Titulari episcopali Ecclesiae Attalensi in Pamphylia R. P. Georgium Pearce, e Societate Mariae, quem constituit Vicarium Apostolicum Arcipelagi JSJavigatorum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Egugensi R. P. Gustavum Andream Ferdinandum Raballand, e Societate Parisiensi Missionum ad exteras gentes, quem constituit Vicarium Apostolicum de Phnom-Penh.

die 24 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Adraenae R. D. Eliam Mchonde, e clero saeculari, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Edgari Aristidis Maranta, Archiepiscopi Daressalaamensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Balanensi R. P. Eduardum Iosephum Schlotterback, ex Istituto Oblatorum S. Francisci Salesii, quem constituit Vicarium Apostolicum de Keetmanshoop.

— *Coadiutorem cum iure successionis* Exc. P. D. Henrici Iosephi Thiinemann, Episcopi Keimoesani, Exc. P. D. Franciscum Esser, Episcopum titularem Claniensem, hactenus Vicarium Apostolicum de Keetmanshoop.

die 7 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Hypselitanae R. P. Iesum Serrano Pastor, e Congregatione Missionariorum Filiorum Cordis B. M. V., quem constituit Vicarium Apostolicum de Darien.

die 20 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Amadassenae Exc. P. D. Franciscum Xaverium Lacoursière, e Societate Missionariorum Africae, hactenus Episcopum Mbararaënsem.

die 29 Aprilis. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Cotiaeensi R. P. Franciscum Markall, e Societate Iesu, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Astonis Chichester, Archiepiscopi Salisburiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Mosynopolitanae R. **P.** Manfredum Staverman, ex Ordine Fratrum Minorum, quem constituit Vicarium Apostolicum, nuper erecti Vicariatus Apostolici de Hollandia.

die k Iulii. — Cathedrali episcopali Ecclesiae Vellorensi R. P. Davidem Swamidoss Pillai, e Societate S. Francisci Salesii.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Buakensi, nuper erectae, R. P. Andream Duirat, e Societate Missionum ad Afros.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Gagnoaënsi, nuper erectae, Exc.

P. D. Ioannem Mariam Etrillard, e Societate Missionum ad Afros, hactenus Episcopum Daloaënsem.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Daloaënsi R. P. Petrum Rouanet, e Societate Missionum ad Afros.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Sokodensi, nuper erectae, R. P. Hieronymum Lingenheim, e Societate Missionum ad Afros.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Maswaënsi, nuper erectae, R. P. Eduardum Aloysium McGurkin, e Societate de Maryknoll pro missionibus exteris.

die 18 Iulii. — Cathedrali episcopali Ecclesiae Gibraltariensi R. D. Ioannem Farmer Healy, e clero saeculari dioecesis Southvarcensis.

die 3 Augusti. — Cathedrali episcopali Ecclesiae Khulnensi, nuper erectae Jessorensi nomine, R. P. Dantem Battaglierin, e Pia Societate Sancti Francisci Xaverii pro exteris missionibus.

II

NOMINATIONES

Decretis, ut infra datis, Sacra Congregatio de Propaganda Fide, ad suum beneplacitum, renunciavit:

die 31 Iulii 1956. — R. P. Aemilianum Pied, e Societate Mariae Monfortana, *Praefectum Apostolicum nuper erectae Praefecturae Apostolicae de Vichada.*

— R. P. Aloysium Eduardum Garcia Rodríguez, ex Instituto Yarumalensi pro missionibus exteris, *Praefectum Apostolicum de Arauca.*

die 7 Augusti. — R. P. Urbanum McGarry, Tertii Ordinis Regularis S. Francisci, *Praefectum Apostolicum nuper erectae Praefecturae Apostolicae de Bhagalpur.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

TANANARIVEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI VICTORIAE RASOAMANARIVO, VIDUAE.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Ad Christi Ecclesiam pertinet universas -gentes edocere, fidei tingere sacramento et, quae sint observanda, praecipere (Cf. Mt. 28, 18 ss). Cui divino mandato Sponsa Christi nullo non tempore obtemperare destitit, missis christianae veritatis christianaeque virtutis nuntiis propagatoribusque longe a patriis laribus ad extremum usque terrae, ubi *insulae* quoque *Eum, quem Deus lucem Gentium dedit, expectant* (Cf. Is. 49, 6 ; 60, 9). Et ubicumque Ecclesia patuit fixitque tentorium suum, ibi flores protulit omniumque virtutum genuinos fructus maturavit. Quandoquidem humana natura, quamvis ob miserum Adae lapsum hereditaria labe infecta, aliquid tamen in se habet naturaliter christianum (Cf. Tertull., Apolog. XVII, 6), quod si divina luce collustretur et divina alatur gratia, ad veri nominis virtutem et sanctitudinem evehi aliquando potest.

In concentu tot Servorum Dei, patria quidem, genere, lingua, colore variorum, in quibus mirabilis actio divinae gratiae humanam naturam perficientis apparet, non ultimum locum tenet Victoria Rasoamanarivo.

Orta est Serva Dei in Insulae Madagascariae urbe capite, quae vulgo appellatur Tananarive, anno 1818, ex familia licet non nobili, potentissima tamen supra omnes, utpote cum regali principatu arctissime coniuncta : utroque parente pagano, patre scilicet Rainiandriantsilavo, qui dein ab idolis ad haeresim Calvinistarum transivit, matre vero Rambahinoro, quae ex idolorum tenebris ad vitae finem usque non emersit.

Iuvenis Rasoamanarivo, quamvis sancta parentum conversatione prorsus caruerit, ope tamen divinae gratiae praevenientis providentisque ex infidelitatis et haeresis coeno prodiit et sicuti suavissimus et purissimus flos in Ecclesiae viridario suis splenduit virtutibus, adeo ut vel sanctitatis laudem, uti ex dicendis patebit, sibi comparaverit.

Famula Dei, patre orbata, a patruo est in aliam adoptata et ad idolorum cultum ab ineunte aetate instituta. Naturali quadam inclinatione etiam tum, nondum audita Evangelii praeconum praedicatione, ad christianarum virtutum exercitium quasi praeludebat.

Anno 1861 a matre Sororibus a S. Ioseph de Cluny concredita est educanda, et statim christianae catechesi studiose et assidue vacavit, orationi iam instare coepit ; Christum Christique religionem per desideratissimum Baptismum, verae vitae lavacrum, anno 1863 die 1 Novembris, amplexata est, assumpto Victoriae nomine, devictis utique suorum insectatione ac difficultatibus omne genus. Die dein 17 Ianuarii sequentis anni primum Eucharistiae sacramentum maximo animi ardore accepit sacroque Chrismate inuncta est die 11 Septembris eiusdem anni. Nihil fere postea ab omnibus suis, una excepta sorore natu minore, non tentatum est, ut ipsa ad apostasiam cogeretur.

Sexdecim annos nata Religionem ingredi voluit ; at matrimonio consociari debuit cum Radriaka, vel pleno nomine Ratsimatahodriaka, avunculi filio, Primi scilicet Ministri primogenito militumque duci, quum tota haec res, per illius gentis leges, penes parentes staret ; sed nonnisi Ecclesiae Catholicae ritu, die 13 Maii 1864, coniungi voluit.

Coniugalis autem vita dolorem tantum eidem attulit. Dici namque vix potest, quam contumeliose quamque acriter Radriaka, cuius probrosa vivendi ratio omnibus nota erat, erga uxorem se gesserit; quanta vero cum patientia et mansuetudine eum sustinuerit ipsa suisque officiis complexa sit. Numquam de eo vel apud amicos querelas movit, numquam de eius effreno vivendi modo sermonem fecit, cum ipso litigavit numquam. Assidua oratione sibi divina auxilia impetrabat, pro eo orabat itemque ad eundem finem ab aliis postulabat preces. Adhortationibus pluries sollicitata ad virum relinquendum, numquam ab eo discessit neque eum a se unquam repulit. In mortis articulo propriis manibus eum lustralibus aquis regenera vit, demortuum luxit lugubresque vestes, quas usque dum vixit non deposuit, induit.

Victoria, prout primorum ferebat consuetudo, regiam aulam, ad varia obsequia reginae praestanda, frequentabat, simplices induta vestes patrio more confectas. Ibi, demirantibus ac saepe irridentibus aulicis, qui omnes ad reginae exemplum Calvinianam sectam profitebantur, Victoria nostra dictis factisque veluti vivens catholicae fidei confessio apparebat, praeclarissimum virtutum specimen praebens. Hinc in omnium aestimationem paulatim venit, ita ut potentissimus ille reginae Primus Minister eam libenter audiret eiusque petitionibus annuere soleret.

Domi et in ecclesia multum temporis oratione insumebat, maxima vigilantia et prudentia necnon actuoso studio in famulorum cum spirituali tum temporali bono provehendo obibat.

Interea exorto bello Gallicam Ditionem inter Hovarumque Gubernium anno 1883, Catholicorum condicio perquam gravis effecta est : Missionales enim natione Galli ex Madagascaria Insula expulsi sunt; neophytae catholici accusabantur, quod patriae essent proditores; a vera fide eos seiungere conabantur catholicae religionis hostes, quasi id debitus erga Nationem suam postularet amor et fidelitas. Quibus in adiunctis, nisi mulier una adfuisset, Victoria, quae suo forti constantique apud Primum Ministrum interventu iura Ecclesiae, nullis humanis instructae subsidiis, ab insectatorum arrogantia vindicasset, suis opibus atque exemplis catholicos fratres in fide sustinuisset et confirmat isset, Ecclesia vix in illis regionibus nata, fortasse, uti testes deponunt, penitus defecisset.

Compositis dein rebus, Serva Dei, quae Missionales Societatis Iesu discendentes luctu et dolore defleverat, eosdem ad suas messes anno 1886 redeuntes summo gaudio excepit.

Deinceps orationi, quam numquam dimiserat, unice fere se devovit, omniumque virtutum exercitio, omnium bonorum operum particeps. Christi caritate iugiter extimulata infirmos, uti antea, curabat, pauperes sublevabat, in carcere devinctos visitabat, ecclesiis aedificandis non módicas suas pecunias insumpsit; Actionis catholicae, quae vocatur, vere antesignana ibidem exstitit ita, ut tanta veneratione vel ab ethnicis celebraretur, ut insigni nomine « Magnae Christianae », cum adhuc viveret, decoraretur.

Fracta demum laboribus atque doloribus haud paucis potius quam aetate, brevi sed vehementi morbo cruciata, Famula Dei die 21 mensis Augusti, anno 1894, quadragesimo sexto aetatis suae, purissimam animam Deo reddidit, eiusque corpus in gentilicio mausoleo sepultum est.

Pretiosam eius mortem sanctitatis fama statim est subsecuta et magis magisque percrebruit eiusque glorificatus semper fuit desiderata, at, varias ob causas, nonnisi ineunte anno 1932 Processus ordinarius, qui dicitur, de fama sanctitatis, virtutibus et miraculis eius in Curia Vicariatus Apostolici Tananarivensis fuit inchoatus. Qui Processus, ad sacrorum canonum normam anno 1935 perfectus, ad Sacram Rituum Congregationem delatus fuit, additis litteris plurimis Summo Pontifici adhibitis Caelitum honores ipsi Servae Dei decernendos postulantibus. Cum autem penes eandem S. Rit. Congregationem Causa haec beatificationis

agitari coepta sit, scriptis eiusdem Famulae Dei perpensis, nihil obstare decretum est die 25 Ianuarii 1952 quominus ad ulteriora procedi posset.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instante Revmo P. Carolo Miccinelli, Societatis Iesu et huius Causae Postulatore legitime constituto, Eíñus ac Revmus Dominus Clemens Cardinalis Micara, Episcopus Veliternus, eiusdem Causae Ponens, die 14 Februarii 1956 in Ordinaria Congregatione ad Vaticanas aedes habita, dubium disceptandum proposuit : *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur,* et super ea retulit. Purpurati autem Patres, sacris tuendis ritibus praepositi, auditis Officialibus Praelatis ac praesertim R. P. D. Sylvio Romani, Fidei Promotore Generali, rescribendum censuerunt : *Affirmative,* seu *Signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum Beatissimo Patri per infrascriptum Cardinalem fideli relatione, Sanctitas Sua, sententiam Eimorum Cardinalium ratam habens, Sua manu *Commissionem Introductionis Causae Servae Dei Victoriae Rasoamanarivo,* pro sua benignitate, signavit.

Datum Romae, die 19 Februarii 1956.

C. Card. **CICOGNANI,** *Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

i

DECRETUM

ERIGITUR ET IURE GRADUS ACADEMICOS CONFERENDI AUGETUR INSTITUTUM SOCIALIUM SCIENTIARUM IN PHILOSOPHICA FACULTATE PONTIFICII ATHENAEI ANGELICI IN URBE.

Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum universitatibus, perpensis supplicibus litteris Magistri Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum, Magni Cancellarii, cum compererit Institutum Socialium

Scientiarum, quod a. D. MCMLI in Philosophica Facultate Pontificii in Urbe Athenaei quod « Angelicum » nuncupatur conditum est, socialibus doctrinis ad Catholicae Ecclesiae Magisterii mentem provehendis non parum contulisse, laudatum Institutum Socialium Scientiarum *in perpetuum erigit erectumque declarat,* ipsique ius tribuit in posterum academicos Socialium Scientiarum gradus conferendi iis alumnis qui trienne studiorum curriculum rite compleverint, dummodo antea philosophico-theologica studia perfecerint quae can. C. I. C. 1365 praescribuntur, vel per unum saltem annum in Philosophica Facultate eas disciplinas didicerint atque superatis examinibus absolverint quae tum socialium doctrinarum natura tum peculiaribus Statutis exiguntur; ceteris servatis quae et Apostolica Constitutione « Deus scientiarum Dominus » adnexisque « Ordinationibus » et eiusdem Instituti approbatis Statutis praescribuntur; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex Aedibus Sancti Callisti, d. xxv m. Novembris, in Festo S. Catharinae Virg. et Mart., a. D. MCMLV.

© I. Card. PIZZARDO^, Ep. Albanen., *Praefectus*

L. © S.

f C. Confalonieri, Archiep. Mcopolitan., *a Secretis*

II

DECRETUM

IN PERPETUUM ERIGITUR ET IURE GRADUS ACADEMICOS CONFERENDI AUGETUR THEOLOGICA FACULTAS SUB TITULO ((MARIANUM)) IN URBE.

Caelesti honorandae Reginae, Dei hominumque Matri, Ordo Servorum Beatae Mariae Virginis totum se devotum voluit, indeque a primordiis theologica studia cum aliis Mendicantium Ordinibus impensissime fovit, id praesertim cupiens ut Christo Domino hominum mentes voluntatesque adducerentur per Mariam, Sapientiae Sedem Almamque Redemptionis Sociam.

Quamobrem Romani Pontifices, saeculo xiv labente, Ordini Servorum Mariae, cuius sacrarum disciplinarum ab exordiis sedulo impensum studium laudare ac augere nunquam destiterunt, facultatem academicos gradus propriis sodalibus conferendi tribuerunt, quam, vertentibus saeculis, confirmatam amplificatamque voluerunt. Privilegium enim a Boni-

fatio IX, a. D. MCCCXCVIII Priori Generali laudati Ordinis impertitum, Innocentius VIII a. D. MCDLXXXVII, Clemens VIII a. D. MDCIV, Paulus V a. D. MDCVi, Urbanus VIII a. D. MDCXXXIII ac MDCXXXIX, Alexander demum VII a. D. MDCLVIII, non modo ratum habuerunt sed etiam ampliori iure auctum promulgaverunt. Anno tandem MDOLXVI, die xxvi mensis Februarii, Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium negotiis praeposita Collegium ab Henrico Gandavensi nuncupatum apud Conventum Sancti Marcelli in Urbe et in perpetuum erexit et facultate cumulavit Sacrae Theologiae academicos gradus Collegii alumnis conferendi ; cuius Collegii « Statuta » Clemens IX, die xxi m. Aprilis a. D. MDCLXIX, per Bullam « Militantis Ecclesiae » apostolica auctoritate munivit.

Romanum Collegium « Henrici Gandavensis », postquam duo saecula floruit, anno MDCCCLXX luctuose eversum est. Mox tamen, anno D. MDCCCXCV, restitutum est, titulo assumpto « Sancti Alexii Falconerii », atque a. D. MCMXXVIII in novas aptiores aedes translatum, ad amoenum declivem collem Ianiculensem a fundamentis excitatas. Quae nova sedes crescentis in dies industrii studii, quo sacrae disciplinae excoluntur ad perennis Veritatis incrementum, perspicua haud interiecta mora testimonia dedit : ampla enim Bibliotheca theologicorum operum aucta est, praesertim ad Mariologiam spectantium, cui immo Augustus Pontifex Pius XII fel. regn. ditissimam « Marialem librorum Collectionem » quae per quinquaginta circiter annos in aedibus Sancti Apollinaris asservabatur addere dignatus est ; ab anno autem MCMXXXIX Ephemerides quibus titulus « Marianum » a Magistris laudati Collegii edi coeptae sunt, magna eruditione de Deiparae privilegiis in primis disserentes.

Cum interea theologicae scholae Collegii ((S. Alexii Falconerii» ad normas Constitutionis « Deus scientiarum Dominus » aptatae integre sint, perspecta indefessa opera ab universo Patrum Servorum Mariae Ordine et signanter a memorato Collegio mariologicis provehendis studiis egregie collata, idem Summus Pontifex Pius Div. Prov. Papa XII, per litteras Sacrae huius Congregationis, die xxx m. Novembris anni S. Iubilaei datas, scholas Collegii « Sancti Alexii Falconerii » ad Facultatis Theologicae dignitatem, pro alumnis totius Ordinis Fratrum Servorum Mariae, benigne evehere dignatus est.

Postquam autem praescriptum quinque annorum experimentum feliciter cessit, eadem Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, auctoritate a Ssmo D. N. Pio Div. Prov. Pp. XII sibi concredita, in Dei gloriam animarumque salutem, ad mariologica studia

uberius impellenda, ad normam can. 1376 O. I. **O.** *in perpetuum erigit Facultatem Theologicam in Urbe sub titulo « Marianum »*, ipsique ius tribuit decernendi academicos gradus baccalaureatus, licentiae, laureaeque doctoralis sodalibus Ordinis Fratrum Servorum B. M. V. qui in ipsa studia perfecerint ad Apostolicae Constitutionis normam ; cuius insuper Statuta, ad eandem Constitutionem Apostolicam « Deus scientiarum Dominus » eidemque adnexas « Ordinationes » fideliter accommodata, *rata habet* atque *approbat,* omnibusque ad quos pertinet ut ad actum plene traducantur praecipit ac iubet, ceteris servatis de iure servandis.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Callisti, d. **VIII** m. Decembris in festo Immaculatae Conceptionis B. M. V., a. D. **MCMLV.**

Çg I. Card. **PIZZARDO**, Ep. Albanen., *Praefectus*

L. *f&* S.

f C. Confalonieri, Archiep. Mcopolitan., *a Secretis*

III

DECRETA

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, decretis Sacrae Congregationis de Seminariis et studiorum Universitatibus :

die 20 Octobris 1955 — Scholam socialem in Catholica Universitate Peruviana (Lima), *ratam habuit atque approbavit.*

die 8 Decembris 1955 — Statuta Theologicae Facultatis Sydneyensis (Sydney), *rata habuit atque approbavit.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

ORATIO A SUMMO PONTIFICE PIO XII EXARATA ATQUE INDULGENTIIS DITATA

A Maria 8mia Madre degli Orfani

Salve, o Vergine purissima, Regina potentissima, che la famiglia umana chiama col nome soavissimo di Madre, noi che non possiamo invocare una madre terrena, perchè o non l'abbiamo mai conosciuta o siamo rimasti ben presto privi di un così necessario e dolce appoggio, a Te ci rivolgiamo, sicuri che vorrai essere madre specialmente per noi. Se infatti per la nostra condizione destiamo in tutti sentimenti di pietà, di compassione e di amore, molto più li susciteremo in Te, la più amorosa, la più tenera, la più pietosa di tutte le pure creature.

O Madre vera di tutti gli orfani, noi ci rifugiamo nel tuo Cuore immacolato, certi di trovare in esso tutti i conforti, cui anela il nostro desolato cuore; noi riponiamo ogni fiducia in Te, aftinché la tua mano materna ci guidi e ci sostenga nell'aspro sentiero della vita.

Benedici tutti coloro che ci aiutano e ci proteggono in nome tuo; premia i nostri benefattori e gli spiriti eletti che dedicano a noi la loro vita. Però soprattutto sii Tu per noi sempre madre, modellando i nostri cuori, illuminando le nostre menti, temperando le nostre volontà, adornando le nostre anime con tutte le virtù e allontanando da noi i nemici del nostro bene, che vorrebbero perderci per sempre.

E infine, Madre nostra amantissima, delizia e speranza nostra, portaci a Gesù, frutto benedetto del tuo seno, aftinché, se non abbiamo la dolcezza di una madre quaggiù, ci rendiamo tanto più degni di Te in questa vita e possiamo poi godere nella eternità del tuo affetto materno e della tua presenza, unitamente a quella del tuo Figlio divino, che col Padre e lo Spirito Santo vive e regna nei secoli dei secoli. Così sia!

Die 28 Augusti 1956

Ss^mus D. N. div. Prov. Pp. XII benigne tribuere dignatus est partialem mille dierum Indulgentiam, ab orphanis saltem corde contrito acquirendam, quoties supra relatam orationem devote recitaverint. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

N. Card. **CANALI,** *Paenitentiarius Maior*

L. © S.

•I. Rossi, *a secretis*

SACRA ROMANA ROTA

Cita tio edictalis

FARGEN.

NULLITATIS MATRIMONII AXTMANN-WILSON

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Jacobi Wilson, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. B. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 31 Octobris 1956, bora 12, ad concordandum de dubio disputando, vel ad infrascriptum subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti domini Iacobi Wilson curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Franciscus Brennan, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 20 Iulii 1956.

C. Pezzicara, *Notarius ff.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Jacques Wilson, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 31 octobre 1956, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Constet-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Jacques Wilson devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, **6** settembre **1956,** il Santo Padre Pio XII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dottor **GIUSEPPE DÜDLEY LAWRENCE**, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Liberia, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

28 aprile 1956. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Piazza Adeodato Giovanni, ***Protettore delle Suore del Terz'Ordine Regolare di Nostra Signora del Monte Carmelo*** (Luxembourg).

» maggio » L'Emo e Revino Signor Cardinale Ottaviani Alfredo, ***Pro lettore del Santuario della Madonna della Misericordia in Macerata.***

8 luglio » S. E. Revma Monsig. Forni Efrem, Arcivescovo tit. di Dami, ***Delegato Straordinario per la presentazione della Rosa d'Oro a Sua Altezza Reale la Granduchessa Carlotta di Lussemburgo.***

31 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Dalla Costa Elia, ***Protettore delle Minime Ancelle della SS. Trinità, Suore Montalve*** (Firenze).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Dalla Costa Elia, ***Protettore delle Suore Stabilite nella Carità di Gesù Buon Pastore*** (Firenze).

Aa. et vol. XXXXVIII 27 Octobris 1956 (Ser. II, v. XXIII) - N. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

VILLAVICENTIEN.

(VICHADAËNSIS)

A VICARIATU APOSTOLICO VILLAVICENTIENSI QUAEDAM REGIO SEPARATUR, EX QUA EFFICITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA VICHADAËNSIS.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Apostolis Christus mandaverit ut in universum mundum euntes praedicarent Evangelium omni creaturae (cf. Me. 16, 15), Nos, qui christianae rei summam in manibus habemus, nihil omnino intentatum relinquimus, quod aptius in dies sacrae doctrinae disseminandae conducat, hominibusque salutis viam tutiorem facilioremque usque faciat. Quam ob rem accipiendas esse preces censemus venerabilis Fratris Pauli Bertoli, Archiepiscopi titulo Nicomediensis atque Apostolici in Columbiana Republica Nuntii, qui ab hac Romana Sede poposcit ut ab apostolico vicariatu Villavicentiensi, in eadem Republica, qui latissime patet, certa distraheretur pars eademque in novae formam praefecturae redigeretur : Nos enim non latet, ubi territoria aptiore limite dividantur pluresque suppeditent sacerdotes, et fideles in virtute magis magisque proficere et caritatis opera uberius florere. Probantes igitur quod S. Congregatio

Fidei Propagandae censuerit esse faciendum, quae sententiam rogaverit venerabilem Fratrem Franciscum Iosephum Bruls, Episcopum titulo Paraetoniensem et Vicarium Apostolicum Villavicentiensem ; itemque supplentes eorum consensum, qui in hac re aliquid iuris habeant vel se arbitrentur habere, de summa Nostra potestate haec, quae sequuntur, decernimus atque iubemus. A vicariatu apostolico Villavicentiensi eam territorii partem separamus, quae terminis civilis regionis vulgo ((comisaria del Vichada » definitur, eamque ad apostolicae praefecturae gradum perducimus, *Vichadaënsis* ex eiusdem regionis nomine nuncupandae. Cui novae praefecturae omnia adiungimus iura ac privilegia, quae ad eandem Iure Canonico spectant; eiusque pariter Praefectum Apostolicum omnibus decoramus honoribus simulque astringimus officiis et oneribus, quibus huiuscemodi dignitas et ornari et onerari consuevit. Cuius Vichadaënsis praefecturae curam atque regimen tradimus dilectis Filiis Sodalibus Societatis Montfortanae a Maria, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, qui adhuc ubere cum fructu in hac regione allaboraverunt ; laeta cum spe fore ut ipsi, qui incolarum mores vitaeque instituta apprime noverint, intentiore studio Ecclesiae sanctae consulant progressioni atque utilitati. Harum autem Litterarum decreta venerabilis Frater Paulus Bertoli, cuius meminimus, ad rem adducet, vel ille qui, eo tempore quo ad effectum operis venturum sit, Apostolicae in Columbia Nuntiaturae praeerit, facta potestate et alium virum ad hoc delegandi, dummodo ecclesiastica dignitate pollentem. Qui vero rem perfecerit, onus habebit factae territorii divisionis documenta exarandi, eorumque fide digna exempla ad S. Consilium Fidei Propagandae quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit

vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc, *Decanus Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXII. n. 91.

Il

KONGOLOENSIS - STANLEYPOLITANT.

(KINDUENSIS)

AB APOSTOLICIS VICARIATIBUS KONGOLOËNSI ET STANLEYPOLITANO, IN CONGO BELGICO, QUAEDAM SEPARANTUR TERRITORIA, QUIBUS NOVUS VICARIATUS CONSTITUITUR, ((KINDUENSIS)) NUNCUPANDUS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolica Sedes omni cura et studio christianae fidei incremento consulit. Qua de causa, quo satius divini nominis gloria in Congi Belgici regione promoveatur atque christifideles ibi commorantes uberiores suscipiant fructus ex evangelica lege, valde oportunum visum est vicariatuum apostolicorum Kongoloënsis et Stanleypolitani, sodalibus Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu concreditorum, peramplum territorium dispertire et novum exinde apostolicum constituere vicariatum. Consilio igitur exquisito a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi Christianae Fidei Propagandae praepositis ac sententia audita venerabilis Fratris Alfredi Bruniera, Ar-

chiepiscopi titulo Claudiopolitani in Honoriade atque Apostolici in Congo Belgico et in Ruanda Urundi Delegati, re qua par erat diligentia considerata consensuque eorum suppleto, quorum hoc negotium quavis intersit ratione, suprema Nostra potestate haec quae sequuntur decernimus ac statuimus- Ab apostolico vicariatu Kongoloënsi territorii partem distrahimus, quae Provinciae vulgato nomine de Kivu ad septentrionem vergit, quaeque regionem territorii civilis de Kasongo, ad meridiem fluminis nomine Lualaba sitam, ac territorium civile de Rimbombo et partem illam territorii civilis de Kindu, quae obnoxia est Kongoloënsi sacrorum Antistiti, complectitur; item a vicariatu apostolico Stanleypolitano eam territorii partem, quae ad meridiem fluminis Lowa exstat, quaeque partem meridianam territorii civilis de Lubutu et partem territorii civilis de Shabunda, inter flumina Lugulu et Lowa sitam, atque insuper territorii civilis de Kindu partem illam complectitur, quae ad vicariatum Stanleypolitanum pertinet. Quam regionem in novi apostolici vicariatus formam redigimus, qui ab urbe Kindu *Kinduensis* nuncupabitur quemque sollertibus curis sodalium Congregationis a Sancto Spiritu committimus, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis nutum. Novus igitur apostolicus Kinduensis vicariatus totam regionem quam supra diximus amplectetur iisdemque circumscribetur finibus; quem praeterea itemque eius pro tempore sacrorum Praesules iisdem iuribus et honoribus ornamus; Vicarium vero etiam oneribus astringimus, quibus solent ceteri eiusdem gradus Antistites ornari et astringi. Ut vero ea quae Nostris hisce Litteris iubemus iure optimo efficiantur, venerabilem Fratrem Alfredum Br uniera deligimus, vel eum qui eo tempore quo haec decreta ad rem adducentur Apostolicae in Congo Belgico et in Ruanda Urundi Delegationi praeerit; cui autem contigerit hoc exsequendum opus, illi opportunas ad id potestates facimus cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro in ecclesiastica constituto dignitate. Praecipimus insuper ut confectum negotium in acta referatur, quorum fide digna exempla ad Sacram Congregationem Christianae Fidei Propagandae quam primum mittantur.

Has vero litteras nunc et in posterum eificaees esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum eflicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini

praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrompere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostender en tur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio et vicesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

OBLSUS Card. COSTANTINI
8. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
8. Congr. de Propri ganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco **Plumbi**

***In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXIII, n.* 7.**

III

TAMALENSIS - KETAËNSIS

(NAVRONGENSIS)

A **DIOECESIBUS TAMALENSI ET KETAËNSI QUAEDAM TERRITORIA DETRAHUNTUR, QUIBUS NOVA QUAEDAM DIOECESIS CONDITUR, ((NAVRONGENSIS)) APPELLANDA.**

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Semper fuit magni momenti negotium magnique consilii condere dioeceses, cum per id frequens populi agmen ad unitatem sub Episcopi auctoritate redigatur, aptiorque inde ac firmior enascatur christianae rei administratio. Sed hoc vel maioris, nostris hisce temporibus existimandum est, cum actuosior hominum vita bene aptum etiam postulat religiosarum rerum regimen. Quapropter, cum venerabilis Frater Iacobus Ro-

bertus Knox, Archiepiscopus titulo Melitenaeus et in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolicus Delegatus, censuerit bene fieri, si in regione Litoris Aurei nova quaedam dioecesis constitueretur; cumque venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Congregationi Fidei Propagandae praepositi consilium probaverint, Nos eorum consensum supplentes qui in negotio aliquid iuris habeant vel se habere putent, de suprema et apostolica Nostra potestate haec, quae sequuntur, decernimus et iubemus. In territorio Litoris Aurei novam dioecesim constituimus, *Navrongensem,* ab urbe capite, appellandam, quae terras continebit, quibus vulgari sermone sunt nomina : de Kassena Builsa et Mamprussi, quaeque adhuc ad dioeceses Tamalensem et Ketaënsem pertinebant. Quae his finibus claudetur : ad septemtrionalem partem, territorio cui est cognomen in vulgus Haute Volta; ad orientalem plagam, terra quae populari sermone Togo Gallico appellari consuevit ; ad occasum denique solis et ad meridiem, dioecesis Tamalensis limitibus. Quae iura solent cuilibet Sedi episcopali esse propria, haec omnia etiam Ecclesiae Navrongensi tribuimus ; eius vero Praesuli, praeterquam quod iura et honores suae dignitatis concedimus, onera quoque imponimus. Volumus praeterea ut haec dioecesis Missionariis Africae, quos vocant, concredatur, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum : ea spe ut quo Christi animorumque studio eas oras excoluerunt, eodem etiam in posterum agere pergant. Sedes dioecesis et Episcopi domicilium in urbe Navrongo erunt; cathedram vero docendae veritatis idem Praesul in templo collocabit ibidem exstanti. Navrongensis Ecclesia metropoli Litoris Capitis tamquam suffraganea subdetur ; item eius sacrorum Antistes Archiepiscopo eiusdem Sedis oboediet. Canonicorum Collegium quam primum erigatur : quousque tamen id fieri nequeat, censemus ut eorum loco dioecesani Consultores eligantur, Episcopum consilio, opera iuvaturi. Quoniam autem uniuscuiusque Ecclesiae firmitas e numero, pietate, virtute sacerdotum magna ex parte pendet, ideo nihil est ab Episcopo maiore sollicitudine curandum, quam ut seminarium saltem elementarium struat, iis pueris excipiendis et educandis, quos divina Spiritus Sancti gratia ad sacerdotium ineundum moverit. Quod scilicet iuxta normas iuris communis faciet, et praescriptiones S. Congregationis de Propaganda Fide. Mensa episcopalis, quam dicunt, iis bonis et pecuniis constabit quae vel ex divisione bonorum provenient dioecesium a quibus nova Sedes originem ducit, vel populus sponte dabit, vel Curiae obvenire solent. Divisio autem opum et facultatum secundum canonem 1500 C. I. C. fiet. Quod vero pertinet ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, vel ad regimen dioecesis eiusque administrationem, ad

iura et onera cleri et populi, aliaque huiusmodi, omnia serventur quae Iure Canonico praescribuntur. De clero autem statuimus ut, cum res ad exitum deducta fuerit, quae sacerdotum pars in territorio novae circumscriptionis legitime inveniatur, ea censeatur eidem Ecclesiae adscripta. Iubemus quoque ut documenta et acta quae quovis modo ad dioecesim Navrongensem respiciant, quam primum fieri potest, ad eius Curiam episcopalem mittantur, ibidem religiose custodienda. Ceterum, haec Nostra decreta exsequenda curabit venerabilis Frater Iacobus Robertus Knox, cuius mentionem fecimus, vel alius ab eo legatus. Ad quam rem omnes potestates concedimus cuilibet similiter delegandas, si visum fuerit, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Idem vero venerabilis Frater, acto negotio, documenta exarari faciet, eorumque sincerae fidei exempla ad S. Congregationem Fidei Propagandae cito mitti studebit.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertia et vicesima mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. B. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Begens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano. *Proton. Apost.*

Loco 83' Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXII, n. 85.

IV

LIKUNIENSIS - ZOMBAËNSIS

(DEDZAËNSIS)

AB APOSTOLICIS VICARIATIBUS LIKUNIENSI ET Z0MBAËNSI QUAEDAM TERRITORIA DETRAHUNTUR, E QUIBUS NOVUS APOSTOLICUS VICARIATUS CONSTITUITUR, QUI ((DEDZAËNSIS)) APPELLATUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Etsi cotidie hostes veritatis causas anxiae sollicitudinis Nobis praebent, cum aspera usquequaque in Christi Ecclesiam certamina ineant, serena tamen laetitia perfundimur, cum audimus multis in oris et novas Ecclesias nasci, et natas inter gentes felici successu progredi. Quod cum in regione quoque Nyassaland evenerit, censuit venerabilis Prater Iacobus Robertus Knox, Archiepiscopus titulo Melitenaeus et in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolicus Delegatus, religionem catholicam esse certa ibidem incrementa capturam, si novus vicariatus apostolicus conderetur. Quae cum ita sint, Nos, re magna consideratione reputata, consilioque petito a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus S. Congregationi Fidei Propagandae praepositis; eorum consensum supplentes qui aliquod ius in negotio habeant, de Nostra suprema et apostolica auctoritate haec, quae sequuntur, decernimus et iubemus. In regione, cui nomen est in vulgus Nyassaland, novum vicariatum apostolicum constituimus, qui, ab urbe principe eius terrae, *Dedzaënsis* appellabitur, et his territoriis coalescet : de Dedza nempe quod adhuc ad vicariatum apostolicum Likuniensem pertinebat, et de Ncheu, quae in praesentem diem pars fuit apostolici vicariatus Zombaënsis. Cui novo vicariatui omnia iura et honores concedimus, quae dari solent omnibus eiusdem gradus circumscriptionibus. Item et Apostolico Vicario, cui tamen onera quoque et obligationes imponimus, quae ab hoc officio proflui censentur. Haec nova Ecclesia clero indigena e credetur : hic enim ea virtute, prudentia praestat, ut iure spem faciat nihil se esse omissurnm quod ad suae regionis progressum conducat, vel ad animos suae gentis Christo Deo conciliandos. Ceterum harum Litterarum Nostrarum iussa

venerabilis Frater Iacobus Robertus Knox, quem memoravimus, ad rem deducere curabit, cui omnes potestates facimus ad rem exequendam. Has quidem poterit cuilibet viro delegare, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Acti vero negotii idem venerabilis Frater documenta exarabit, eaque sinceris exemplis ad S. Congregationem Christiano Nomini Propogando quam cito mittet. Quodsi eo tempore, quo haec fieri debeant, alius Apostolicae Delegationi in Africa Orientali et Occidentali Britannica praesit, hic omnia Nostra mandata persequetur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus : ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. B. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXII, n. 86.

V

DE SINTANG

APOSTOLICA PRAEFECTURA DE SINTANG, QUAE EST IN INDONESIA, AD GRADUM VICARIATUS APOSTOLICI EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum, ingenti sane animi Nostri laetitia, acceperimus, qui curam universi gregis a Christo habuimus, non modo in praefectura apostolica de Sintang magnifica esse christianae religionis incrementa, sed talia esse ut visum sit S. Congregationi Fidei Propagandae eandem ad vicariatus apostolici gradum magno cum fructu evehi posse, censuimus haec venerabilium Fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium consilia esse probanda, admotisque ad id precibus esse concedendum. Quae cum ita sint, post rem attente consideratam, rogatumque venerabilem Fratrem Georgium de Jonghe d'Ardoye, Archiepiscopum titulo Misthiensem et olim in Indonesia Apostolicum Internuntium, quid super hoc sentiret; consensum eorum supplentes qui in hoc negotio aliquid iuris habeant, vel se putent habere, de Nostra summa et apostolica auctoritate, cuius plenitudinem habemus, haec quae sequuntur decernimus et iubemus. Apostolicam praefecturam de Sintang, quae est in Indonesia, ad gradum et dignitatem vicariatus apostolici evehimus, immutatis nomine et finibus, cui, uti mos est, itemque Praesuli, cui regendus obtigerit, omnia iura, honores, privilegia tribuimus, quae solent vicariatibus omnibus concedi, impositis tamen huic iisdem oneribus et obligationibus ad Vicarios Apostolicos spectantibus. Persuasum autem habentes novam Ecclesiam nulli posse aequius ac fructuosius attribuì quam iis qui eandem et nascentem foverunt, et suo labore, sudore florentem effecerunt : eius enim populi et linguam, et mores, et indolem optime noverunt ; idcirco eam regendam concredimus Sodalibus Mariae de Montfort, ad Nostrum tamen et huius Apostolicae Sedis nutum, ea spe ut nihil curae et laboris sint omissuri ut eam quoque populi partem, quae nondum intra Ecclesiae saepta tranquillo animo degit, omnimodis quaerant et Dei beneficio eidem aggregare possint. Ut vero has Litteras Nostras exsequatur, venerabili Fratri Dominico Enrici mandatum damus, Archiepiscopo titulo Ancusensi et

in Indonesia Apostolico Internuntio, cui omnes potestates agendae rei facimus, cuilibet delegandas, si visum fuerit, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Postquam autem negotium perfecerit, idem documenta exaranda curabit, quorum exemplum, sincere scriptum, ad S. Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Quod si fiat ut eo tempore quo haec decreta sint ad exitum deducenda alius Apostolicae Internuntiaturae praesit, hunc volumus persequi Nostra mandata.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum eificacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio et vicesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
8. R. E. Cancellarius

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proion. Apost.*

Loco ***>fc*** **Plumbi**

In Ap. Cane, tab., vol. LXXXXII, n. 78.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

PRAECIPUUS CAELESTIS PATRONUS RENUNTIATUR SANCTUS BENEDICTUS ABBAS TOTIUS PIETERSBURGENSIS ABBATIAE NULLIUS, IN APRICA AUSTRALI.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod Sanctus Pius PP. X, Decessor Noster, suprema sua condidit auctoritate suaque sanctitate roboravit ac benedictione auxit, haud raro idem veluti sinapis evangelicae granum, feliciter succrevit optimeque in bonum Ecclesiae evasit. Neque aliter accidisse videtur Pietersburgensi Abbatiae nullius dioeceseos, quae, in Africa australi posita, Transvaallensis Septemtrionalis Praefectura Apostolica antea nuncupabatur. Nam, postquam Sacra Congregatio de Propaganda Fide, suo Decreto die xxn mensis Decembris anno **MCMX** dato, «a Vicariatu Apostolico Transvaallensi seiungendos ... duos civiles districtus ... atque ... coniuncto territorio novam Apostolicam Praefecturam erigendam, Patribus Benedictinis Congregationis Cassinensis Primaevae Observantiae commitendam» censuit, idem Sanctus Summus Pontifex, per Epistolam, die iv mensis Februarii anno **MCMXI** propria manu signatam, sic dilectum filium Maurum Serafini, tunc eiusdem Congregationis Abbatem Generalem, est allocutus: « Summopere quidem gratum Nobis est adeo patentem metiri oculis campum et mirari quousque per vestrum ministerium se porrigat sancta Ecclesiae fecunditas, quam ingens multitudo mortalium a fera agrestique vita ad humanum cultum civilemque deducatur, illataque luce evangelii ad vitam sempiternam ab interitu revocetur ». Spem insuper habens « Cassinenses alumnos, haud minus alacrem quam antea operam sacris expeditionibus daturos, atque ubi res postulet, apostolorum legiones ex eorum claustris prodituras », eosdem hortabatur « ut frugifero ministerio amplificando, iuvando, nulli labori aut periculo parcentes, operam tribuerent ». Quae profecto, Apostolica benedictione aucta, caelesti roborata Sancti Benedicti Abbatis patrocinio, uberrimos protulit salutis fructus, ita ut eadem Praefectura Apostolica ad dignitatem Abbatiae nullius dioeceseos, Pietersburgensi nomine appellandae, a Nobis-

met Ipsis, anno **MCMXXXIX**, fuerit evecta. Quo magis missionalia opera succrescebant, eo plus incrementi religioni ac pietati in Sanctum Benedictum afferebatur. Adventante igitur a Cassinensi Missione in Africa australi condita quinquagesimo anno, hodiernus Pietersburgensis Abbas Ordinarius, Venerabilis Frater Franciscus Clemens Van Hoeck, Episcopus titulo Cissitanus, e Congregatione Cassinensi a primaeva observantia O. S. B., enixas Nobis adhibuit preces, ut Sanctus Benedictus Abbas memoratae Abbatiae nullius dioeceseos praecipuus apud Deum Patronus a Nobis renuntiaretur. Nos autem, ut fidelium pietas in eundem Sanctum Abbatem ad maiorem Dei gloriam animarumque proventum magis in dies augeretur, huiusmodi vota excipienda perlibenter censuimus. Quapropter, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Benedictum Abbatem Pietersburgensis Abbatiae nullius dioeceseos caelestem ac praecipuum apud Deum *Patronum,* omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, praecipuis locorum Patronis rite competentibus, constituimus, facimus ac renuntiamus, Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum : irritumque ex nunc et inane fieri; si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulfi, sub anulo Piscatoris, die xxvni mensis Octobris, anno **MCMLV**, Pontificatus Nostri septimo decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

BEATA MARIA V., TITULO ((DE NURIA)) INVOCATA, PRAECIPUA CONSTITUITUR APUD DEUM PATRONA, UNA CUM S. HERMENGAUDIO, DIOECESIS URGELLENSIS.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam, — Quasi arx praesidiumque salutis Mariana Aedes, a ((Nuria » appellata, montana in regione, intra Urgellensis dioecesis fines, posita est, altissimisque culminibus, vastis a natura et humano cultu, circumvallata ; quo ab antiquis temporibus Christifideles persequentes enisi sunt, ut a Caeli terraeque Eegina, gentium sospita, supernis muneribus afficerentur rebusque in arctis solacium acciperent ac levamentum. Quibus pietatis causa salebrosa semita inter praerupta ascendentibus consulere volentes, Urgellenses Praesules tandem consecuti sunt, ut currus electrici ope, rota denticulata moliente, ad locum tam editum commodius illi eveherentur ; quo etiam factum est, ut piorum concursus maxime augerentur. Praeterea iuvat memorare Templum esse amplificatum varioque opere excultum, eique continentia aedificata deversoria, quae magnam vim peregrinatorum caperent. Excitata autem ab inimicis nominis Catholici foeda tempestate, haec montana religionis Marialis sedes pessumdata est, ipsum autem Simulacrum Deiparae in exteras regiones, per strenuum quendam Templi administrum, ablatum et ita servatum incolume. Rebus tandem compositis, quod furor hostilis deleverat, refectum est, et venerabilis Imago eo restituta, ad quam, novo pietatis studio incensi, Christifideles iterum turmatim se effundere consueverunt. Huiusce igitur pietatis domicilii momentum considerans, Venerabilis Frater Raymundus Iglesias Navarri, Episcopus Urgellensis, Nos rogavit ut Almam Deiparam a « Nuria)) nuncupatam Compatronam suae dioecesis renuntiaremus. Quibus precibus benigne annuentes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, titulo de ((Nuria » invocatam, praecipuam apud Deum *Patronam,* una cum Sancto Ermengaudio, totius Dioecesis Urgellensis constituimus ac declaramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras

firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Martii, anno MDCCCCLVI, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

III

SANCTUS GABRIEL ARCHANGELUS OMNIUM MILITUM EX ITALICO EXERCITU NOVO ORDINI ((TRANSMISSIONUM)) ADDICTORUM CAELESTIS APUD DEUM PATRONUS DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Paterno animo Nostro, cuius est ((sollicitudo omnium Ecclesiarum » (// *Cor.* XI, 28), haud parvum affert solacium cognoscere quam multi coetus seu consociationes seu ordines alicuius caelestis Patroni tutelae, tamquam perfectissimi hominum vitae exemplaris, se credere nostris vel temporibus cupiant. Tantas quidem perpessi aerumnas, novissimo saeviente bello, homines divinum expetunt auxilium seque super um exemplo ad bonam frugem recipiunt. Quo laudabili impulsi consilio, Itali novissimae Exercitus partis milites singularem caelestem Patronum sibi adoptaverunt. Ex quo enim, re militari propter novas inductas rationes ac peculiaria munera attributa quam maxime hodie perfecta, novissimus militum « Transmissionibus » addictorum Ordo a machinatoribus seiunctus est, eiusdem Ordinis milites novum suae arti magis idoneum Patronum quaesierunt. Sicut autem Sancta Barbara, Virgo et Martyr, per similes Litteras Apostolicas die iv mensis Decembris anno millesimo nongentesimo quinquagesimo primo a Nobismet Ipsis sub anulo Piscatoris data, Italis militibus pyroballistariis, nautis, machinariis et exstinguendis incendiis addictis caelestis

Patrona confirmata atque renuntiata fuerat ; ita Sanctus Gabriel Archangelus militibus per electricam vim ex longinquo colloquentibus vel scribentibus vel conspicientibus aptior Patronus scite visus est. Etenim Nos Ipsi, per Litteras item Apostolicas in forma Brevis, die xn mensis Ianuarii eiusdem anni, Artium, quae <(Telecommunicationes » hybrido nomine dicuntur eorumque omnium qui, sive viri privati sive privatae sodalitates, iisdem quodammodo dant operam, memoratum Archangelum, eo quod «mortalium generi... exoptatum humanae Redemptionis nuntium » detulerat, caelestem Patronum declaravimus. Neque tunc conscribere dubitavimus : « Sancta Mater Ecclesia progredienti huic populorum cultui non solum numquam offecit, sed curae habuit et habet eum alere, provehere ac tutari quam maxime; quandoquidem quidquid veri, quidquid novi indagando attingitur, id veluti quoddam divinae mentis vestigium divinaeque potentiae indicium agnoscendum est ». Quod si novissimae illae Artes novissimaque instrumenta, prout pacis opera, ((multum multumque valent (ut Nostra verba denuo usurpemus) ad fraternam hominum communitatem fovendam roborandamque, ad eorum excolendam vitam, ad liberales artes et ad ingenuas disciplinas quam latissime propagandas » ; non minus ad tuendam quoque militum vitam atque ad expeditius efficiendum munus quo inter se coniungantur, ipsa inservire debent valeantque. Cum igitur a Venerabili Fratre Henrico Pintonello, Archiepiscopo titulari Theodosiopolitano in Arcadia nec non Ordinario Militari pro Italia, vota quoque expromente praepositorum iisdem « Transmissionibus », enixe rogati essemus, ut caelestem Sancti Gabrielis Archangeli tutelam etiam ad eiusdem Ordinis milites benigne extendere dignaremur, Nos huiusmodi preces admittendas perlibenter censuimus. Quapropter, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctum Gabrielem Archangelum novissimi « Transmissionum » Ordinis, quem vocant, omnium ex Italico Exercitu caelestem apud Deum *Patronum,* omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis coetuum Patronis rite competunt, constituimus facimus ac declaramus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus

super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Aprilis, anno MCMLVI, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

IV

BEATA MARIA V., ((SANTA MARIA GRECA)) VULGO APPELLATA, IN PRAECIPUAM PATRONAM OPPIDI ((CORATO)), ARCHIDIOECESIS TRANENSIS, ELIGITUR UNA CUM S. CATALDO, EP. ET CONF., ET S. GERARDO MAIELLA, CONF.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Pie invocata, Virgo Maria mortalibus, saeculi iactatis procelloso pelago, amicum adest perfugium certaque statio salutis. Hoc senserunt sentiuntque cives oppidi, cui vulgatum nomen est ((Corato », quodque finibus archidioecesis Tranensis continetur. Ad augustam enim Deiparam, iii paroeciali templo vetusta imagine expressam et pullo sermone « Santa Maria Greca » appellatam, in publicis privatisque necessitatibus fidentes confugiunt, praesentissimam eius opem imploraturi. Quam precabundi saepe sunt experti, adeo ut Beatissimam Mariam Virginem, nomine illo insignem, peculiarem suam habeant tutricem rerumque suarum validum praesidium. Cum igitur in eam tam incensa ferantur pietate, Venerabilis Frater Reginaldus Iosephus Maria Addazi, Archiepiscopus Tranensis et Barolensis, vota excipiens eius loci Cleri, Consilii municipio moderando totiusque populi, Nos rogavit, ut almam Deiparam, ibidem magnopere veneratam, praecipuam eiusdem oppidi caelestem Patronam renuntiaremus. Nos autem, quibus nihil est potius quam ut Marianam religionem quoquoversus propagemus, preces huiusmodi libenti animo statuimus audire. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, « Santa

Maria Greca » vulgo appellatam, praecipuam apud Deum *Patronam* oppidi, quod, « Corato » nuncupatum, intra Tranensis Archidioecesis fines positum est, una cum Sancto Cataldo, Episcopo et Confessore, et cum Sancto Gerardo Maiella, Confessore, constituimus ac declaramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque eificaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Aprilis, anno MDCCCCIII, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULA

AD EMUM P. D. VALERIUM TIT. S. SILVESTRI IN CAPITE S. R. E. CARDINALEM VALERI, S. CONGREGATIONIS DE RELIGIOSIS PRAEFECTUM, PRAESIDEM CONVENTUS UTRIUSQUE CLERI EX UNIVERSA HISPANIA, DE PERFECTIONE RELIGIOSA AC SACERDOTALI DEQUE APOSTOLATU PROVEHENDIS, IN URBE MATRITENSI INDICTI.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Novimus Religiosorum Ordinum et Congregationum sodales itemque sacerdotes, qui saeculares dicuntur, proxime ex universa Hispania Matritum conventuros esse, in urbem nobilis illius Nationis caput, ut de re gravissima collatis inter se consiliis agant, quae quidem cum Catholicae Ecclesiae incremento coniungitur quam maxime; hoc est de religiosa ac sacerdotali perfectione assequenda deque apostolatu fovendo provehendoque. Cupimus igitur, Dilecte Fili Noster, ut tu, qui amplissimae huic

Congressioni praeeris, gratulationes, vota et hortamenta, quae ex paterno oriuntur animo Nostro, cum iis omnibus communices, qui vel Episcopali, vel sacerdotali dignitate insigniti, vel ad Religiosos utriusque sexus Ordines, Congregationes, Instituta Saecularia pertinentes, coetus eiusmodi participabunt.

Verumtamen, dum ob hanc rem trepidum adhuc gerimus animum, aliud cernimus formidolosum incumbere rerum discrimen. Ut enim nostis, Venerabiles Fratres, in propinquioribus orientis regionibus, haud procul a sacratissima terra illa, in quam Angeli de caelo delapsi ac super Divini Infantis* cunabula volitantes, pacem nuntiarunt hominibus bonae voluntatis,[2] novae confi agrationis bellicae faces minaci ter agitantur. Quid aliud Nos facere possimus, qui populos omnes paterno complectimur pectore, nisi ad misericordiarum Patrem et Deum totius consolationis[3] supplices admoveamus preces, easdemque ut vos quoque omnes una Nobiscum adhibeatis cohortemur? Etenim <(arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia Deo ».[4] Eidem unice confidimus, qui mortalium mentes potest et suo caelesti lumine collustrare et exagitatas eorundem voluntates ad moderatiora consilia flectere, quibus rectus inter Nationes ordo mutuae cum utilitatis profectu ac salvis eorum omnium, quo-

[2] **Cfr. Luc. 2, 14.**
[3] **Cfr.** ***2 Cor. 1,*** **3.**
**** 2 Cor.*** **10, 4.**

rum res interest, legitimis iuribus constabiliatur. Considerent omnes, ii praesertim quorum in manibus populorum sortes sunt positae, nullum umquam duraturum bonum ex bello oriri, multas autem iacturas multasque calamitates. Non armis enim, non caede, non ruinis causae hominum decernuntur; sed ratione, sed iure, sed prudentia, sed aequitate.

Quotiescumque cordati homines, sincerae pacis voluntate ducti, una simul ob eiusmodi causam congregantur, si gravia belli discrimina considerant, quod ex parva flamma in immensum incendium succrescere potest, ii procul dubio ad ingrediendas \ias iustitiae, non autem ad praeruptas violentiae semitas excitatos se sentiant oportet.

Haec Nos in periculosis hisce rerum adiunctis iis praesertim suadere cupimus, qui rei publicae gubernacula moderantur; ac nullo modo dubitare possumus quin iidem perspectum plane habeant nulla alia ratione Nos moveri, nisi communis omnium boni communisque illius prosperitatis, quae numquam ex fraterni cruoris effusione oriri potest.

Et quandoquidem, ut diximus, in divina potissimum providentia misericordiaque spem collocamus Nostram, vos Venerabiles Fratres, etiam atque etiam adhortamur ut studiosam illam precum contentionem fovere ac provehere ne desistatis, qua summi Dei benignitas concedat — Deiparae Virginis Mariae interposito patrocinio — ut bellorum pericula facessant, ut discordantes Nationum res rationesque feliciter componantur, utque ubique terrarum sacrosancta Ecclesiae iura, a Divino Conditore statuta, communi cum omnium fructu, incolumia serventur, et « cunctae familiae gentium, peccati vulnere disgregatae, eius suavissimo subdantur imperio ».[5]

Vobis omnibus interea, Venerabiles Fratres, et gregibus unicuique vestrum concreditis, quos non dubitamus iteratis hisce hortationibus Nostris una vobiscum alacres esse responsuros, caelestium conciliatricem munerum ac paternae benevolentiae

[5] ***Orat. in Festo Iesu Christi Regis.***

Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die i mensis Novembris, in Festo omnium Sanctorum, anno **MDCCCCLVI**, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

II

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES : LUCTUOSISSIMI HUNGARIAE EVENTUS COMPLORAN TUR AC REPROBANTUR.

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Datis nuperrime Encyclicis Litteris ad vos, Sacri catholici orbis Pastores, spem declarabamus Nostram fore ut nova pacis aurora, iustitia libertateque innixae, nobilissimo quoque Hungariae populo tandem aliquando illucesceret, cum res in melius componi hac in Natione viderentur.

Verumtamen qui postea periati sunt nuntii acerrimo maerore animum oppleverunt Nostrum: iterum nempe per Hungarorum urbes, per oppida, per pagos civium cruorem profluere, iustam libertatem ex imo pectore anhelantium; quae patria instituta redintegrata fuerant, per vim iterum subversa ac deleta; atque impositam exterorum armis cruentato populo servitutem. Luctuosos hos eventus, qui non modo catholicos omnes, sed cunctas etiam liberas gentes summa maestitia indignationeque afficiunt, temperare Nobis non possumus quin — ut officii Nostri conscientia imperat — comploremus ac reprobemus. Ii tandem considerent, quorum iussu haec miseranda

evenere facinora, iustam populorum libertatem humano cruore restingui non posse.

Nos quidem, qui paternum erga omnes gerimus animum, quamlibet vim, quamlibet eaedem, a quavis parte iniuste inferatur, numquam licere asseveramus, sed ad pacem tantum, quae iustitia, quae libertate, quae caritate consistat atque alatur, cunctos adhortamur populos civiumque ordines. Attamen quod « ait Dominus ad Cain... vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra »,[1] hodie etiam verum exstat; atque adeo Hungaricae gentis cruor clamat ad Deum, qui, iustus cum sit iudex, si privatos homines saepe post mortem tantummodo ob eorum peccata punit, populorum tamen moderatores, a quibus iniuriae ceteris inferuntur, eorumque Nationes hac etiam in mortali vita interdum plectit, ut historia comprobatur.

Permoveat igitur, supplici precamur voce, misericordissimus Redemptor noster eorum animos, quorum ex voluntate res pendet, ita quidem ut finem tandem accipiat iniustitia, quaevis violentia restinguatur, atque inter se pacatae gentes universae tranquillo serenoque ordine componantur.

Interea vero, pro iis omnibus praesertim, qui in luctuosissimis hisce rerum adiunctis miserrime interfecti sunt, lucem aeternam sempiternamque requietem in Caelo a miserentissimo Deo imploramus; atque cupimus ut christiani omnes hac etiam de causa supplicantes una Nobiscum coniungantur.

Haec vobiscum communicantes, Apostolicam Benedictionem, quae sit caelestium munerum conciliatrix ac paternae benevolentiae Nostrae testis, cum vobis singulis universis, Venerabiles Fratres, gregibusque vestris, tum nominatim carissimae Hungarorum genti effusa caritate impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die v mensis Novembris, anno MDCCCCLVI, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

[1] *Gen.* 4, 9-10.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

SAVANNENSIS-ATLANTENSIS
(ATLANTENSIS)

B DISTRACTA DIOECESI SAVANNENSI-ATLANTENSI, NOVA ECCLESIA EFFICITUR, ((ATLANTENSIS)) NUNCUPANDA ; PRIORIS AUTEM NOMEN MUTATUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Amplissimas Ecclesias partiri easque magis idoneis definire terminis Nostrum esse firmiter censemus, qui, ex eo die quo misericors Deus uni versam christianorum familiam Nobis regendam commendavit, totis contendimus viribus ut aeternae salutis via omnibus filiis Nostris tutior fiat, iidemque cunctis sanctae catholicae religionis utilitatibus instruantur. Cum ergo acceperimus venerabilem Fratrem Geraldum Patricium 0'Hara, Archiepiscopum-Episcopum Savannensem-Atlantensem, suae latissimae dioecesi satius consulere cupientem, quae universam regionem Georgiani amplectitur, ab hac Romana postulavisse Sede ut, partita eadem Ecclesia, nova exinde crearetur, huiusmodi postulatis libenter concedimus. Quam ob rem, post rogatum sententiam venerabilem Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, Archiepiscopum titulo Laodicensem in Phrygia et in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis Apostolicum Delegatum; audito consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum; consensu pariter eorum suppleto, qui in hac partitione aliquid iuris habeant, de summa Nostra potestate sequentia decernimus. A dioecesi Savannensi-Atlantensi universam superiorem partem territorii separamus, quae ad meridiem septemtrionalibus finibus regionum terminatur, quarum nomina vulgo Richmond, Jefferson, Glascock, Wilkinson, Washington, Twiggs, Bibb, Crawford, Taylor, Talbot et Harris; ex eaque parte, hisce terminis circumscripta, novam condimus dioecesim, quam ab Atlanta urbe, regionis Georgiae capite, *Atlantensem* appellari volumus. In qua urbe Episcopus sedem ac domicilium statuet, cathedram vero suae pastoralis auctoritatis in aede D. N. Iesu Christo Regi sacra collocabit, quae ad hunc diem dignitate concathedralis templi fruita

est. Quam ob rem sive templum, sive urbem, sive dioecesim, de quibus loquimur, honoribus ac privilegiis decoramus, quibus cetera gaudent pari dignitate et templa et urbes et Ecclesiae. Episcopum autem simul iuribus, potestatibus, privilegiis, honoribus, insignibusque instruimus, simul oneribus officiisque astringimus, quae episcopalem dignitatem consequuntur. Novam praeterea Atlantensem Ecclesiam suffraganeam facimus Baltimorensi metropoli, cuius Archiepiscopo Atlantensem Praesulem eiusque successores subdi volumus. Cum ergo fines Savannensis-Atlantensis dioecesis, post huiusmodi territorii divisionem contracti, atque in septemtrionales terminos illarum regionum, quarum nomen supra fecimus, deducti sint, decernimus ut eadem dioecesis, una cum eiusdem nominis cathedrali templo, S. Ioanni Baptistae dicato, *8avannensis* tantum posthac nuncupetur, ab urbe Savannah, in qua Episcopi sedes atque cathedralis aedes exstat ; quod et dicendum est de Ecclesiae Episcopo. Quo vero divinus cultus in Atlantensi templo sollemniore caerimonia debitoque modo habeatur, et Episcopus consilio et opera eorum utatur virorum, qui animi ingeniique dotibus praestent, volumus ut Canonicorum Collegium constituatur; quoadusque tamen id effici nequeat, sinimus Canonicorum loco dioecesanos Consultores eligi. Novae insuper Ecclesiae regimen et administratio, episcopalis mensae, quae audit, constitutio, Capitularis Vicarii, Sede vacante, electio, aliaque huiusmodi, praescriptis Codicis Iuris Canonici omnino regantur. Iubemus quoque ut, quod ad clerum spectat, simul atque Atlantensis Sedis erectio ad effectum fuerit deducta, clerici illi Ecclesiae ascripti censeantur, in cuius territorio legitime degunt; utque documenta et acta, quae ad novam quomodolibet respiciant dioecesim, a Savannensi Curia quam primum ad Atlantensem Curiam mittantur, in eius tabulario custodienda. Venerabilem denique Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, quem diximus, ad ea deligimus efficienda, quae his Litteris descripsimus, vel eum qui eo tempore, quo haec iussa ad effectum adducentur, Apostolicae in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis Delegationi praeerit ; qui vero hoc exsequetur opus, omnibus ad id necessariis fruetur potestatibus, cuilibet etiam subdelegandis viro, ecclesiastica praedito dignitate, onusque habebit effectum negotium in acta referendi eorumque fide digna exempla ad S. Consistoriale Consilium quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum effica-

citati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die secundo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

© Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleucien., *Decanus Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco Q< Plumbi

In Ap. Cane, tao., vol. LXXXXIII, n. 19.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SANCTUS GEORGIUS MARTYR TOTIUS ITALICI EQUITATUS PATRONUS CAELESTIS CONSTITUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui « Megalomartyr » apud Orientales solus appellabatur, Sanctus Georgius, tanta inter Christianos antiquitus opinione florebat, tantam movebat admirationem, ut fidelium pietate atque religione et in Oriente et in Occidente esset quam maxime in honore. Cuius nomini et cultui, tamquam invictissimi contra ethni-

eorum errores militis, pace christiana per Constantinum Magnum, Imperatorem, restituta atque Ecclesia in libertatem vindicata, Equités, prout traditum est, pie sunt dicati. Nonnullae postea nationes ac respublicae nec non, sacris bellis sub Crucis signo susceptis, milites ipsi Cruce signati Sanctum Georgium, Märtyrern, suum caelestem Patronum elegerunt. Nec mirum : ipsum enim Sancti Georgii nomen idem atque humanioris vitae cultus, debilium pauperumque tuitio, clara erga principes fides, decursu temporis, habitum est. Mutatis vero nostrae aetatis condicionibus bellique rationibus, hodierni milites, non amplius equis sed automatariis curribus loricatis usi, immutatum constantemque erga strenuum Equitem non minus quam inditum Christi Märtyrern servaverunt cultum ac pietatem foverunt. Omnes quoque ex Italia missicii Equitatus milites, Consociationem efficientes, petierunt ut Sanctus Georgius suae Consociationis caelestis Patronus constitueretur ; id quod, per Sacrae Rituum Congregationis Decretum die xi mensis Augusti anno MCMXXXVII datum, a Decessore Nostro Pio PP. XI, fel. rec, consecuti sunt. Nuperrime denique novum Sacrarium, in quo Italici Equitatus, per gentilicia insignia, encausto mire efficta, res gestae atque bello peremptorum Equitum memoria studiose asservantur, Iriae, parva in urbe olim in Pedemontana regione, nunc autem in Ticinensi agro Cispadano posita, in honorem Sancti Georgii Martyris ac prindie eiusdem Christi Athletae festum, sollemni ritu est dedicatum. Quibus omnibus permotus, Venerabilis Frater Henricus Pintonello, Archiepiscopus titulo Theodosiopolitanus in Arcadia, Ordinarius Militaris pro Italia, nomine proprio nec non a re militari Administri, Equitatus Legionum Ducum et castrensium Curionum, a Nobis efflagitavit, ut Sanctum Georgium totius Italici Equitatus Patronum benigne riteque confirmare ac renuntiare dignaremur. Nos vero, ut pervetustus erga « magnum » illum Märtyrern cultus vel inter hodiernos Equités, automatariis covinis ignivomis praeditos, minime résidât ac deferveat, quin potius eorum pietatem in dies alat atque ad eorum tutelam valeat, huiusmodi votis annuere libenti statuimus animo. Quapropter, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine Sanctum Georgium, Märtyrern, praecipuum totius Italici Equitatus apud Deum Patronum, omnibus et singulis liturgicis privilegiis atque honoribus adiectis, quae praecipuis Coetuum Patronis caelestibus rite competunt, confirmamus, constituimus ac declaramus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, de-

cementes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt; nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxni mensis Aprilis, in festo S. Georgii Martyris, anno **MCMLVI**, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

II

VENERABILIS DEI FAMULUS INNOCENTIUS PP. XI, CONFESSOR, BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — E vulnerato Christi Domini latere egressa, tamquam sponsa bysso et purpura induta et monilibus pretiosis ornata, Ecclesia qua sanctitate fulgere ab ipso suo ortu coepit ad finem usque huius mundi fulgebit. Cum enim ipsius Ecclesiae divinus Fundator hominumque Redemptor et Mystici Corporis Caput omnis sit sanctitudinis fons et origo, numquam deficient in ipso mystico corpore membra quae omnibus christianis virtutibus in exemplum emineant. At si, uti historia inde a viginti saeculis docet, in Ecclesia Christi numquam defuerunt immo abundarunt sive inter Pastores animarum sive inter cuiusque generis fideles, qui vitae instituto perfectionis culmen attigerint, iis ut ratio postulat praeeminet Summorum Pontificum agmen gloriosum et lectissimum. Quod si ultimis hisce temporibus pauci adnumerentur Summi Sacrorum Antistites qui inter Beatos coelites rite fuerint adscripti; hoc etiam factum est non quia sanctitas eis defuerit sed, praeter alia, quia post sapientissimas Decessoris Nostri clarae memoriae Benedicti XIV leges de canonizatione Sanctorum, in decernendis supremae laudis honoribus

Romanis Pontificibus, maior iudiciorum est adhibenda severitas. Attamen placuit summae Dei bonitati Nobis concedere ut postquam Pio X alteri Decessori Nostro tribueremus coelitum honores. De Ven. Dei Servo Innocentio XI loquimur, qui etsi iam a duobus amplius saeculis diem obiit supremum, tempore longe distans, attamen virtutum et miraculorum memoria semper fuit universae Ecclesiae propinquus. Natus est hic Dei Famulus Cornili in Insubria, die xix, mense Maio, anno Domini **MDCXI** ex Livio Odescalchi et Paula Castelli, nobilitate et divitiis, sed magis pietate, morum integritate et religiosa liberalitate insignibus. In sacro baptismate, insequenti die collato, puero Benedicti inditum est nomen quod fuit verum omen, cum inter alios fratres et sorores vere fuerit ipse divinis benedictionibus praeventus, et a pueritia ad extremum vitae suae terminum, numquam a recto devians, christianae perfectionis culmen attigerit. Natali in urbe in Scholis Societatis Iesu litteris operam dedit simulque tum vitae integritate tum in Deum et Beatam Virginem pietate inter coaetaneos et Marianae Congregationis Sodales semper excelluit. Brevi temporis intervallo, utroque orbatus parente, primum apud consanguineos, qui Ianuae argentariam faciebant, cum probitatis laude pecuniariae administrationis artem exercuit : insequentes vero annos primae iuventutis variis in urbibus variisque de causis transegit, de vitae instituto capessendo adhuc incertus sed de via christianarum virtutum terenda certissimus. Anno **MDCXXXVI** iter aggressus Romam versus, utriusque iuris studia in Romano Sapientiae Archigymnasio iniit et Neapoli confecit ubi, « *vivis suffragiis ac nemine penitus discrepante* » doctorali laurea donatus est. At, instanter vocante Deo, Benedictus anno **MDCXL** sacra tonsura insignitus est et clericalem vestem indutus ut Domino vitam unice mancipatam ageret, atque religionis et beneficentiae operibus operam daret. Romam inde reversus, ab Urbano Pp. VIII inter Protonotarios Apostolicos de numero participantium adnumeratus, mox Camerae Apostolicae Praeses datus est; deinde Firmum in Piceno missus ut ibidem grave odiosumque Advocati Fiscalis munus exerceret. Quod sollerti diligentia ac prudentia, fortiter, sagaciter, fideliter, recte, duce caritate, gessit, saepe de suo pro debitoribus pauperibus taxationem solvens. Maceratensis Gubernator anno **MDCXLIV** electus, etiam in hoc munere, etsi paucis mensibus fungendo, vitiorum profligatorem, fastus et avaritiae inimicissimum, iustitiae adsertorem, pauperum patrem amantissimum se praebuit. Insequenti anno, praesidatu abdicato Camerae Apostolicae, inter eiusdem Clericos adscitus, die vi Martii anno **MDCXLV**, inter Purpuratos Sanctae Romanae Ecclesiae Pa-

tres adlectus, titulo ei adsignato Sanctorum MM. Cosmae et Damiani. Mox ut Xysti V legibus in Bulla « *Postquam verus* » contentis obtemperaretur, ad minores ordines prius dein ad Diaconatum promotus est. Etiam in cardinalitia dignitate constitutus, etsi decori suae dignitatis proprio providens, numquam tamen nimio fastui, tunc temporis communi, indulsit, parce vivens ut largius egenis et indigentibus subvenire posset. Romanis Congregationibus operam dedit adsiduam et utilissimam ; a Consistoriis aliisque pontificiis caeremoniis et sacris functionibus numquam, semper tamen a profanis conventibus absens, vices Archipresbyteri Patriarchalis Basilicae Liberianae pie fideliterque gessit. Ferrariensi Legationi ab Innocentio PP. X praepositus, in annonae difficultate gravissima, populi necessitatibus tali prudentia et caritate providere curavit, ut quem venientem Ferrarienses evangelicis verbis « *Benedictus qui venit in nomine Domini* » salutarunt, commorantem et proficiscentem patrem pauperum constanter et unanimiter appellarent. Novariensis Ecclesiae Episcopus anno MDCL electus, die xx Novembris eodem anno in Sacello Palatii Episcopalis Ferrariensis ad sacrum presbyteratus ordinem est promotus et insequenti anno, die xix Ianuarii, in Cathedrali Templo eiusdem urbis, episcopalem consecrationem recepit, deinde Comi, per aliquot menses commoratus, ineunte mense Februario anno MDCLII, suae sedis canonicam possessionem cepit. Novariae duobus tantum annis permansit Cardinalis Odescalchi at etiam in pastorali gravissimo obeundo munere, consueta prudentia et sollicitudine praesertim vero effusa in pauperes liberalitate eminuit. Maximam autem laudem ipse consecutus est in provehenda in Clero et fidelibus cognitione doctrinae christianae. Anno MDCL vi, Novariensi episcopatu abdicato, Romanae Curiae negotiis iterum navam atque probatissimam operam suam dedit simulque propinquo suo Thomae Odeschalchi in piis hospitiis a S. Galla et a S. Michaele ad Ripam maximum praebuit auxilium. Nec minus claruit Servi Dei iuris peritia et animi integritas in decretis, quae uti Patronus et Iudex Ordinarius Catechumenorum et Neophytorum, edenda curavit. Clemente X , anno MDCLXXVI e vivis sublato, die xxi Septembris, Cardinalis Benedictus Odescalchi, invitus et reluctans sed Dei voluntati obsecundans, Summus Pontifex electus est sibi nomine imposito Innocentii XI. In supremo Divi Petri solio, difficillimis temporibus sedens, de Ecclesia Dei animarumque aeterna salute omnimode bene meruit. De pristino enim vitae instituto nihil remittens, fide unice innixus, maiora et praeclariora prudentiae, iustitiae, evangelicae simplicitatis et paupertatis, maxime vero, quod ei fuit semper proprium, in egentes cuiusque generis effusae liberalitatis documenta praebuit. De propagatione et praeservatione catholicae religionis

imprimis sollicitus, novas erexit in America Meridionali dioeceses et Vicariatus Apostolicos ; missiones et missionales ad exteras gentes maxime fovit : in regionibus vero Petrianae Cathedrae propinquioribus, religionis et morum integritatem omni cura custodire studuit. Serpentes tunc errores, Iansenismum, Molinosismum, Quietismum quos vocant, prout res et adiuncta postulabant, reprobavit, erga errantes tamen misericors et benignus. Sacerdotes omnes etiam regulares et ipsos Patres Cardinales hortatus est assidue ut non tantum pueros sed et adultos et milites christiana doctrina imbuerent, huiusmodi disciplinae tradendae rationem Ipse dictans, magistrarum coetum convocans, praemia et indulgentias concedens, libellos cathechismum referentes omni cura et inter omnes divulgans. De sanctitate morum item sollicitus, plurimos sive in Clero sive in populo abusus extirpare sategit ; maxime vero nimiam atque non rectam etiam Pontificum, erga consanguineos et propinquos dilectionem, quae nomine « *nepotismi* » venit, prius quam verbo vitae suae exemplo eradicare studuit, admirationem ob hanc rem haereticorum, maxime vero Protestantium, sibi concilians. Inter praecipuas vero Ven. Servi Dei laudes illa est adnumeranda, inductum bellum contra Turcas de iisque parta memoranda in aevum victoria, qua die decima secunda Septembris a. MDCLXXXIII Vindobona ab obsidione liberata est. Nec minus praeclara et mirabilis fuit ab iisdem infensissimis hostibus urbis Budae liberatio die secunda Septembris anno MDCLXXXVI. Ad quas victorias in universa Ecclesia recolendas et auxiliatrici Virgini Deiparae tributas, Ven. Pontifex festum instituit Ssmi Nominis eiusdem Beatae Mariae Virginis, cuius in honorem Romae, ad Forum Traianum memoriale templum dicatum est, ibique Archiconfraternitas constituta cui piissimus Pontifex primus adscribi voluit. Nec timuit intrepidus Christi Vicarius, Dei et Ecclesiae iurium vindex fortissimus, Regibus etiam potentissimis et principibus obsistere quoties res postulavit.In Apostolicae Sedis bonis administrandis, aerario publico exhausto, annona carente, maxime enituere peritia, aequitas, in pauperes beneficentia quae uti diximus, Innocentio semper fuerunt propriae. Quod si in mente habeatur Ven. Dei Famulum inde a sua iuventute debilis fuisse corporis constitutionis, et malis plurimis ingravescente aetate afflictum, ita ut, teste Lancisio illo, qui fuit eius Archiatra, Pontificis vita, ultimis annis fuerit ((indicibile martyrium », non potest quisque mirari heroicam eius patientiam et fortitudinem simul cum constanti pietate et eius voluntatis cum divina consensione. Mortem propterea, ad quam cotidie se paraverat, quamque enixis precibus sanctam implorare numquam cessaverat, laetus et fidens suscepit die decima secunda Augusti anno

MDCLXXXix. Statim ac ad superos evolavit, sanctitatis fama, qua adhuc vivens fruebatur, magis in dies percrebuit, ita ut, biennio nondum expleto, die **XII** m. Aprilis a. **MDCXCI**, canonicae inquisitiones in Urbe inceptae sint et Clemens Pp. XI die **III** Septembris a. **MDCCXIV** Beatificationis causam introducendam decreverit. Apostolicis deinde processibus cum in Comensi Curia tum in Urbe instructis, ceterisque de iure servatis, Benedictus XIV nonnullas animadversiones ex quibusdam libellis desumptas coram se, die i Augusti a. **MDCCXLIV** in Ordinaria Congregatione examini subiiciendas voluit, quae animadversiones cum ab omnibus congregatis calumniosae agnitae fuerint, idem Pontifex clarissimus, edito decreto die **VIII** eiusdem mensis, ne ultro in posterum renovarentur edixit omnibusque silentium imposuit. Sequenti anno Novariensem processiculum, qui dicitur, ratum habuit et ad ulteriora procedi decrevit. Ob civilis tamen potestatis indebitum interventum temporumque iniqui - tatem, ob mortem insuper Benedicti XIV et successive Cardinalium Causae Ponentium usque ad nostra tempora causa siluit. Anno autem **MCMXxxiii,** Alexander Macchi, bonae memoriae Episcopus Comensis, proximo Decessori Nostro Pio Pp. XI preces adhibuit quam enixas ut Ven. Servi Dei tandem beatificatio haberetur. Quibus precibus concedens idem Decessor Noster bo. me. Cardinalem Raphaelem Carolum Rossi, Causae Relatorem nominavit, quo coram die **xxvi** Octobris anno **MCMXLIII** Congregatio Antepraeparatoria habita est, Praeparatoria die iv Iulii sequentis anni; Nova Praeparatoria die **xxvi** Iulii anno **MCMLV** coram Cardinali Clemente Micara, quem Nos defuncto Cardinali Rossi suffecimus. In Generali autem Congregatione coram Nobis habita die **xi** Novembris eiusdem anni, cum omnes tum Patres Cardinales tum Praelati Officiales et Patres Consultores fere unanimem favorabilem sententiam protulissent, Nos de virtutibus sive theologalibus sive cardinalibus a Servo Dei in gradu heroico exercitis constare ediximus. Necessaria fuit deinde disceptatio de miraculis, quae a Deo, per intercessionem Ven. Innocentii XI dicebantur patrata. Quae disceptatio haud difficilis fuit cum celeberrimus ille Lancisius, quem supra laudavimus, e circa centum miris sanationibus Venerabili Innocentio intercedente, vix demortuo, patratis, triginta naturae vires supergressas fuisse declarare non dubitavisset. E quibus sanationibus duae ab actoribus causae electae sunt et Sacrae Rituum Congregationi propositae. De eis constare Nos die **xxn** Maii vertentis anni ediximus. Unum igitur supererai discutiendum; an Dei Famulus inter Beatos Coelites *tuto* foret recensendus. Quod prorsus factum est. Omnes enim tum Purpurati Patres Sacris tuendis ritibus praepositi, tum Praelati Officiales et Consultores id fieri posse cunctis suffragiis affirmarunt.

Nos tamen, pro rei magnitudine et peculiaribus difficultatibus huic Causae inhaerentibus, mentem Nostram distulimus aperire quo ad eam ferendam sententiam maiorem superni luminis copiam, enixas preces ad Deum admoventes, impetraremus. Tandem die xv mensis Augusti, eodem hoc anno, ad Venerabilis Servi Dei Innocentii Pp. XI sollemnem Beatificationem *tuto* procedi posse decrevimus. Quae cum ita sint, Nos harum Litterarum vi atque auctoritate Nostra Apostolica, facultatem facimus ut idem Venerabilis Dei Famulus Innocentius Pp. XI *beati* nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus et lipsana, seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae venerationi proponantur atque etiam ut eiusdem Beati imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus ut de Illo quotannis recitetur Officium de Communi Summorum Pontificum cum lectionibus propriis per Nos approbatis et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis, pariter probatis, celebretur, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem et Missae celebrationem fieri dumtaxat largimur praeterquam in ista Nostra Urbe et dioecesi, in dioecesibus tum Comensi in qua Beatus ortum habuit tum Novariensi cui sanctissime praefuit, ab omnibus Christifidelibus qui horas canonicas recitare teneantur et, quod ad Missam attinet, a. Sacerdotibus omnibus ad Templa vel Sacella, in quibus Beati festum agatur, convenientibus. Largimur denique ut Sollemnia Beatificationis Venerabilis Servi Dei Innocentii Pp. XI supra dictis in Templis seu Sacellis celebrentur diebus legitima auctoritate statuendis intra annum, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis necnon decretis de non cultu editis ceterisque quibuslibet contrariis. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, dominica die **VII** mensis Octobris, in festo Sacratissimi Rosarii Beatissimae Virginis Mariae, anno **MCMLVI**, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

EPISTULA

AD EXCMUM P. D. IOSEPHUM FIETTA, ARCHIEPISCOPUM TIT. SARDICENSEM, IN ITALIA APOSTOLICUM NUNTIUM, QUINQUAGESIMUM SACERDOTII ANNUM IMPLENTEM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Proximo ineunte Novembri mense, ut libenter intelleximus, ipse decem ab inito sacerdotio lustra, superna adiuvante gratia, feliciter celebrabis. Quae profecto periucunda tibi tuisque sollemnia Nostris secundis votis ominibusque adaugere exoptamus. In ipsis enimvero sacri muneris primordiis a Secretis fuisti egregio sacrorum Antistiti Ernesto Piovella, adiutricem operam in pastorali officio obeundo eidem praestitisti, primo in dioecesi Algarensi, deinde in metropolitana sede Arborensi, denique in praenobili Ecclesia Calaritana. Ab anno autem MCMXXII assiduam curam consiliumque tribuisti Apostolicae huic Sedi, quae antea te misit in Americam Centralem ad operam apud Internuntiaturam Apostolicam conferendam, quadriennio post, te ipsum, dignitate auctum archiepiscopali, Internuntium Apostolicum in eadem regione renuntiavit, deinceps tibi Apostolici Nuntii munus concredidit, quum in Republica Haitiana et Dominicana, tum in Argentina, ubi per plures annos Romani Pontificis personam gessisti. Haec quidem praeclara merita, quae apud exteras nationes tibi comparasti, Nosmet Ipsi respicientes, tres abhinc annos te in Almam Urbem vocare voluimus, ut in hoc veluti centro catholici nominis, apud ipsam beati Petri Cathedram, in gentis Italicae beneficium Nostri Nuntii munus exerceres. Tibi itaque, Venerabilis Frater, de sacerdotali atque episcopali officio diu actuoseque gesto ex animo gratulamur, simulque Deum benignissimum precamur, ut te supernis donis ac solaciis recreare affatim velit. Quorum interea conciliatrix et praenuntia, peculiarisque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater, tuisque coniunctis laborumque sociis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Octobris, anno MDCCCCLVI, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

NUNTII TELEGRAPHICI

I

AD EMUM P. D. STEPHANUM S. R. E. CARD. WYSZYNSKI, ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET VARSAVIENSEM, IAM E SUA SEDE DEPORTATUM, DIE XXVIII OCTOBRIS MENSIS A. MCMLVI IN FESTO IESU CHRISTI REGIS V ARSA VIAM REVERSUM. *

Tuus ad Sedes Gnesnensem et Varsaviensem reditus, quem Nobis observantissimo nobilissimoque telegraphico nuntio significasti, quique tantopere Poloniae populum et catholicos omnes gaudio affecit, suavissima Nobis causa est cur Omnipotenti Deo immortales persolvamus grates, tibique effusa caritate gratulemur, Dilecte Fili Noster, cuius virtus invictaque animi fortitudo inter ardua in exemplum enituit; atque, dum enixis admotis Caelo precibus deditissimae tuae voluntatis allatum testimonium rependimus, Tibi, Clero populoque tuo, necnon Episcopis et christifidelibus catholicae Poloniae universae peramanter benedicimus, firma recreati spe, fore ut, quemadmodum espectatissimus reditus tuus volventem hunc annum Mariae a Iasna Gora, Polonorum Reginae, sacrum vobis peculiari modo memorandum reddit, ita idem eventus, deprecatrice Redemptoris Matre, sincerae illius pacis Poloniae sit auspicium, quae iustitia, caritate debitaque Ecclesiae libertate innitatur.

PIUS PP. XII

II

AD EMUM P. D. IOSEPHUM S. R. E. CARD. MINDSZENTY, ARCHIEPISCOPUM STRIGONIENSEM, POST DEPORTATIONEM ET CARCEREM IN LIBERTATEM RESTITUTUM. * *

Eodem paterno animo, quo octo ante annos acerbissimo maerore affecti Te ex tua Sede iniuste deturbatum et in carcerem coniectum comploravimus, et non semel, praesertim autem in Consistorio Extraordinario, publice conquesti sumus, nunc vehementi cum solacio comperimus, universis terrarum orbis catholicis una cum patria tua plaudentibus, Te

*** Datus die 30 Octobris mensis a. 1956.**
*** * Datus die 31 Octobris mensis a. 1956.**

esse in libertatem restitutum. Plurimas Deo gratias agimus, qui iuges christifidelium omnium supplices voces benigne excepit, et cuius adiuvante gratia fides tua tuaque animi virtus in tot tantisque aerumnis pro Christo tplerandis roboratae fulserunt. Quod quidem auspicium esto fore ut christiani mores, Tuo ceterorumque sacrorum Antistitum apostolico studio, cui greges vestri generose respondeant, in dilectissima Hungarorum Natione post tam gravia errorum discrimina profusumque sanguinem renovati reflorescant, et accepta a patribus erga Ecclesiam et Apostolicam Sedem observantissima fidelitas semper eniteat. Dum autem vita functis ob luctuosissimos horum dierum eventus aeternam deproperamus requiem, cum Tibi, dilecte Fili Noster, cui precibus Nostris Nostraque sollicitudine semper adfuimus, tum ceteris Antistitibus, Clero et christifidelibus omnibus, iis nominatim qui acerrimis calamitatibus perculsi sunt, Apostolicam Benedictionem caelestis conciliatricem auxilii, effusa caritate impertimus.

PIUS PP. XII

NUNTII RADIOPHONICI

I

INTER SOLLEMNIA BEATIFICATIONIS INNOCENTII PP. XI, IN BASILICA VATICANA PERACTA, SUMMUS PONTIFEX PIUS XII MERITA ET VIRTUTES EIUSDEM BEATI ILLUSTRAT AC EXALTAT. *

Come limpido astro, acceso da Dio nel firmamento della Chiesa, e la cui fulgida luce ridonda ad onore di questa Sede Apostolica, il novello Beato Innocenzo XI appare in quest'ora solenne, ai Nostri e ai vostri sguardi, circonfuso di grandezza e di gloria sovrumana, giusto premio della eccelsa santità, che illustrò la sua vita e la sua azione. Siamo certi, Venerabili Fratelli e diletti Figli, che voi tutti condividete l'intima letizia che ricolma il Nostro cuore, non soltanto per esser Ci stato concesso dalla divina Bontà d'iscrivere nell'albo dei Beati un Nostro Predecessore, verso cui abbiamo sempre nutrito profonda venerazione; ma per avere con ciò stesso adempiuto il voto del mondo cattolico, da oltre

*** Datus ex Arce Gandulfi, die Dominico 7 Octobris a. 1956.**

due secoli bramoso di vedere elevato agli onori degli altari un Papa tra i più insigni della Chiesa romana.

Benché l'austera ritiratezza dell'umile Pontefice e la rigida sua attività nel promuovere l'opera di riforma in seno ad una società da lungo tempo adagiata in gravi abusi, lo avessero privato durante la sua vita terrena dell'aura della popolarità ; tuttavia, al suo pio transito, proruppe spontanea in ogni ceto di persone la consapevolezza della sua santità e della grandezza delle opere portate a termine in vantaggio della Cristianità e particolarmente dell'Europa. Al coro di lodi osannanti alla sua memoria si associarono, come scriveva un contemporaneo, le favorevoli testimonianze anche di non pochi acattolici, che, sebbene non benevoli verso la Sede Apostolica, riconobbero la bontà, la rettitudine e la forza d'animo di lui. Ciò nonostante, il processo di Beatificazione, sollecitamente introdotto, non ottenne quella rapida conclusione che si attendeva. Considerazioni esterne, che per sé non riguardavano alcuna delle condizioni essenziali stabilite dalle leggi canoniche in tale materia, consigliarono a più riprese di sospenderne il corso. Al presente, **però,** gli ostacoli, che si frapponevano al suo felice coronamento, si potevano considerare superati, e chiariti i dubbi sulla retta interpretazione delle risoluzioni d'Innocenzo XI in talune vicende del suo Pontificato, trascorso fra ardue difficoltà ed intricate circostanze, sia all'interno che all'esterno della Chiesa. Accurate ricerche storiche hanno infatti confermato che i motivi determinanti dei singoli suoi atti, anche allorché si trovò al centro di aspri conflitti, non erano in nessun modo derivati da contrasti o inimicizie politiche, bensì unicamente dalla coscienza della sua responsabilità nel difendere la libertà della Chiesa e nel tutelare la salvezza del mondo cristiano.

In tal modo lo splendore della verità, destinata a trionfare, sebbene a distanza di secoli, sugli errati giudizi e le umane passioni, avvolge ora d'inclita gloria la sua figura e il suo nome. Ma sopra ogni altra cosa Ci pare di scorgere nella odierna glorificazione del grande Pontefice del **XVII** secolo uno squisito tratto della provvidenza di Colui, che, come chiama le anime a straordinaria santità, così si riserva di segnare il giorno della loro apoteosi secondo disegni d'infinita sapienza. In tal guisa Ci sembra che la esaltazione di Innocenzo XI, dopo quasi tre secoli dalla sua morte, non solo debba reintegrare la giustizia storica verso un Pontefice altamente benemerito della Chiesa e dell'Europa, ma anche indicare le vie della salvezza, della pace, del rinnovamento alla presente età, contrassegnata, — come quella in cui egli visse, — da urgente biso-

gno di spirituale rinascita, dalla gravità e vivacità dei contrasti, da immani e comuni pericoli.

Possa pertanto l'inno del ringraziamento al Padre d'immensa Maestà, al venerando suo vero ed unico Figlio, al Santo Spirito Paraclito, che è testé risuonato in cotesto sacro luogo, già testimone delle virtù e delle gesta del novello Beato, nella Festa del Santissimo Rosario della Madre di Dio, riecheggiare nella universa Chiesa, da lui servita, avvalorata e difesa con tutte le forze del suo adamantino carattere, con la saggezza del suo spirito e soprattutto con amore di assoluta dedizione, che lo facevano pronto, come egli stesso più volte dichiarò, ad immolare, se necessario, per essa la propria vita.

La figura del novello Beato — La sua santità

Non vi è dubbio che l'intimo fondamento della grandezza anche umana d'Innocenzo XI derivò dalla sua santità, ossia dalla vivida coscienza di fedele sudditanza a Dio, adorato ed amato come principio, termine e norma di ogni pensiero, affetto, parola, azione. Le eroiche virtù che in lui rifulsero, le intrepide lotte sostenute, le gloriose imprese che ne immortalarono il nome, scaturirono da quella, a guisa di differenti colori rifratti da un prisma di puro cristallo, e là trovarono la loro sorgente, là il necessario vigore.

Come spesso accade nella storia dei Santi, la divina grazia prevenne Benedetto Odescalchi fin dai più teneri anni, servendosi dapprima della sana educazione familiare impartitagli dai genitori, *a* persone molto pie, ed ottimi cristiani », e in conformità alla tradizione del nobile Casato, benemerito della Chiesa e della patria per illustri personaggi che Puna e l'altra egregiamente servirono. Un indirizzo più saldamente religioso attinse egli poi alla scuola di pietà e di apostolato delle Congregazioni Mariane, che lo avviarono al sommo rispetto delle cose divine e alle virtù proprie della sua età e del suo stato, quali un'intemerata castità costantemente vigilata ed una ardente carità verso i derelitti, che più tardi gli meritò il titolo di « padre dei poveri ». Anche quando, incerto sullo stato di vita da abbracciare, si recò dalla nativa Como, in veste di commerciante a Genova, e poi di studente a Roma e a Napoli, il giovane Odescalchi rispecchiava nelle parole e nei costumi l'intensa vita spirituale di chi è posseduto interamente da Dio. In quella età, che spesso è per altri pretesto di frivolezze, egli già riteneva come norma di condotta «man-

dare il bene innanzi »[1] e in particolare soccorrere il prossimo, poiché « questo è l'unico che può farsi utilmente nel mondo ».[2] Sensibile e docile alle divine mozioni, appena ebbe la certezza di essere da Dio chiamato a servirlo nella Chiesa, il quasi trentenne Odescalchi non esitò ad abbracciare lo stato ecclesiastico, con assoluta purità di intenzione e con l'alacre prontezza a qualsiasi peso gli venisse imposto, o, come egli stesso (sembra) lasciò annotato, a « servir senza speranza e senza impegno », vale a dire, senza riguardo per persone e cose contrastanti con la sua vocazione.[3] Così non si sottrasse all'arduo incarico, certamente non consono all'innata generosità del suo cuore, di ((Commissario straordinario della Marca » in tempi di estrema penuria privata e pubblica; ne adempì anzi l'ufficio con piena soddisfazione sia della Santa Sede, sia degli stessi popoli, grazie alla rara sua prudenza e pazienza, e particolarmente, alla squisita carità, che gli faceva riconoscere nei prossimi, specie i più poveri, la persona stessa di Cristo, da soccorrere, pertanto, col sacrificio di sè e delle proprie sostanze. Man mano che gli uffici e le dignità si accumulavano sulle sue spalle, tanto più il suo spirito cercava rifugio nella preghiera, cui dedicava molte ore nel silenzio dei templi e nella ritiratezza della sua casa, mutata in austero santuario, traendone la chiarezza e il vigore per affrontare le difficoltà nel governo dei popoli, prima come Cardinale Legato in Ferrara, poi come Vescovo a Novara, e infine, in Roma.

Può forse recare meraviglia, come accadde per i contemporanei, che un uomo di tanto potere, di così dinamica attività, spiegata nelle funzioni di governo, quali l'amministrazione della giustizia, la tutela dell'ordine pubblico, le bonifiche delle terre, i rapporti con le autorità, la cura delle finanze dello Stato pontifìcio, trovasse il tempo di dedicarsi alle pie pratiche, quali, ad esempio, « l'esercizio della buona morte », o l'assistere alla recita del divino ufficio, o l'insegnare il catechismo ai fanciulli. Eppure il nascondimento nella preghiera è la segreta origine dei suoi innegabili successi, prima e durante il Pontificato. Nell'unione con Dio egli affinava la innata maturità nel conoscere e nel giudicare gli uomini, nel temprare l'animo alle lotte, nel vedere con chiarezza i veri mali che travagliavano la società, e, quanto a sè stesso, nel vigilare,

[1] *Romana - Beatif. et Canonizat. Venerabilis Servi Dei Innocentii Pp. XI, Summarium* 1943, p. 549.

[2] *Summ.* 1943 § 878, pag. 182.

[3] *Summ.* 1943, pag. 583.

correggere, dominare le proprie inclinazioni, per rendersi, il più possibile, strumento di bene nelle mani del suo Signore.

Fu in tal modo che il giorno in cui la Chiesa, vedovata per la morte di Clemente X, si prostrò davanti agli altari per ricordare la promessa dell'Onnipotente : « Io susciterò per me un sacerdote fedele, che opererà secondo il mio cuore e il mio spirito, e gli edificherò una casa fedele, ed egli camminerà per tutti i giorni al cospetto del mio Cristo »,[4] volse gli occhi su Benedetto Odescalchi, e riconobbe in lui il Pontefice che avrebbe incontrato ((il compiacimento sia di Dio per la devota cura verso i fedeli, sia del popolo cristiano in virtù della costante ricerca della gloria di Dio)).[5]

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto a dioecesi Septemlacunensi separat memoratum territorium *Anguéretâ* illudque archidioecesi Adamantinae perpetuo adnectit, mutatis deinceps hac ratione utriusque circumscriptionis ecclesiasticae finibus.

Mandat praeterea haec Sacra Consistorialis Congregatio ut omnia acta et documenta praefatum territorium *Anguéretâ* respicientia a Septemlacunensi ad Adamantinam Curiam, cum primum fas erit, transmittantur.

Ad haec perficienda eadem S. Congregatio Consistorialis memoratam Excmum **P.** D. Armandum Lombardi deputat, necessarias et opportunas ei tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem S. Congregationem Consistorialem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 5 Maii 1956.

✠ Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. © S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

II

REIPUBLICAE CILENAE

DECRETUM

DE VICARIATU CASTRENSI

Qua iurisdictione Vicarius Castrensis Reipublicae Cilenae perfruatur per Apostolicas Litteras in forma Brevi « In hac beatissimi Petri Cathedra » diei tertiae mensis Maii anni 1910, per Consistoriale Decretum die vigesima septima mensis Decembris anno 1922 editum, atque per Rescriptum eiusdem S. Congregationis Consistorialis diei vigesimae quartae mensis Iulii anni 1948, sub, n. 548/48, statutum fuit.

Cum vero adiunctorum gratia, vertentibus annis, Vicarius Castrensis suae iurisdictioni etiam militum familias obnoxias censuerit, Exc. **P.** D. Theodorus Eugenin, Episcopus titularis Hierissensis et Vicarius Castrensis Reipublicae Cilenae, exorto dubio, enixe postulavit ut invectam hanc agendi reationem Apostolica Sedes confirmaret seu ratam haberet.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, praehabito favorabili voto Exc. P. D. Sebastiani Baggio, Archiepiscopi titularis Ephesini et in Republica Cilena Nuntii Apostolici, de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis Consistorialis Secretarii,

ad uberius commodum comparandum et ad quaslibet dubitationis causas removendas, porrectas preces benigne excipiendas censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumendum consensu, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, decernit ut inter subditos Vicariatus Castrensis Reipublicae Cilenae posthac adlegantur etiam militum cilenorum familiae : uxores, nempe, liberi, propinqui, necessarii, ac famuli, cum iisdem militibus cohabitantes.

Omnes insuper actus, sive a Vicario Castrensi sive a militum cappellanis in favorem memoratarum familiarum in irritum forte positos benigne sanat.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die undevigesima mensis Maii, anno **MCMLVI.**

£ß Fr. A. I. Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. £8 S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

ROMANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI INNOCENTII PAPAE XI.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum, ac duorum miraculorum, Tuto *procedi possit ad eiusdem Venerabilis Beatificationem.*

Summi Pontificatus dignitatem perpendentibus illa S. Bernardi subeunt verba, quae B. Eugenio III scripsit : « Age indagemus adhuc diligentius quis sis ; quam geras videlicet pro tempore personam in Ecclesia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, Summus Pontifex, tu princeps Episcoporum, tu heres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernata Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu

cui claves traditae, cui oves creditae sunt... Non modo ovium, sed et pastorum tu unus omnium pastor... ex verbo Domini: "Si me amas, Petre, pasce oves meas "... Nihil excipitur, ubi distinguitur nihil » *(De Qonsid. lib. II post med.).*

Professionem amoris Dominus a Petro exegit atque recepit, Summumque Pontificatum eidem contulit, quem Petrus successoribus transmisit. In Ven. Innocentio XI omnes praerogativae, quas a Mellifluo Doctore audivimus, atque iura omnia a Deo Romano Pontifici collata miro modo reniduere una cum vitae sanctitate, divino quoque miraculorum testimonio comprobata. Eo enim vix demortuo, talis statim eius virtutum splendor inter fideles, etiam ab Urbe longinquus, refulsit, ut eius patrocinium implorarent, plurimique gratias, immo vera miracula, laetantes obtinuerint.

Quare nondum biennio a Servi Dei obitu transacto, super sanctitatis fama canonicae inquisitiones fuerunt inceptae, quas aliae subsecutae sunt et Vetrallae super quodam mirifico eventu, et Romae super **c**
dientia Urbani Papae VIII decretis liturgicum cultum prohibentibus. Olemens Papa XI Commissionem Introductionis causae Sua manu die 3 Septembrina. 1714 obsignavit. Die 15 Octobris eiusdem anni Decretum de cultu non praestito editum fuit. Apostolica dein auctoritate in Comensi Curia atque in Urbis Vicariatu ab anno 1714 ad annum 1736 «constructi fuere processus. Benedictus Papa XIV, ut expeditius causa procederet, voluit ut de nonnullis accusationibus, quibus Dei Servus impetebatur, in Sacra Rituum Congregatione pertractaretur. Unanimi favorabli sententia habita, Pontifex quominus de his in posterum ageretur, per Sacrae eiusdem Rituum Congregationis decretum die 8 Augusti a. 1744 omnino prohibuit. Variis tamen de causis res ad nostros usque dies siluit.

Leone Papa XIII favente, clar. P. Berthier O. P. anno 1889 Servi Dei vitam a Matthia Ioseph Lippi, accurate, ut Benedictus XIV afl&rmat, conscriptam, primum edidit; paucos autem post annos, eiusdem epistolas ad Principes de erroribus, qui tunc in Ecclesia grassabantur, pariter edidit. Diffitendum sane non est plurimum profuisse studia, a nostrae quoque sacrae Congregationis historica Sectione peracta, ad cognoscenda atque aequa lance insignia Servi Dei iudicanda merita non solum erga Ecclesiam sed etiam erga Europae regna, quae ab imminente tunc clade liberavit.

Paratis itaque animis, Comensis Episcopus, ut tanti civis Beatifica-

tionis causa resumeretur, anno 1933 actorem se constituit. Sanctissimus quoque Dominus Noster maxime huic causae se favere ostendit.

Servatis itaque de iure servandis, die 26 Octobris anno 1943, Antepraeparatoria Congregatio super virtutibus celebrata est, die autem 4 Iulii a. 1944 Praeparatoria, anno vero 1955 Nova Praeparatoria die 26 Iulii, Generalis demun coram Summo Pontifice die 15 Novembris, decretumque heroicas virtutes approbans editum est. Actum est dein de miraculis, quorum approbatio die 22 mensis Maii anni huius decreta est. Ut autem ad sollemnem Beatificationem gradus fiat, sapienter iure cautum est ut integra Rituum Congregatio testetur omnia quae ius praecipit servata esse, ideo dubium ei proponitur : *An, stante approbatione virtutum ac duorum miraculorum,* Tuto *procedi possit ad sollemnem Venerabilis Innocentii Papae XI Beatificationem.* Quum unanimi consensu Rmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores affirmativum responsum dedissent, Beatissimus Pater, ratum hoc habens,. Apostolicas Litteras sub anulo Piscatoris de Beatificatione quandocumque in Vaticana Basilica celebranda conscribi mandavit atque decretum hoc promulgari et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri.

Datum Romae, die 15 mensis Augusti, in Sollemnitate Assumptionis- B. M. V., Anno Domini 1956.

C. Card. **CICOGNANI,** *Praefectus*

L. $ S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ALEXANDRINA AEGYPTI

NULLITATIS MATRIMONII (MAZZA - MAC APEE)

V

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Alan Georgii Mac Afee, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 28 Ianuarii 1957, hora 12, ad concordandum de dubio disputando, vel ad infrascriptum subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet ole nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Alan Georgii Mac Afee curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Emmanuel Bonet, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 18 Octobris 1956.

C. Pezzicara, *Notarius ff.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Alan Georges Mac Afee, défendeur en cette cause, nous le citons à coparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 28 janvier 1957, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Gonste-t-il de la nullité du mariage dan le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Alan Georges Mac Afee devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Mercoledì, 24 ottobre 1956, il Santo Padre Pio XII ha ricevalo in solenne Udienza Sua Eccellenza il Sig. **SERGIO LEONE DEFLY**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Haiti, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Martedì, 30 ottobre 1956, il Santo Padre Pio XII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Sig. **LEONE TOMMASO** Me **CAULEY**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Irlanda, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Martedì, 13 novembre 1956, il Santo Padre Pio XII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Sig. **ETTORE LYRA,** Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario degli Stati Uniti del Brasile, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio :

13 gennaio 1956. S. E. Revma Monsig. Fliesser Giuseppe Calasanzio, Vescovo titolare di Binda.

27 aprile » S. E. Reviria Monsig. Llosa Giovanni Battista Adriano, Vescovo di Ajaccio.

NECROLOGIO

20 maggio 1956. Monsig. Godlewski Michele, Arcivescovo tit. di Amorio.
27 ottobre Monsig. Gaillard Ludovico, Arcivescovo di Tours.
30 Monsig. Nissan Giovanni, Arcivescovo-Vescovo di Zaku.
» Monsig. Frazioli Nicolò, Vescovo di Bosa.
31 Monsig. Boccoleri Cesare, Arcivescovo di Modena.
novembre Monsig. Ryan Edoardo F., Vescovo di Burlington.
Emo sig. Card. Saliège Giulio, del tit. di S. Pudenziana, Arcivescovo di Tolosa.
9 Monsig. Shlaku B^rnar^ino, Vescovo di Pulati.
12 Monsig. Picha Maurizio, Véscovo di Hradec Králové.
15 Monsig. Canale Oberti Raffaele, Vescovo tit. di Arindela.

An. et YOI. XXXXTffl 28 Decembris 1956 (Ser. H, T. XXIII) - N. 17

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

PESQUEIRENSIS

(AFOGADENSIS DE INGÁZEIRA)

A PESQUEIRENSI DIOECESI QUAEDAM TERRITORIA DETRAHUNTUR, QUIBUS NOVA QUAEDAM DIOECESIS CONDITUR, ((APOGADENSIS DE INGÁZEIRA)) APPELLANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui, volente Deo, munus accepimus sane arduum omnes homines ab iis bonis quae cito pereunt ad rerum immortalium amorem ducendi, per omnem occasionem in hoc intendimus, sive scilicet per Episcoporum electionem, qui sunt duces populorum, sive per novarum Ecclesiarum fundationem, aliis dioecesibus, quae late pateant, divisis. Qua de re, cum venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Brasilia Apostolicus Nuntius, post auditos Ordinarios provinciae ecclesiasticae Olindensis et Recifensis, ab hac Apostolica Sede expostulaverit ut nova in eiusdem provinciae territorio dioecesis excitaretur : id enim valde esse catholicae rei profuturum ; Nos de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum, eorum consensum supplentes qui in hoc negotio aliquid iuris sese habere putent vel habeant/ de Nostra summa et apostolica auctoritate haec quae sequuntur statuimus et iubemus. A dioecesi Pesqueirensi id territorii separamus quod municipia comprehendit quae vulgo cognominantur : Itapetim, Sao José do Egito, Tabira, Afogados da Ingázeira, Carnaíba, Flores,

Triunfo, Serra Talhada, Säo José do Belmonte, quaeque totidem curias efficiunt. Quibus terris novam dioecesim condimus *Afogadensem de Ingázeira* appellandam, iisdemque finibus terminandam ac municipia seu curiae quae diximus. Haec igitur Ecclesia ad orientem solem dioecesim Campinensem Grandem et regionem vulgo Paraiba attinget; ad septentrionem, vero, Sedem Caiazeirasensem et eandem Paraibensem civitatem ; ad occidentalem autem partem, dioecesim Petrolinensem ; inter occasum denique solis et septemtrionem — brevi quidem spatio — dioecesi Oratensi tangetur, in regione populari sermone Oeará; dum, postremo, ad meridionalem plagam dioecesim Pesqueirensem, a qua divisa est, finitimam habebit. Sedem Episcopi eiusque domicilium in urbe constituimus cui est apud populum appellatio Afogados da Ingázeira; cathedram vero episcopalis magisterii et auctoritatis in templo Boni Iesu a Remediis collocari censemus, quod idcirco ad cathedralis aedis dignitatem extollimus. Quae pariter honores, privilegia, iura concedi solent ceteris dioecesibus ac Praesulibus, haec omnia Ecclesiae Afogadensi de Ingázeira eiusque Episcopo tribuimus : cui tamen etiam iusta ac debita onera volumus imponi. Novam hanc Sedem metropolitanae Ecclesiae Olindensi et Recifensi suffraganeam facimus; item sacrorum Praesul, cui eadem gubernanda continget, Archiepiscopo eiusdem circumscriptionis ecclesiasticae oboediet subiectus et obnoxius. Ut autem modo condita dioecesis omne decus habeat, praecipimus ut in eius cathedrali templo Canonicorum Collegium constituatur, iuxta normas per alias apostolicas sub plumbo Litteras describendas. Quoad tamen id fieri nequeat, sinimus ut eorum loco Consultores dioecesani eligantur, qui et caerimonias sua praesentia sollemniores faciant, et Praesuli consilio, opera adsint. Decernimus praeterea ut Seminarium saltem elementarium exstruatur secundum leges iuris communis et S. Congregationis de Seminariis et Studiorum universitatibus, quo ii iuvenes excipiantur, quos Spiritus Sanctus benignissime moverit ad sacerdotum munia obeunda. Cum vero iidem ad id aetatis pervenerint ut studia philosophica et theologica exercere debeant, optimi quique Romam mittantur, in Pontificium Ephebeum Pianum Brasilianum ut quam optime rerum humanarum divinarumque scientia imbuantur. Quod autem ad mensam episcopalem attinet, quam vocant, eam constituent sive curiae proventus, sive pecunia quam populus sponte dabit, sive congrua pensio ab auctoritate civili danda, sive denique pars bonorum quae novae dioecesi continget, divisis possessionibus Ecclesiae Pesqueirensis, iuxta canonem 1500 C. I. C. In iis quae ad regimen, administrationem dioecesis, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, ad iura cleri et populi

eorumque onera, aliaque huiusmodi respiciant, Iuris Canonici praescriptiones omnino serventur. Mandamus insuper ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem deductae fuerint, ii clerici qui in territorio Ecclesiae Afogadensis de Ingázeira legitime degant, eidem censeantur adscripti, ceu proprius clerus; atque ut omnia documenta et acta quae ad eandem Sedem quomodolibet attineant, ad eiusdem tabularium cito mittantur, ibidem religiosa cura asservanda. Ceterum omnia quae per has sub plumbo Litteras praescripsimus efficiet venerabilis Frater Armandus Lombardi, cuius meminimus, factis ad id potestatibus, quas poterit, si visum fuerit, cuilibet delegare, dummodo ecclesiastica dignitate insigni. Cum vero Nostra decreta perfecerit, tunc documenta exarabit, et ad S. Congregationem Consistorialem cito mittet; quod si alius eo tempore eidem Apostolicae Nuntiaturae in Brasilia praeerit, idem quae mandavimus faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die secunda mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

CELSUS Card. COSTANTINI
S. R. E. Cancellarius

* Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleucien., *Decanus Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

[n Ap. Cane, tab., vol. LXXXXIII, n, 15.

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. IOANNEM TIT. S. AGATHAE S. R. E. PRESB. CARD. D'ALTON, ARCHIEPISCOPUM ARMACHANUM I TERTIO EXEUNTE SAECULO OB OBITU LUCAE WADDING, ORDINIS FRATRUM MINORUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Hiberniae gentis immortalis gloria haec est, non solum quod catholicam fidem, olim a S. Patritio acceptam, etiam inter gravissimas temporum procellas integram inviolatamque retinuerit, verum etiam quod innumeros filios protulerit, eruditionis et sanctitudinis fama praeclaros, qui religionem et patriam quam maxime illustrarunt.

Horum in numero iure meritoque recensetur Lucas Waddingus, cuius memoriam, tertium post saeculum ab eius obitu, dignae vultis obsequio laudis honestare. Nos, qui multa ab eo parta beneficia in Ecclesiae sanctae utilitatem optime novimus, neque ignoramus quantopere eius exempla valeant sive apud sodales eiusdem Ordinis, sive apud tuos cives ad virtutis stimulos adiciendos, paterno cupimus animo vobis hac fausta opportunitate gratulabundi adesse per has litteras, quae, favente Deo, saecularis celebritatis et laetitiam augeant et fructus multiplicent.

Cum eius vitam eiusque gesta mente recolimus, veluti ante oculos positum reviviscere videtur mirabile illud a maioribus vestris traditum fidei catholicae studium, quocum semper visa est Hiberni populi magnitudo et salus coniuncta. Qua quidem fide ut erat ad plenum imbutus ac roboratus, is, cum in patria tunc religio in summum fuerit discrimen adducta, puer adhuc non dubitavit exsilii aerumnas suscipere, ac postea, in Franciscalem Ordinem ascitus, incredibile plane est quot quantosque labores pro Ecclesia, pro suo Ordine, pro patria exanclaverit felicissimeque absolverit. Quodsi Lusitania et Hispania, ubi doctrina et sanctitatis laude valde floruerat, primum eius aluerunt et confirmarunt aninum, procul dubio Roma apostolico eius ardori et navitati adauxit spatia viresque. Hoc testantur plurima eaque gravissima munera ibi a Decessoribus Nostris ipsi demandata, mira eius agendi prudentia in variis exsequendis officiis praeclare comprobata, itemque singularis doctrinae

fama quam ipse sibi comparaverat, sive Ordinis Franciscalis historiam indagando, sive summae gravitatis opera in lucem edendo. Peculiari autem modo caritas patria in eo eluxit. Cum enim eo tempore in Hibernia catholici nominis hostes non modo civilem adimere libertatem, sed avitam etiam ex animis fidem eradicare conarentur, vir Dei, quidquid potuit, usque ad vitae exitum largiter effecit, ut suis civibus tanta oppressis calamitate suppetias veniret, mire ostendens quantopere valeat patriae amor, si cum ardentissima erga Deum caritate iungatur. Quam ad rem placet in memoriam revocare gemina collegia, Luca Waddingo auspice, in hac alma Urbe condita — alterum pro alumnis Hibernis Franciscalis Ordinis, alterum pro sacerdotibus, qui saeculares vocantur, in Hiberniam destinatis — ut delectis e gente vestra iuvenibus copia divite haustu daretur augendi romanam fidem, ac studiosam erga Romanum Pontificem cotidie magis observantiam et pietatem alendi atque fovendi. Nec spem exitus fefellit. Catholica fide eruditi, doctrina et integris moribus istic diligenter instituti, ex umbratili vita permulti in solem et pulverem exinde ad haec usque tempora prodierunt, qui optime de Ecclesia et patria meriti egregiis animi dotibus floruerunt et raris praestiterunt exemplis.

Quamobrem non una de causa, dilecte Fili Noster, Franciscanum familia itemque tota gens Hiberna tertium saeculum celebrabunt, ex quo admirandus ille Asisinatis Patriarchae discipulus, catholicae religionis in patria vestra tutor studiosissimus, Romanorum Pontificum auxiliator indefatigabilis, itemque de Franciscalium Ordine historiae cultor diligentissimus serenam mortem oppetiit. Habetis quidem in illo religiosae vitae praeclarum specimen, habetis virtutis cum patria caritate exemplum praestantissimum. In illud igitur meditando intueamini omnes, eumque aemulemini fidentes; detque vobis suppliciter exoratus superna ope sua Deus, ut eiusmodi sancta exempla pro peculiari condicione vestra in vitae actionem cotidie magis deducatis.

Nos interea caelestium gratiarum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, carissimo Hiberniae populo, ac tibi nominatim, dilecte Fili Noster, universaeque Franciscalium familiae Apostolicam Benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxii Septembris anno **MDCcœLVi,** Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

II

AD EMUM P. D. FRANCISCUM TIT. SANCTORUM IOANNIS ET PAULI S. R. E. CARD. SPELLMAN, ARCHIEPISCOPUM NEO EBORACENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONVENTUM EUCHARISTICUM EX INSULIS PHILIPPINIS IN URBE MANILANA INEUNDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Compertum sane est, ex Eucharisticis congressibus quam singulos fideles reverti domum maiore incensos pietate, tum superna quadam virtute, in ipsis coetibus insita, tangi incitarique ad meliora populum universum. Quapropter libenti admodum animo cognovimus, exeunte hoc Novembri mense, Conventum Eucharisticum ex Insulis Philippinis in principe urbe Manilana sollemniter initum iri. Sicut enim Christus Iesus, quum in terris versaretur et Palaestinae loca docendo sanandoque peragraret, ad se alliciebat attrahebatque, ita, Augusto Sacramento magnifica per urbem pompa delato palamque ad adorandum proposito, feliciter plane continget, ut torpescentes quoque homines, et vel impii flagitiosique, ad Christum, sub velis Eucharisticis latentem thesaurumque caelestium gratiarum aperientem, converti ac rapi se ipsi persentiant, et, praeterita negligentia aut erroribus vitiisque comploratis, ad sinum miserentis Patris, tamquam recuperati iam filii, confugiant redeantque. Ex hoc profecto superno animorum motu consequetur, ut in christianae ipsius societatis venas ac viscera novus quidem ardor novusque veluti sanguis circumeundo salutariter confluat. Quem ceteroqui exitum ea quoque portendunt, quae in publicis sessionibus referenda atque variis coetibus disceptanda proponuntur; quae quidem apte ad sanctioris vitae usum atque ad acuendos Eucharistiae studio animos pertinent. Nos igitur non solum praeclara consilia, ab Insularum Philippinarum episcopatu et clero suscepta, probamus et favore Nostro commendamus, verum etiam Eucharisticam celebrationem proximam, auctoritate et praesentia quadam Nostra, corroborare exoptamus. Quamobrem te, Dilecte Fili Noster, qui, amplissima Romanae purpurae dignitate insignitus, sedi metropolitanae tanti ponderis ac momenti in America Septemtrionali moderaris, Legatum Nostrum eligimus ac renuntiamus, ut, Nostram gerens personam, Congressioni Eucharisticae ex tota Natione Philippinarum Insularum Manilae celebrandae nomine Nostro Nostraque auctoritate prae-

«ideas. Minime autem dubitamus, quin, pro incensa qua flagras erga Eucharistiam pietate et pro sollerti tua animarum sollicitudine, perhonorificum munus tibi commissum prospere feliciterque persolvas. Divinorum interea luminum auxiliorumque conciliatrix et nuntia, praecipueque Nostrae benevolentiae testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, tuis legationis sociis iisque universis, qui Congressioni Eucharisticae intererunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die i mensis Novembris, in Festo Omnium Sanctorum, anno MDCCCCLVI, Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

III

AD EMUM P. D. HENRICUM TIT. S. PETRI IN MONTE AURO S. R. E. PRESB. CARD. PLA Y DENIEL, ARCHIEPISCOPUM TOLETANUM, SEXDECIM AETATIS LUSTRA IMPLENTEM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. —• Tibi feliciter peragenti, sex abhinc annos, quinquagesimum sacerdotii tui natalem diem, existimationem ac benevolentiam Nostram per litteras publice declaravimus, praeclara tua erga Ecclesiam merita suaviter memorantes, quae per diuturnum aetatis spatium tibi comparasti, praesertim quum, episcopali auctus dignitate, pastorale munus alacriter exercuisti, primo quidem in Abulensi dioecesi, deinde in Salmantina, tum potissimum in perinsigni ista Toletana sede, cui annum iam quintum ac decimum sollerter moderaris. Nunc autem, communi fidelium consensione et laetitia, ut libenti animo accepimus, faventibus in primis sacris administris, vertente hoc mense ipse sexdecim aetatis lustra, divina opitulante gratia, fauste celebratis. Cuius profecto iucundi eventus commemoratio pergratam Nobis praebet opportunitatem rursus tibi de sollicita sacri ministeri perfunctione ex animo gratulandi. Illud enim animarum studium, quod in fiorente aevo egregia pietate atque industria impense aluisti, progrediente vero aetate sacrisque succrescentibus honoribus, magis magisque fovisti in dies, ita ut, quum ad vetustam ac nobilissimam sedem Toletanam Nostra auctoritate promotus es, plena sua luce coruscaverit. Tibi igitur, dilecte Fili Noster, de impigro ac frugifero sacro pastoralique munere vehementer gratulamur novamque gratiarum eo-

piam ac praemia minime defutura a donorum omnium Largitore instanter adprecamur. Quo interea octogesimi natalis tui celebratio uberiores salutis fructus gregi tuo afferre queat, tibi ultro facultatem damus, ut, die constituta, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostra Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Supernorum autem munerum in auspicium atque peculiaris Nostrae caritatis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, dilecte Fili Noster, cunctoque clero ac populo tuae vigilantiae concredito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die iv mensis Decembris, anno **MDCCCCLVi,** Pontificatus Nostri duodevicesimo.

PIUS PP. XII

IV

AD EMUM P. D. IOANNEM DIACONUM S. GEORGII IN VELABRO S. R. E. CARD. MERCATI, EIUSDEMQUE BIBLIOTHECARIUM ET ARCHIVARIUM, NONAGESIMUM AETATIS ANNUM PERAGENTEM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Tibi nonagesimum iam annum frugiferae aetatis feliciter peragenti Nostras quidem gratulationes et secunda omina deesse plane non patimur. Si enimvero ipse in praeteritum tuae vitae cursum suaviter respicies, conscientia bene acti aevi operumque egregie scriptorum recordatio tibi iucundissima exstabit. Ab ipso profecto iuventutis flore, humanis divinisque litteris penitus institutus, palaeographicis disciplinis, Sanctorum Patrum operibus, rei liturgicae, Graecorum Latinorumque scriptis, Byzantino quoque aevo, pervestigandis assiduum studium curamque constantem impendens, doctas lucubrationes paene innumeras diligentissime exarasti. A bibliotheca Ambrosiana, ubi primo inter claros doctores versatus es, translatus fuisti ad Vaticanam, quae, te moderante, haud parva studiorum operumque suscepit incrementa, tuaeque artis criticae specimina, de multifariis disciplinis pertractantia, in scientiarum Europae et Americae commentaria sunt commode relata, dum gravia quoque volumina et plura opuscula, accurate admodum a te digesta, eruditis omnium gentium hominibus luculenter patuere. Non est itaque

mirandum, si nobiles scientiarum Academiae quamplures, quum in Italia, tum apud alias nationes inter suos socios et doctores temet ipsum cooptandum censuere. Quae sane ingenii ac diuturni laboris laudes ita in omni aetatis tuae spatio et condicione cum singulari in Deum pietate et morum integritate modestiaque coniunctae exstiterunt, ut non modo profectui scientiarum civilisque cultus, verum Ecclesiae quoque bono et Apostolicae huius Sedis utilitati non paulum profuisse videantur. Quapropter Decessor Noster ven. mem. Pius XI, virtutis tuae industriaeque tam gravis tamque diu aestimator ac testis, viginti abhinc annos Romanae purpurae magnificentia decorare te voluit, quin docti viri istius bibliothecae ceterique doctrinarum litterarumque cultores tuam peritiam atque auctoritatem desiderarent. Nos autem, qui pluries iam tibi existimationem ac benevolentiam Nostram publice declaravimus, novam nacti opportunitatem, de diuturno aetatis curriculo tam actuose utiliterque emenso libenti laetoque animo gratulamur, largam caelestium donorum solaciorumque copiam ominantes.

Quorum quidem conciliatrix et nuntia, peculiarisque caritatis Nostrae testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, dilecte Fili Noster, egregiis Bibliothecae et Archivi in Vaticano Praefectis eorumque curarum laborumque sociis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die **VII** mensis Decembris, anno **MDCCCCLVI**, Pontificatus Nostri duodevicesimi.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Ad Exemum Virum Iosephum Lauretum Arismendi, Ministrum ab Exteris Negotiis Reipublicae Statuum Foederatorum Venetiolae. *

Hubiéramos pensado — Excelentísimo Señor, Señores y Señoras — que un acto tan solemne, como el que estamos celebrando, quedaba incompleto, si hubieran faltado unas palabras Nuestras, manifestando la satisfacción que experimentamos por vuestra grata presencia. Y no será menester repetir que a ésta tenemos intención de corresponder del modo más cumplido, no sólamente por lo que cada uno de vosotros significáis,

*** Die 23 Octobris mensis a. 1956.**

sino también porque representáis a una nación especialmente amada por la profesión de su fe, no menos que por los dones con que la Divina Providencia la ha enriquecido, como preparación a un porvenir de grandes destinos en el concierto de la familia católica y de todas las naciones.

Situada como corona natural en el punto culminante de la América Meridional, a un paso del estrecho vínculo que une a ésta con la Septentrional, y en el lugar mismo donde las inmensidades atlánticas se estrechan como para poder disfrutar mejor de las bellezas y riquezas incontables del Mar de las Antillas, Venezuela, famosa ya por sus costas bellísimas abundantes de perlas; por sus llanos feraces entre los que se desliza imponente el caudal incontenible del Orinoco; por el verdor de esos frondosísimos bosques que cubren como un manto las faldas de sus cordilleras norteñas, mientras que se tifie de ocres suaves en las llanuras sin fin de la meseta del sur; por su cielo lúcido, por la generosidad con que su suelo da los frutos más preciados y aromáticos; por los preciosos minerales que oculta en las entrañas de su tierra; Venezuela ha saltado hoy a la primera linea en la atención universal por esa otra riqueza, que la mano de Dios había escondido profusamente en esas entrañas mismas, por el « oro negro » que hoy la máquina moderna exige y devora a torrentes.

Dones de Dios; pero dones de un Creador a cuya esplendidez, pocas veces tan patente como en el caso presente, en que la riqueza brota ella misma del suelo como de un manantial, es justo que la criatura corresponda con una proporcionada generosidad, en la perfecta y continua sumisión de su voluntad a la ley divina, para ofrecer así ella también el más preciado de sus tesoros.

Medios abundantísimos puestos a vuestra disposición por el Dador de todo bien; pero medios que, por eso mismo, han de ser empleados según su altísima disposición y de tal modo que no sólamente sirvan para el adelanto material, sino, mucho más, para un proporcionado crecimiento espiritual, si no queréis que la materia aplaste el espíritu y se imponga luego con todas las funestas consecuencias de semejante dominio.

Elementos eficacísimos de progreso; pero elementos otorgados no a una persona exclusivamente, sino a toda una sociedad, que debe sentir sus provechosos efectos en todas sus categorías, para que el desarrollo sea armónico y benéfico; elementos en favor de una sociedad, que debe hacerse digna de tantas predilecciones divinas con su asiduidad al trabajo, su respeto a la pública moralidad, su celo por conservar la integridad y

estabilidad de la familia, su empeño por procurar la buena educación, sobre todo religiosa y moral, de sus hijos.

Precisamente en este terreno la Iglesia Católica, que desempeñó una parte tan principal en la elaboración de -vuestro espíritu, puede ofrecer una insustituible colaboración, no únicamente con sus propios centros de educación, sino también con la instrucción religiosa de vuestra juventud, en todos los grados de la enseñanza. Y las relaciones felizmente existentes entre esta Sede Apostólica y vuestro país, relaciones que deseamos ver no sólamente mantenidas sino también consolidadas, Nos dejan prometernos que así será, para el mayor bien espiritual y temporal de vuestro mismo pueblo.

Una garantía más, Excelentísimo Señor Ministro, querríamos encontrarla en esta visita, puesto que son patentes, no sólo su competencia y su excelente preparación, sino también los nobles sentimientos que le animan, digno hijo de una ilustre familia bien conocida por sus tradiciones morales y religiosas.

Que el Señor, pues, bendiga a Vuestra Excelencia con toda su familia, y muy especialmente a los distinguidos miembros de ella, aquí presentes; lo mismo que a todas las personalidades que integran su séquito. Una Bendición también muy particular al Excelentísimo Señor Presidente de la República, a sus colegas de Gobierno, y a todo el amadísimo pueblo venezolano, a quien paternalmente queremos desear siempre toda clase de bienes.

II

Christifidelibus operariis Pratensis dioecesis, qui peregrinationis causa ad B. Petri Sedem convenerunt. *

Nel darvi il benvenuto, diletti figli, e nelPaccogliervi nella Nostra casa con tutta la tenerezza del cuore, Noi abbiamo quasi dinanzi ai Nostri occhi la vostra Prato, una fra le più imponenti città della Toscana, per il numero degli abitanti, per l'antichità millenaria della fiorente coltura, per lo splendore delle arti, oltre che per i complessi industriali, per la cospicua rete di attività commerciali, per la moltitudine di aziende artigiane ed agricole. Ci è stato riferito — e ne siamo ben lieti — che a Prato vi sono, nei vari rami economici, oltre 45.000 lavoratori occupati : segno che a molti non manca almeno il pane quotidiano, base di quella serena

* **Habita die 28 Octobris mensis a. 1956.**

tranquillità, a cui l'uomo tende per sè e per la propria famiglia. Noi ringraziamo dal profondo dell'animo il Padre nostro nei cieli, il quale provvede con sufficiente larghezza ai suoi figli della terra pratese; e lo supplichiamo,aifinchè voglia conservare ed accrescere questa vostra condizione di bene, estendendola anche a quanti ne sono sprovvisti e vivono incerti del proprio avvenire.

Stamane, nel mattutino colloquio con Dio, era, come sempre, nel Nostro cuore la « sollecitudine di tutte le Chiese »-[1] Ma il nostro pensiero si volgeva specialmente a voi, cui avremmo dovuto indirizzare la parola confortatrice ed animatrice. E siccome, per venire in devoto pellegrinaggio, avete scelto la solenne festa di Cristo Ee, Ci è parso conveniente di cercare nella sacra liturgia odierna qualche pensiero da proporre alla vostra meditazione, per indurvi a riaffermare apertamente la vostra fede nella divina regalità di Gesù, dimostrando in pari tempo la vostra volontà di essergli sudditi fedeli. Così, mentre la liturgia canta le lodi di questo eccelso Sovrano, e aduna tutta la Chiesa, e con essa tutto il creato, in atto di universale omaggio, voi non vi contenterete di onorare con le parole il ((Re dei re e Signore dei dominanti »,[2] ma accompagnerete questa manifestazione esterna di lode con la reale sottomissione della vostra vita a Lui, e vi impegnerete con Lui ad operare generosamente, metodicamente, affinchè venga riconosciuto ed accolto il suo regno fra gli uomini. E questa l'ansia continua della Nostra anima, la mèta sospirata di ogni Nostra cura pastorale, mentre si fa sempre più viva in Noi la percezione che gli uomini stiano attendendo — sia pure spesso inconsciamente — l'avvento del regno di Cristo. Basta saper guardare, basta riflettere seriamente, per accorgersi che fra tanti scettri miseramente infranti, fra tante regge rimaste deserte, Gesù solo vede aumentare l'estensione del suo dominio e confermarsi la fedeltà dei suoi sudditi; Egli solo vede dispersi i suoi nemici; mentre il suo trono divino è sempre solido, il suo pacifico scettro sempre fermo. « Il regno di Lui non avrà mai fine » ; canta con indistruttibile fiducia la Chiesa, facendo eco alle parole dell'Arcangelo Gabriele, che ne diede l'annunzio a Maria : « *Et regni eius non erit finis* ».[3] Prato dovrà distinguersi nell'invocarne l'avvento, nello spianargli la via, nell'accoglierlo a festa; Prato deve impegnarsi oggi solennemente a una azione costante di difesa, di conquista, di positiva costruzione : dovete

[1] ***2 Cor. 11, 28.***
[2] ***Apoc.* 19, 16.**
[3] **Luc. 1, 33.**

impegnarvi tutti, fedeli, Associazioni cattoliche, Clero, Congregazioni religiose, sotto la illuminata guida delPinsigne Presule, che Noi stessi, or sono due anni, vi abbiamo dato, tenendo nel giusto conto l'importanza sempre crescente della vostra città e il suo prevedibile sviluppo demografico ed economico. Pregate dunque, — vi diremo, parafrasando con lievi variazioni le parole del Prefazio di oggi —, aftinché venga il regno di Cristo : nelle vostre menti il regno della verità, nei vostri cuori il regno della grazia e della vita, nelle vostre aziende il regno della giustizia, nella vostra città e in tutta la diocesi il regno dell'amore e della pace.

1. *Nelle vostre meriti venga il regno della verità*

Basta guardarvi intorno, diletti figli, per accorgervi che vi è, in non pochi di coloro i quali vivono accanto a voi una spaventevole ignoranza delle più elementari verità della fede. Alcuni ignorano tutto della loro origine, del loro destino; sanno confusamente che vi è un Dio, ma non saprebbero dire quasi nulla dei suoi attributi, del significato della incarnazione e morte del Redentore; conoscono l'esistenza della Chiesa, ma nemmeno intravedono il mistero della sua grandezza e della sua missione.

Altri, pure avendo conseguito notevoli mete nel cammino del sapere profano, sono rimasti alle prime nozioni del catechismo, per quanto riguarda la scienza religiosa; basta quindi qualsiasi ostacolo, qualsiasi urto, per renderli tentennanti nella loro fede, per farli incerti, per esempio, sulla realtà della provvidenza di Dio, sulla cura e sul governo che Egli ha delle cose create; disorientati circa il senso della vita e della morte, circa il valore della sofferenza, circa la finalità del dolore. Eccoli dubbiosi di fronte alla eternità delle pene, confusi dinanzi alla conciliabilità del dominio supremo di Dio col libero arbitrio umano; eccoli incapaci di trovare una risposta sicura alle tante domande che premono ; eccoli praticamente scettici, privi di qualunque entusiasmo nell'esercizio della vita cristiana.

Occorre provvedere di urgenza, diletti figli ; cominciate voi e adoperatevi perchè gli altri vi seguano e vi imitino. Il regno di Gesù è regno di luce : Egli è infatti la luce del mondo « *Lux mundi* » ;[4] fate dunque che la sua luce illumini ogni uomo che viene nel mondo.[5]

[4] Io. 8, 12.

[5] Cfr. Io. 1, 9.

2. *Nei vostri cuori regni la grazia e la vita*

Per darci la grazia, per darci la vita, e darcela in abbondanza,[6] Gesù venne nel mondo. Che cosa è dunque questa vita, che Gesù possiede e che vuole donarci per farne l'anima dell'anima nostra? Che cosa avviene in noi, quando a tale vita nasciamo?

Se non ci soccorressero le parole stesse di Dio, non oseremmo parlarne, tanto è lo smarrimento che ci assale, ogniqualvolta tentiamo di penetrare nelle misteriose profondità della grazia. Ecco : « Le nostre membra sono tempio dello Spirito Santo... non apparteniamo a noi stessi... portiamo Dio nel nostro corpo... ».[7] Che cosa avviene, dunque, di noi? Diveniamo pietre vive nell'edifìcio che è Cristo, diveniamo tralci della vite che è Egli stesso,[8] diveniamo membra del suo Corpo mistico,[9] ci trasformiamo in Lui, ci muoviamo in Lui, esistiamo in Lui.[10] Egli vive in noi.[11] Dalla sua pienezza riceviamo tutti tutto,[12] perchè Egli è autore della nostra fede e consumatore della nostra vita.[13]

Ed ora pensate, diletti figli : Quanti nella diocesi di Prato hanno il possesso perenne di questa vita? Quanti tra voi qui presenti? Quanti tra coloro che non hanno potuto o non hanno voluto venire? E il benessere — qualunque esso sia — vi gioverebbe forse, se alle anime vostre mancasse la vita divina? Se foste ricolmi di tutto, ma aveste il vuoto di Dio? A che vi gioverebbe la vita del corpo, se aveste la morte dell'anima? Che importerebbe il vigore della natura, se languisse la grazia? Eccovi dunque un'altra mèta chiara e precisa, diletti figli. Fate che regni in tutti Gesù con la sua grazia, con la sua vita.

3. *Nelle vostre fabbriche regni la giustizia*

Parliamo di una speciale giustizia, della giustizia sociale, di cui la fame e la sete agitano come non mai gli uomini del mondo moderno. Sarebbe superfluo ripetere ora quanto in varie occasioni abbiamo detto con paterna franchezza per la giusta soluzione del problema sociale;

[6] Cfr. Io. 10, 10.
[7] Cfr. *1 Cor.* 6, 19-20.
[8] Io. 15, 5.
[9] *1 Cor.* 32, 27.
[10] Cfr. *Act.* 17, 28.
[11] Cfr. *Gal. 2,* 20.
[12] Io. 1, 16.
[13] *Hebr.* 12, 2.

ina è necessario riaffermare che nei luoghi di lavoro non vi sarà giustizia, se non regnerà Gesù. Invano lo sperano coloro che prescindono da Lui; invano lo tentano coloro che lo negano. Solo nel nome di Lui, solo applicando i comandamenti di Lui, si potrà attribuire e dare a ciascuno quel che gli spetta. Ai datori di lavoro ricordiamo che, mentre la Chiesa condanna ogni ingiusta violazione del diritto di proprietà, ammonisce però che esso non è illimitato nè assoluto; perchè ha precisi obblighi sociali. Misconoscerli sarebbe andare contro la giustizia, sarebbe lottare contro il regno di Gesù. Ma non vi sarà difficile soddisfarli, se guarderete l'operaio come si guarda il fratello ; di natura uguale alla vostra, anche se chiamato ad esercitare una diversa funzione.

Ai lavoratori diciamo : la Chiesa è con voi, quando vi difendete da contratti ingiusti o esigete l'osservanza dei giusti impegni ; sarà ancora con voi, quando procurerete con mezzi legittimi il miglioramento delle vostre condizioni ; ma la Chiesa non potrebbe essere con voi, se fosse ingiusto ciò che chiedete o illecito il mezzo che vorreste usare per ottenerlo ; non potrebbe essere con voi, se vi schieraste coi nemici di Dio, sacrificando anima, libertà, pace, patria e famiglia ; se, istigati da chi fìnge di amarvi, seminaste l'odio o praticaste la violenza.

Oh, potessimo vedere a Prato affermarsi in ogni campo la giustizia di Gesù ! Avremmo quegli esempi manifesti e indicatori che trascinerebbero gli incerti e i pigri ; e la Chiesa vi sarebbe riconoscente e vi sarebbero grati tutti coloro che attendono con ansia il regno della giustizia tra gli uomini.

4. *Gol regno della verità, della grazia e della giustizia, venga il regno dell'amore e della pace.*

Venga dappertutto, dove vivono i figli di Dio, dove operano le membra del mistico Corpo di Cristo. Mentre la giustizia dà quello che deve, l'amore fa di più : chi ama dà quello che ha, dà quello che è, dà sè stesso. La scienza di questo amore completo e perenne fu predicata e praticata dal Divin Salvatore. Egli proclamò che da questo amore scambievole si sarebbero riconosciuti i suoi seguaci,[14] ed ammonì che nell'ultimo giorno i vivi e i morti sarebbero giudicati secondo la legge dell'amore. Egli, intanto, non era tenuto a venire al mondo, e venne per amore ; non era tenuto a preferire una vita di privazioni e di stenti, e la scelse per amore ;

[14] **Cfr. Io. 13, 35.**

non sarebbe stato necessario, per redimerci, che patisse e morisse; ma Egli patì e morì crocifìsso per amore. Chi non comprende l'amore non comprende Gesù, Amore incarnato.

